


NGH
M D



ALLUS
DE
PEST


NGB
M
D








GALLI
Medicina

13

HOMO AFFLICTVS
& iacens;
Præesse IN QVEM et Prodesse
ASTRA, ELEMENTA, METEORA,
IMPRESSIONESQVE METEOROLOGICÆ; QVALES SVNT: AER corruptus, Aquæ subterraneæ, &c. quin etiam ipsiusmet proprij corporis humores vitiati, Conspirant, mugiunt, sæuiunt, funestamque important
PESTEM.
Diuino prævio auxilio, atque gratiâ, subleuatur, venenumq́; Pestis atrocissimum præcauetur, curatur, eradicatur, variaq́; eius symptomata resecantur,
PER
ANDREAM GALLVM, TRIdentinum, Inuictissimi Rom. Imper. FERDINANDI, P.M. Serenissimorumq́; Archiducum Austriæ Archiatrum ac Consiliarium.

Cum Indicibus, tum remediorum, tum variarum rerum notabilium.

Henrij V.B. ad S. Crucem

Sac: Ord. Cist: Catalogo inscriptus N. 7.



M. DC. VIII.

FRANCOFVRTI, Impensis Egenolphi Emmelij.





HVMANISSIMIS AC PRVDENTISSIMIS, VIRTVTE EXIMIA, doctrina egregia, candoreque ingenuo præstantibus viris,

DN. PETRO ET DN. NICOLAO RVLANDT,

Fratribus, Francofurti ad Mœnum ciuibus primariis, Dominis & amicis suis summa animi obseruantia colendis.

PETRVS VFFENBACH REIP. Francofurtanæ Medicus ordinarius

Τὸ ὑγιαίνειν.



Etsi, Humanißimi ac prudentißimi viri, Domini & amici colendi, non dubitem, multos fore, qui in hoc me reprehensuri sint, quod non nisi in aliorum enucleandis scriptis laborem, sicque semel cocta recoquam: tantum tamen illorum tum fremitus, tum obliquos intuitus non curo, vt ab hoc studio me abstrahi patiar, nec sane, quomodo opellam meam qualemcunque denegare illis, qui eam veluti à me extorquent indies, honeste poßim, video. Et si vllius vel transferendi, vel recoquendi, nouaque veste induendi cau-

ſam vnquam habui, huius mehercule habeo pluſquam vberrimam: de peſte *enim, ceu de corporis humani hoſte infenſiſſimo, tractat; cuius, vt & aliorum morborũ vi & incredibili ſæuitia, hoc ipſo proximè præterlapſo anno, mille ſexcentos viginti vnum ex noſtratium (tum iuniorum, tum ætate prouectorum, & vtriuſque ſexus) numero amiſimus: nec deſtitiſſet iugulator adhuc, ni multorum precibus Iehoua exoratus omnipotenti brachio ipſum retraxiſſet. Quantam enim ſtragem edere, quotque breui admodum temporis ſpatiolo orco committere, plaga illa* Dei Opt. Max. permiſſu *poßit, non ex hoc ſaltem tractatu conſtat; verum experti ſunt etiam Iſraelitæ in deſerto aliquoties; expertus eſt etiam Regius propheta Dauid, & experti itidem Romani multis vicibus, vt quantum ſaltem ex T. Liuio conſtat, paulò ante obitum bellicoſiſſimi Regis Tulli Hoſtilii, & poſtmodum ſub conſulibus, Annis, ab vrbe condita,* 291. 301. 319. *quæ peſtilentia totum triennium durauit; Item, annis* 322. 357. 371. 390. 392. 426. 443. 450. 543. *&c. Sed quid multis; nonne ex eodem grauißimo authore Liuio videmus, & quotidiana experientia vnumquemque plus ſatis docet,* peſtilentiam eſſe commune malum, quod nulli Regioni, nec cuiq; mortalium parcat, ſed in omnes graſſetur? *licet in hos magis, quam in illos, pro loci videlicet ſalubritate, & vnicuiuſque diſpoſitione.*

Lib. 2. Reg. cap. 24.

Decad. 3. li. 5.

Nam

Nam vt à Locris & Crotone incipiam, pestilentiam nunquam ibidem esse visam, nec vllum terræmotum perceptum, à Plinio annotatum inuenimus: vnde ortum, quod Crotoniatarum locus longè saluberrimus olim fuerit iudicatus.

Lib. 2. cap. 96.
Strabo libro Geographiæ, 6.

Item, Venetiis ea pars vrbis, quæ ad D. Nicolai *phanum est, pestilentiæ minus obnoxia dicitur, magisq; longæuos homines producere.*

Egnatius lib. 8. exempl. c. 4.

Scotia quin etiam & pestilentiâ & ab omni pene febrium acutarum genere olim libera fuit; postquam vero omissa patrum parsimonia in omnem ingluuiem sunt delapsi, sese cunctorum morborum iniuriæ obnoxios fecerunt.

H. Boeth. lib. 9.

Et tandem Moschouiæ cœlum adeo salubre est, vt ibi vltra Tanais fontes, præsertim Septentrionem ac etiam Orientem magnâ ex parte versus, nulla pestis vnquam sæuierit; habent tamen intestinorum, & capitis, omniumq; membrorum, morbum quendam, pesti haud dißimilem, qui à nostratibus febris calida siue acuta; *eorum vero idiomate* Ognyouua, *quasi* ignitus, *dicitur,* quod homines *velut ignis* calefacit. *Et hæc de paucis illis Regionibus, quæ ob singularem aëris Clementiam huic malo minùs sunt & fuêre obnoxiæ, dicta sufficiant. Videamus modò, quanta crudelitate & quam inexorabili tyrannide, quocunque locorum venerit, modò hunc, modò illum, nullo habito vel dignitatis vel officii respectu, inuadat.*

Guagninus in descriptione Moschouiæ.

Plutarchus in Pericle.

In graui illa pestilentia, quæ bello Peloponnesiaco orta fuit Athenis, amisit PERICLES *v*[trumque] *filium,* XANTHIPPVM *ac* PA[RALVM] *&* RALVM *& amicos ferè omnes, vna cum vxor*[e]: *tandem & ipsum pestis corripuit, non perinde tamen, vt cæteros, acris & acuta, sed quæ lento morbo, diuturnoq; & sæpius alternante, corpus eius sensim conficeret, & vim obtunderet mentis.*

Cuspinianus.

M. ANTONIVS *philosophus & Imp. Op*[timus] 18. *anno imperii sui & 60. vitæ, diem vltimum clausit apud Bendobonam ex pestilentia, sexta di*[e] *quam ægrotasset, in Germania.*

Pestis anno 388. *L. Genutio Auentinensi & Q. Seruilio Ahala Coss. Cn. Manlius Capitolinus im*[periosus] *periosus Dictator creatus figendi claui gratia, an*[no] *no postquam M. Curtius in hiatum cum equo d*[e]*siliit, illustres viri plerique defuncti, & inter e*[os] M. FVRIVS CAMILLVS; *cuius mors, e*[t]*grandis natu periit, acerba tamen fuit ciuitati.*

Sextus Aurelius.

HOSTILIANVS PERPENNA *pau*[lo] *post assumptum imperium eodem periit fato.*

Sext. Aurel.

FL. CLAVDIVS *Imp. fortißimus & fe*[li]*cißimus finito bello Gothico, cum grauißimus v*[n]*dique morbus ex continuis stragibus inualesceret, eo dicitur quoque morbo consumptus interiisse, cum duobus tantum annis regnasset.*

Volater lib. 23. Anthrop.

Eodem fere tempore CONSTANTINVS *Monomachus Imperator vna cum coniuge Z*[oe] *pestilentiâ interiit.*

Cap

Captis Hierosolymis rex creatus GODOFREDVS *Bullionensis pestilentiâ, in sequenti anno ortâ, qui fuit salutis* 1100. 15. *Cal. Augusti obiit, magno sui apud Christianos desiderio, & sanctâ etiam apud hostes memoriâ.* Æmilius lib. 5.

Tertio bello sacro Hierosolymitano, anno 1192. FRIDERICVS *Dux Sueuiæ, cum maiori parte Germani exercitus, in Syria pestilentiâ periit.* Sigonius lib. 15. regni Italici.

FRIDERICO I. *in Italiâ Victorem Pontificem contra Alexandrum* III. *defendente, cum Reinaldus Coloniensis, & Christianus Moguntinus Archiepiscopi suis copiis Romam oppugnarent, nouem millia Romanorum cæsa, feruntur. Ex cadauerum putredine sæuissima pestilentia exercitum inuasit, &* EPISCOPOS, *Coloniensem, qui author mali fuerat, Spirensem, Ratisbonensem, Pragensem, Verdunensem ac Leodiensem: tum Duces,* FRIDERICVM *Sueuiæ Ducem, Conradi Rom. Regis filium,* WELPHONEM *iuniorem, cum multis Comitibus ac Baronibus, absumpsit.* Vrspergensis, Cuspinianus, Crantzius lib. 6. Saxon. cap. 24. Sigon. lib. 14. regni Italici.

HENRICVS VI. *Imp. Neapolin obsidebat contra Tancredum; ex aëris intemperie exercitum inuasit lues dira, qua sublatus est* PHILIPPVS *Coloniensis Archiepiscopus, &* OTHO *Dux Bohemiæ, (in quibus erat robur exercitus) multi præterea nobiles & vulgus militum sine numero. Imperator ipse morbo vexatus* Crantzius lib. 7. Saxon. cap. 3.

Dubrauius lib. 14.

deplorato in Germaniam rediit. Item CONRADVS, *Bohemorum Rex, Othonis patruelis, cum domi principatum vix primoribus labiis degustasset.*

Blondius lib. 7 dec 2.

Dum Ptolomais obsidetur à Christianis, SYBILLA *Regina Hierosolymorum, Balduini IV. Soror, Guidonis Lusignani vxor, cum quatuor liberis ex Guidone susceptis, in castris peste periit.*

Vrspergensis, Otho Frisingensis lib 7. cap. 17. 18 19. & 20. Auentinus lib. 6.

LOTHARIVS *Imp. ex Italiâ, victo Rogerio Siculo, reuertens, Tridenti,* vt Crantzius vult, *peste correptus in vilissimo quodam tuguriolo, in sylua, animam reddidit, postquam rerum summæ annis præfuisset tredecim. Anno Christi* 1138. *in autumno.*

Dubrauius

Eodem morbo MNATHA, *Bohemorum Rex, interiit.*

Crantzius lib. 12. Vandal. c. 6.

BARBARA *Sigismundi Imp. vidua, scelerata fœmina, in domicilio hæreticorum ex peste apud Græcium defuncta, à sacerdotibus Hussitis Pragæ Regum tumulis condita fuit, dignior porcorum sterquilinio.*

Æn. Syl. c. 46. hist. Bohem. Dubrauius lib. 26.

IOANNES *Zischa inuictus ille Bohemorum Hussitarum Dux, apud Castellum* Priscouiam, *dum ad Sigismundum Imperatorem pacis causa proficisceretur, peste correptus expirauit.*

Æn. Syl. c. 71. hist. Bohem.

LADISLAVS *Bohemiæ & Vngariæ Rex XVIII. annos natus, cum Pragæ Magdalenam,*

Caro-

aroli Francorum Regis filiam, cum qua nuptias lebraret, expectaret, pestilentia correptus, 36. orarum spatio, postquam ægrotare cœperat, interiit; licet Medici de exhibito veneno suspicantur.

ALPHONSVS XI. *Hispaniæ Rex, rerum otitus annis circiter quadraginta, pestis contagio obiit, in obsidione Castri de Gilbenar, eo die Veneris, quo Dominicæ Passionis memoriam reolimus.* Ritius Neapolitanus, lib. 3. Regum Hispan.

Et, vt in vnam summam rem contraham huus ipsius atrocissimi Anthropophagi telis misere ccubuerunt HIPPOLITVS *Medices Cardinalis.* OPPIANVS *Poëta, qui de piscibus scripsit, dum Româ in Siciliam patriam reuerteretur, anno ætatis trigesimo.* IO. ANDREAS I. C. *nobilis, anno post natum Christum* 1348. *Bononiæ.*

DOMITIVS *Calderinus, patria Veronensis, vir ingenio clarissimus, cum, annos viginti natus, esset Secretarius Apostolicus factus.* HERMOLAVS *Barbarus.*

Ioan. OEcolampadius Vinspergensis Cheruscus, Basiliensis Ecclesiæ Episcopus.

IOAN. SCHLEIDANVS, *qui res, in Imperio & Ecclesia Germanica sub Carolo V. gestas, descripsit.* Argentinæ An. 1556.

CONRADVS GESNERVS *Tigurinus Medicus, Germanorum Plinius, & innumeri*

alii, quos singulos recensere nimis foret longum & vt mihi impossibile, ita vobis procul dubio & lectu & auditu iniucundum, nouit quisque suos quos in huiusmodi funestissimis præliis amisit.

Quapropter (vt ad rem tandem redeam comparaueram mihi anno nuperrime elapso au thores aliquot, qui de contagio tunc temporis in nostra hac patria circumuagante tractarent eosque legi, relegi, nec tamen inter illos, quotquo erant, quemquam offendi, qui ad palatum meum magis esset, tamq́ apte arrideret, quam hic ipse ANDREAS GALLVS patria Tridentinus inuictißimi Rom. Imperatoris &c. felicis memo- riæ, FERDINANDI, Physicus & Consilia rius; ac Serenißimi Archiducis Austriæ, &. FER DINANDI, Archiater; in cuius sane decan tandis laudibus nihil omnino insumam, cum pe se maior & excellentior longe sit, quam vt à m euehi vltro poßit. Rem enim, quam describendan suscepit, miro ordine pertractat, definitionem, quam apud vllum alium videritis, commodißi mam tradit, causas, signa & symptomata maio ra perpulchre exhibet, Et in curatione tanden non modo non parcus, vt multi esse solent, sed ade copiosus, vt & pauperibus & ditioribus, tanquan ex thesauro nunquam deficiente, vberrime porri gat, quo sibi quisque mederi poßit.

Dum itaque viderem, exemplaria non mod esse rara, sed etiam à quam plurimis desiderar

face

facere non potui, quin ab omnibus mendis emuncta, commodiori forma recudenda traderem; Vobis, quorum, ceu sanitati summe studentium, patrocinio vti placuit, non minùs fore grata, quàm Medicinæ cultoribus fructuosa indubitate sperans. Hisce viri Humanissimi & Prudentissimi Valete, meamq́ʒ hanc erga vos promptitudinem approbate. Francofurti ad Mœnum: 10. Calendar. April. Anno M. DCVI.

ELEN-

ELENCHVS CAPITVM EARVM SCILICET RERVM, QVÆ in hoc volumine continentur.

FASCICVLI primi.

De

FASCICVLI secundi.

De

FASCICVLI tertij.

Augu-

FASCICVLI quarti.

FASCICVLI quinti.

Syru-

FINIS ELENCHI Capitum.



FASCIS
DE PESTE,
PERIPLEVMONIA PESTILENTIALI CVM sputo sanguinis, febre pestilentiali, ac de quibusdam Symptomatibus, in quinque fasciculos digestus.

Authore

ANDREA GALLO Tridentino.

FASCICVLI PRIMI CAP. I.



VLGARIVM morborum genera, quibus vna, & eadem tempestate mortales quamplurimi quandoq; corripi solent, à veteribus tria enumerantur; quorum si quis ex eis pernicio- *Vulgarium morborum tria genera.*

ſus fuerit, eum peſtem appellant; ſin vero eorum, qui mitior extiterit, ac quodam anni tempore in aliqua exuberans inoleſcat regione, hunc epidemium dicunt: Tertium vero genus, quod multis commune in regione ſuperuenit, endemium quaſi patrium, aut vernaculum ferunt eſſe morbum. Quorum varietate diſſimilibus affectibus animalia quandoque ægre afficiuntur. Nam Epidemius eius acuto & repentino, indifferenteq; affectu cuicunque patriæ commune, vitiata aeris qualitate, tum putridis inquinamentis apta habentes corpora, tum ex contagio rapiens inuadit, qualis lepra, elephantiaſis, morbus coſtalis, ileon, dyſenteria, albaras, phthiſis, ſcabies, morbilli, variolæ, carbunculi cum febre, glandulæ. Endemius autem vni duntaxat patriæ, aquæ, & locorum humidorum ratione, non acutos, ſed diuturnos morbos, & proprios paulatim efficit, quemadmodum Ægyptiis elephantiaſis, Atticis podagra, in agro Tridentino pleureſis, Romanis ſemitertiana, in valle Camonica Botium, &c. Quamuis hi morbi etiam in aliis regionibus ſuboriantur, in iſtis tum frequentiores ſunt omnibus communes, vel ob loci naturam communes, vel ob aquam, vel aerem, vel viuendi conſuetudinem. Peſtis vero inaſſueta, ac inquinati aeris, vel qua-

Epidemij. *Endemij.* *eſtis.*

qualitate vel ſubſtantia, tanquam lues communis vitæ principiis inimica, vno tempore paſſim in viuentium corpora graſſans, ſeu bellua cæca, vaga, inexorabilis, ſine lege furens, ſua vi venenata quoſcunque obuios rapiens, nullo nobilitatis plebisve diſcrimine. Nobiliſſimas vrbes permeans, deuaſtans, easq́ue exhauriens, regionesq́ue potentiſſimas, prouincias, & regna ſubuertens, terræq́ue fruges, germina, ac arborum fructus, animantia tandem cuncta trepido metu fatigans inficit, depaſcit, auertit, exitialiter diſſoluit, necat, exercitus præliantis inſtar ſtrages horribiles facit, ſed præliis decertantes in interitum voluntarium ruunt, aliquo autem peſtis genere conflictari contra voluntatem, dolorum cruciatu pereunt. Non admirandum ergo erit, ſi viri prudentes omnes (cum morbus iſte tam exitialis ſit) illa perterreantur. Si quis anxius ſibi timeat, ſi alios conterat metus, ſi in ſæuam omnis clementia pietasque transferantur impietatem, cum præſertim natura ipſa, vt eos, quos genuerimus, amemus, deſtituere impellimur, & cum nihil dulcius, nihil charius hominum generi à natura datum ſit, quam ſui cuique liberi, magnam nempe vim, magnam neceſſitatem, magnamq́ue poſſidet religionem paternus,

maternusque in liberos sanguis. Nam quotidiana quidem experientia indies insinuat, quam bestiæ pro suo partu ita propugnant, vt vulnera recipiant, quam nullos impetus, nullos casus reformident, cum in foueam pullum suum elephantorum mater venatorum insidiis incidisse perspicit, ne minimam quidem moram interponit, nec eius cursum vlla ad pullum consequendum segnitia tardat, quin vehementi dolore affecta, quanto maximo potest incitato incursu in delapsum filium præceps agitur, amboque eodem casu morte occumbunt, ille materno pondere pressus conteritur, illa præcipitata caput diffringit, prius animam amittunt, quam suos catulos deserant. Pariter cum naturâ etiam parentes liberi habeant charissimos, cum ab iis vita, patrimonium, libertas illis tradita sint, tunc tamen citra sanguinis & amoris vires, parentes liberos, liberique parentes, tuncque mariti vxores, maritosque vxores, tunc fratres sorores, sororesque fratres, ac si inter eos mortales grassarentur inimicitiæ, ne tam miserabili & nefando contagio labefiant, sese mutuo deserunt.

Cap. II.

De pestis causæ triplici consideratione.

TRipliciter consideratur pestis causa, in genere, an ortum habeat ab ipso fatali numine indignata prouidentia diuina, an ex corporibus cœlestibus, an à cursis inferioribus. Cæterum cum indignata prouidentia diuina dirum illud pestis genus in mortales passim grassetur, tunc nullus stellarum cœtus, aut nullus syderum affectus minans, nullaque causa inferior est consocia: sed diuino duntaxat fatali numine mortales hilares, iucundi, nullo morbo correpti inter domesticas, aut forenses actiones, aut publica negotia, breui spacio, aut subito in instanti, aut sine lotii aut arteriarum certa cognitione, in templis, in viis publicis, officiis, ex insperato pereunt, ac eo insuper magis, cum tunc nec vlla medica scientia illis opem præstare potest, nec ex fuga salus tuta. Affectus nempe is mirabilis & admirandus merito appellari potest, cum ab intellectu humano eius causa percipi minime possit, cum diuina sit. Vnde Aristoteles *primo de partibus animalium, capite primo*, inquit, *Quod partem æternam, & perinde nobilem, ac diuinam, minus quam humanam contemplari possumus.* Vbi etiam Galenus *in primo prognosticorum : Non enim simpliciter,*

quæcunq; causas habent incognitas aut inopinabiles, diuina vocamus, sed vbi duntaxat admirabilia habentur. Et *in primo de vulgaribus morbis* scribit: *Et vero etiam ad deos referunt de curatione pestis consulentes*: cui sententiæ subscribunt Zoar. *primo Tesir.* Auic. 11. *metaph.* Cæterum Empedocles admonet, litem esse causæ pestilentiæ. Alii quidem fata; alii, quod terra non sufficeret multiplicationi animantium, nisi grassarentur pestilentiæ.

Causa ex corporibus cœlestibus.

Alii, quia cœlum quandoque deuiat à proprio cursu; alii planetæ. Quamuis omnia in incerta ratione, & in naturæ maiestate abdita sint, tamen huius tam diri mali cognitionis fores ex alto nobis aperuit Deus, cum humano generi ex Prophetico spiritu huiusmodi diræ pestis causa lucidius reuelata sit, & eam hanc esse, testati sunt Prophetæ, cum scilicet præpotens Deus in transgressores sæuire vlciscique voluerit, eos gladio, fame vexabit, peste indiscriminatim consumet ac destruet: scelera itaque mortalium, ac nefanda eorum crimina huius tam lætiferæ diuini numinis pestis, quæ nullo alio modo cognosci potest, erunt in causa. Nam quemadmodum scribit Diuus Paulus, ipsis non est visum Deum cognitum cognoscere, præque oculis eum habere. Ita vicissim passus est Deus suis tenebris obcæcatos homines in mentem repro-

ban

pam obire, id quousque, vt eiusmodi viris indigna patrarent flagitia, quamquam & alias omni genere operti, scortatione, auaritia, versutia, vndique contaminati liuore, cæde, contentione, dolo, malitia, malis præditi moribus. In quibus susurrones, obtrectatores, numinis osores, feroces, superbi, fastuosi, scelerum inuentores. Parentibus immorigeri, expertes intelligentiæ. Incompositi, vacantes omni pietatis affectu, nescii fœderis, inuidi, immisericordes degunt, hi cum Deum esse sciant, eundemque summe iustum esse non nesciant, necesse est huiusmodi eos patrantes flagitia, hac dira, & repentina,& pestifera morte dignos esse. Quare exclamat Hieremias: *Persequar eos gladio, & pestilentia, & dabo eos in vexationem, vulnerabo, eosq; peste consumam.* Pliniusque *in lib. 2. cap. 5.* admonet, pœnas maleficiis aliquando seras occupato Deo in tanta mole nunquam irritas esse. Quamobrem cum in primordio huius seculi præpotens Deus, æternum in hoc seculo nequicquam esset, hanc arduam, ratam, & inexorabilem sanxit legem, qua hoc dissimili legis naturæ ordine, scilicet ex ætatis cursu, substantiæ fluore, ex potionis esusque excrementorum prouentu ad interitum cuncta animalia tendere compellerentur, & cum illis hæc ne- *Aeris necessitas.*

cessario haudquaquam accedant, his vnum aliud magis certum, quod illis perpetuo vti connatum, adhæreret, ab eis separari minime posset, adiunxit ambientem scilicet aerem, cum sit spiritus vitalis, cuncta permeans entia, cum omnium cœlestium influxus in se concipiat, aliisque cum elementis, tum mistis singulis communicet, non minus etiam rerum omnium, cum naturalium, tum artificialium quorumcunque species in se suscipiat, & retineat, illasque secum ferens, corporaque cunctorum animalium per cutanea spiramenta ingrediens, tam in somno, quam in vigilia illis variorum mirabilium somniorum, præsagiorum, & auspiciorum materiam imprimens præbeat, liget, moneat, omnia impleat, omnibus consistentiam, vitam, mortemque exhibeat. Vitæ quidem, vt tunc fomes sit, cum immense frigida (habita ad natiuam spiritus vitalis calidam intemperiem comparatione) spiritus calorem aeris inspirati qualitas, cum aeris substantia animantia non egeant, temperat, æquat, ac euentilat, qui spiritus calor, cum in corde & arteriarum angustiis meatibusve coarctatur, calidior euadit, & feruet, ac æstuat. Quemadmodum in fornacibus coactus calor augetur, ob eius, quo ad iustitiam, temperamentum, in corpore

ero nihil ſpiritu,ipſoque corde calidius eſt;
n incendium ergo,quod vti ex igne in forna-
e coacto contingit, ſpiritum inſpiratus aer
erti prohibet,& illi æquam exhibet tempe-
iem.Ita ſpiritus humida corporalis ſubſtan-
ia non abſumitur,quemadmodum aer igni-
us ſe ipſum,ac flamma ſe ipſam conſumit.Ita
er inſpiratus, & diaſtolæ impulſus ſpiritum
mpellit ceu ventus nubem,ac ſicuti nubi vẽ-
us immiſcetur,poſtquam longam moram cũ
piritu aer traxerit,& mixtus fuerit,ac ſimilis
n corde ſpiritui effectus extiterit,refrigerii
n primis iuuamen illud amittit,cum iſto ſpi-
ritus amplius haud indigeat, neceſſum tunc
eſt,vt nouus,qui in alterando ſpiritum illius
vices ſuppeditaret, aer inſpiretur: Expedit
tunc,vt iam prior aer vti in refrigerando inu-
tilis exeat,& frigido aeri ſuper excedenti lo-
cum cedat,interim,dum exit,in eius reſpira-
tione ob aeris vaporem comitem ſpiritũ mũ-
dificet,quoniam expiratio, & ſyſtolæ pulſus
reuerti faciant illud,quod ei de fumeo vapo-
re (cum aer expellitur) concoctrix facul-
tas tribuit. Aer nempe fumens ad ſpiritum
ſic ſe habet, quemadmodum exuperans ad
corpus humor,ſpiritui porro noxius eſſet, ſi
ſecum maneret, ipſum enim ſupercaleface-
ret,ac conturbaret,atque ab ipſo per vacuita-
tem tolleret, quemadmodum cæteri exu-

perantes humores, nisi ex corpore educantur lędunt, obruunt, inficiunt: ambiens is ergo aer pro conseruanda ita animantium vita ex sancita naturæ lege constitutus fuit.

Cæterum ex rato postmodum mortalium vitio indignata prouidentia diuina pro conseruatione hac non duntaxat vitę, verum etiam pro inducenda inde mortalibus morte facultatem aeri concessit: Qua ambiens nos aer tunc animantia occidit, cum diuersimode conuarietur, mutetur, & polluatur, id est, cum mutetur assueta mutatione, tunc morbis, qui sunt comites prauæ victus rationis, animantia occidit: cũ vero mutetur in assueta mutatione, vel intemperie, interimit animantia morbis illis epidemialibus tunc si febre huiusmodi laborant, conflictantur, soporantur, angoribus afficiuntur, horroribus perfunduntur, dorsi dolore capiuntur, nõ esuriunt, nõ multum delirant, non valde sitiunt, vox vitiatur, quandoq; sopore vigilante detinentur, verũtamen nonnulli quandoq; vigilia cum dolore capitis vexantur, quandoq; multa, q̃ cruda, & tenuia sunt, excernũt, quãdoq; vrinas multas, & tenues reddunt, quandoq; sudant, vitã, & spiritũ longius, quam cæteri ducũt, quãdoque nares pauco sanguine stillant, nullus abscessus decretorius fit, incerto ordine moriũtur, forte tamen circa dies decretorios, quandoq;

[...]oq; non diſſimilia phreneticis accidunt. Eri-[...]ypelas, cum humor putridus in viſceribus ſe [...]on recondat, ſed erumpat è corpore, qualis [...]acer ignis, carbũculi, lippitudines, palpebra-[...]um ficus, ita ad interitum tendunt animan-[...]ia. Inſuper cum aeris coinquinetur vel ſub-[...]tantia, vel qualitas, tunc ſuboritur peſtis, quę [...]cuncta fere animantia ſua vi venenata occidit [...]quemadmodum lucidius in ſequenti oratio-[...]ne declarabitur. Itaque, vt hæc omnia aperti⁹ [...]ntelligantur. Ex ordine erit, de aſſueta aeris [...]qualitatis mutatione, & ex quib. fiat, dicendũ.

Cap. III.

De aſſueta aëris mutatione, & inprimis de dignotione ex aſtris, & cauſſa ex ſole aſcendente.

Aſſueta ergo mutatione aeris qualitas cõuariatur, cum aeri ex aſtris, & anni temporibus, ventis, regionibus locorum altitudine, profunditate, montibus, mari, nemoribus, fontibus, fluuiis, lacubus, paludibus, vaporibus aſſuetæ huiuſmodi accedant viciſſitudines, quibus aer, vel calidus, quandoq; frigidus, interdũ humidus, interdum ſiccus fit.

In primis cum pluribus, ac diuerſis ſyderibus corpus cœleſte mobile, ac contrarietatis immune, vti quoddam & ſuperiorum, & inferiorum ligamentum diuina ſollicitudo excoluit, illiq; non formæ ratione, ſed virtutis actione, tum ẽt eorũ motu, ac lumine poteſtates,

tes, ac dissimiles attribuit qualitates. Vnde cum super nostrum hemisphærium eius circulari motu solem, planetas, astra obducit, quæ eorum præsentia ambientem calidum, absentia frigidum efficiunt, quandoquidem tota rerum sensibilium qualitas caliditatem, frigiditatem, humiditatem, siccitatem suscipere materia obnoxia fit. Idq; cum sol mundi totius animus, mens, & oculus sit principale naturæ regimen, ac numen, dator vitæ rebus lucẽ ministret, vices tẽporũ, animumq; semper renascentẽ ex naturæ vsu temperet, in cãcri tropico in maxima ceu super nostrum hemisphęriũ altitudine, si diu moretur, sine manifesto ascensu, vel descensu terram è regione sibi oppositam seu astans calefacit. Radius tũc eius, cum perpendicularis, vel ei proximus vti casus axis similis rectæ lineæ columnæ pyramidalis, quę à lato incipit, & in acutum, ceu ignis flamma, tendit, veluti linea recta à solis centro, ad id, quod in solo ei oppositum est, protenditur, ac in semetipsum in angulũ valde acutum reflectens flagrantiorem aerem reddit eo tunc magis sole à primo cancri gradu ad aliquem Zodiaci minoris declinationis punctum descendẽte, quam à puncto ipso similis ad primum cancri gradum declinationis ascendente, quemadmodum à primo cãcri gradu sole vsque ad primum Leonis gradũ de-

ſcendente,quam ipſo à primo geminorum
uncto,vſq; ad cancri punctum aſcendente,
agis aer æſtuat,quoniam propinquitatis ad
ctum radiorũ aſpectum perſeuerantia ma-
s,quã non perſeuerantis recti aſpectus im-
reſſio aerem ambientem feruere operatur.

Cap. IV.

De aſſueta mutatione aëris ambientis deſcendente ſole.

CÆterum cum ad Capricorni Tropicum
verſus noſtrum Hemiſphærium ſol ten-
it ab oppoſitione,& capitum noſtrorum di-
ecto aſpectu valde elõgatur,terram radii tũc
t ſuperficialiter radiant,ac vti diſperſi, & in
e,vel prope ſe reflexi,& à perpendiculari ſe-
undum obtuſos angulos fracti,ad calefaciẽ-
um aerem impotentes fiunt. Quare noſtri
Hemiſphærii circumfuſa aura ſecundum an-
ulorum diuerſitatem alget.

Cap. V.

De aëre æquinoctiali.

SVb æquinoctiali vero perpaucos dies è di-
recto, perpendiculari aſpectu habitantiũ
apitibus ſolares radii opponuntur à directo
mmo aſpectu cito elongatur. Nam prope li-
bræ,& Arietis punctũ inæquali tẽpore,quaſi
prope tropicos ſolis declinatio multo maior

fit

fit, ideo ſub ęquinoctiali habitantes in aere
temperatiore degunt, ac binum ver, binamq;
ęſtatem poſſident.

CAP. VI.

De aſſueta aëris mutatione ex Luna.

SVccurrit Luna, molle atque nocturnum
ſydus, ſpiritus eſſe exiſtimatur, cum terras
ſaturet, accedens corpora impleat, abſcedens
inaniat, ſoluit humorē, trahit, nō aufert, gla-
ciem refundit, cuncta humifico ſpiritu laxat
quę modo creſcit, modo ſeneſcit, modo cur-
uata in cornua, modo ęqua proportione diui-
ditur, modo ſinuatur in orbem maculoſa, eo-
demque ſubito pręnitens immenſa orbe ple-
no, ac repente, alias nulla, alias pernox, alias
ſera, & parte diei ſolis lucem adiuuans, defi-
ciens, & in defectu, tum conſpicua, nunc ad
Aquilonem elata, nunc Auſtros deiecta, re-
morata in coitu ſolis biduo, ſol interuentu
Lunę occultatũ, luna terrę obiectu vices red-
dit, maculatur terrę cũ humore raptis ſordi-
bus, ita luna ſecundum menſem quatuor dif-
ferentias in aeris mutatione operatur. Primus
ſeptenarius à noui lunio, vſque ad ſeptimum
diem ambientem aerem calidum, & humid
veri ſimilem ſuppeditat. Secundus vero ſe-
ptenarius, vſque ad plenilunium ambiente

ęſti-

tati ſimilem efficit. Tertius ſeptenarius decreſcente luna Autumno ſimilem. Quartus, vltimus hyemi.

Cap. VII.

De aſſueta aëris mutatione ex Syderibus.

COnuerſatio, & actiones naturæ, tam à Sole & à Luna, quam ab aliis Planetis reguntur, quæ à qualitatibus cognomina quædam ſortiuntur, non quaſi eas habeant, ſed quod efficiant eas, & ſuppeditent, ſed qualitates, quas habent nõ quidem in ſe tanquã formas accidentarias habent, ſed tanquam affectus, & virtutes in corpora compoſita. Itaque Saturnus pallidus, frigidus, & ſiccus eſt, aerẽ frigidum, congelatum, lętalemque diſponit. Iupiter clarus, calidus, & humidus, temperatus, calidum, & humidum efficit aerẽ. Mars rubeus, calidus, & ſiccus, calidum & ſiccum aerem gignit, eius enim ardore, & nimio Saturni rigore interiectus ambobus ex vtroque temperatur Iupiter, & ſalutaris efficitur. Venus frigidum, & humidum efficit aerem: mẽſtrate quidem Mercurius communicabilitatem, ac paſſibilitatem ens indifferens tribuit, varians, & eius planetę naturæ ſe inſinuans, cui coniungitur, ſuppeditat vim commiſcẽdi facultates, & qualitatęs admonendi.

Aries,

Aries, Taurus, Gemini, Veris aerem calidiorem & humidiorem efficiunt.

Cancer, Leo, Virgo, æstatis aerem calidiorem, & ficciorem construunt.

Libra, Scorpius, Sagittarius, Autumni aerem frigidiorem, & ficciorem disponunt.

Capricornus, Aquarius, Pisces, Hyemis aerem frigidiorem, & humidiorem faciunt.

CAP. VIII.

De assueta aëris mutatione ex sy'derum quorundam coitu.

SI Iupiter & Sol conueniant, ac Mars & Venus coeant, & quæ in prima & secūda magnitudine existunt, qualis Tauri Oculus, Canis australis, & Leonis cor, & huiusmodi astra Zodiaco proxima: hæc nempe astra si supra nostro Hemisphærio die conueniant, nec illis sol propinquus sit, suo enim motu aeré quoque calefaciunt, eo tunc magis, si huic astrorum motui conuenientium, solis motus addatur. At si à Sole huiuscemodi astra distent, nec aliquod astrum in die nostrum ascendat Hemisphærium, Sol minus calefacit, sic hyemis aer frigidior erit, sic æstatis minus æstuabit, aérem insuper astrorum, vel á Sole, vel à terra longa, aut breuis distantia coitusque convariant.

Cap. IX.

De assueta aeris mutatione ex syderibus octavæ sphera.

IN super aeris status in omni mense ex quorundam syderum ortu, & occasu alteratur, cum scilicet equus oriatur, aut cum æquinoctium vernum fit. Pleiades cum Sole oriuntur, & cum Sole occidunt, pridie maxima tunc circa aerem mutatio fit. Hyades cum mane, & vespere apparent, aer valde alteratur, & cum mane occidunt: sequenti die conuariatur. Lyra cum vesperi, & capra mane oritur, aer valde alteratur, quæ cum occultatur, nudius tertius eius diei aer mutatur. Solstitia æstiua, cum adsint, tribus diebus antea aer alterari solet. Cumq; canis oritur, aeri maxima turbatio euenit, aliquando & nudius tertius eius diei, tunc *feruēt maria fluctuāt in cællis vina, mouentur stagna*; Canes eo spacio maxime in rabiem aguntur: Cum lyra, & delphin occidunt, mutatur aer ad frigidum. Arcturus cum oritur, die sequente aerem cōuariat, non fermè sine procellosa grandine emergit. Spica cum oritur, duobus diebus antea alteratur. Æquinoctium autumnale tribus diebus antea aerem maxime cōturbat. Coronę ortus aerem vehementer conuariat, virgiliarum sydus institor vestis dicitur, quod

Plin. lib. 2. cap. 40.

menſe Nouembri cum earum occaſus eſt, ex hoc ſydere coniecturã faciunt hyemis. Nam ſi nubilus fuerit earum occaſus, pluuioſam hyemem denuntiant. Ideoq; negotiatorum ſtatim augent lucernarum præſentia, quibus tempore vtimur. Si vero ſereno tempore occiderint, hyemis aſperitas denuntiatur. Obſeruatum enim eſt à multis, ſi prima Decembris dies tempeſtuoſa fuerit ad diē xxxvij. aeris turbatio plerunq; perſeuerare ſolet. Si vero ſerena extiterit, per tot dies ſerenitatem fore ſignificat, noſtra ætate occidunt Pleiades matutino cum 27. gradu tauri, quod fit circiter 9. diem Nouembris. Aquilæ veſpere occaſus aerem poſt duos dies maxime conuariat. Malus nauis cum veſperi occidit, in aere turbationem valde gignit.

CAP. X.

De aſſueta aeris mutatione in eodem die.

SOLIS diſtantia, & propinquitas in die quolibet aerem conuariat. Matutini temporis aer veri ſimilis, calidus & humidus efficitur: Meridiei hora æſtati ſimilis fit: crepuſculi hora autumno aſſimilatur: veſpera hyemi, quin & noctis prima pars veri, media æſtati, & reliqua conſequenter.

Cap. XI.

De assueta aeris mutatione ex quatuor anni temporibus contingentibus, & de astris in quatuor tempora, annum diuidentibus.

EX anni temporibus aeri ambienti, nec non assuetæ versiones quædam eueniunt. Cum enim Stellæ Pleiades, siue Virgiliæ nuncupatæ ante tauri genua locatæ ab æquinoctio verno distantes, vnde quinquagesima die circa Idus Maias oriantur, earum ortu Veris finem absoluunt, ac æstati initium exhibent, post quod canis ortus operam, quæ est æstatis pars secunda appellata, in quo atque inde post æquinoctium autumnale occidunt, quarum occasu hyems exordium sumit, quod est in Nouembris primordiis, scilicet cum sol oritur, ipsæ statim occumbunt. Insuper cum in signo Bootæ post maioris vrsæ caudam Arcturus, ac canicula ferè post diem quinquagesimum diebus ferè duodecim ante Autumnale æquinoctiũ, Autumno initiũ præstat, æquinoctium vero, quod hyemẽ claudit, Veris exordium erit. Ex his ergo syderũ ortibus, & occasibus, tum ex solis motu proprio, tum eius longinquitate, ac propinquitate, & media distantia pro æquinoctiorũ, & solstitiorũ ratione anni quatuor dissimilia constituuntur tẽpora, q̃ diuersimode ita aerẽ

conuariant. Nam ſolis longinquitas frigidi-
tatis, & humiditatis: Propinquitas vero ca-
liditatis, & ſiccitatis aeris eſt in cauſa, Medi-
autem diſtantia, medias inter has aeri attri-
buit qualitates.

CAP. XII.

De vere & eius aeris ſtatu.

NAM ver in primis exorditur, cum ex a-
quinoctii vernalis tempore, vti in vtr-
uſque ſcilicet hyemis, & æſtatis medium co-
ficitur, ac in vtraque oppoſitione, neutrũ a-
teri illic præſtat, nec ſicco humidum, nec c-
lido frigidum. Ver eſt quaſi ambarum æqu-
librium oppoſitionum æqualitas, horaru-
omnium totius prope diei, ac noctis, atq-
nulla in illis fit magna immutatio, aut exup-
rantia, cuiuſmodi in autũno conſpicitur, cu-
veris tempore ſol inæqualitatis linea ſit, c-
ius longinquitas ab vtriſq; æqualis eſt pol-
& ex hoc inter omnes temporum qualitat-
medium efficitur, in hoc non calorem (ſicu-
hyeme contingit) frigus, neq; calor ſicuti-
ſtate frigus vincit, ita ſiccitatis, & humidi-
tis qualitas tunc æqualis eſt, ac non in eo, ſ-
uti in æſtate ſiccitas dominatur, neq; in hy-
me humiditas ſuperexcedit, neque ceu æſ-
tis ſiccitatem autumnus, hyemis humidita-
conſeruat cum quodlibet calor exiccet, ſ-
no-

n quodlibet frigus humectat, immo in hu-
ectando ipsa frigiditate caliditas sæpe valē-
r est, eo, maxime, cum euaporabilem, cuius
ores cum aere misceat, quos digerere ne-
t, materiam reperiat, frigus vero conden-
ā cōstringit, nisi fuerit, quale est hyemis, in-
nsius, vnde quælibet veris caliditas ob solis
opinquitatem ad directum aspectum, quā-
et exuberantem hyemis humiditatem mi-
ere sufficit, sed in æstate aerem siccum nō
ælibet Autumnalis frigiditas humectare
let, in aere enim calido res humidæ suspēsæ
tius desiccantur, quam in aere frigido res
cæ suspensæ humectentur, supposito hoc
men, quod æqualiter frigus, & calor sint
tensi. Pæterea aeri tam frigido, quàm cali-
o humiditates vaporosæ immixtæ in aere
audquaquam remanent, nisi resolutarum
co, per emanationis viam, ceu aquæ flumi-
s aliæ substituantur. Sed aliquam emana-
ionem siccitas ad hoc, quod in aere resideat,
ninime requirit, cum sola humiditatis vapo-
osæ priuatio sit, quæ vligines in aere, neque
alido, neque frigido diu commorantur,
um tantæ, ac valentioris frigidæ facultatis,
isi ad nos æquiparatus aer ambiens nun-
quam existat, quin ex eo, quod solis, & stel-
arum facultatis in eo se continet, aliquo sem
per modo digerat.

Cum ergo emanatio desinat, digestioque perduret, breui siccitas suboritur, quod ex pannis lotis constat, qui hybernali tempore in aere suspensi exiccantur. Veris insuper tempore euaporatione maior efficitur digestio. Nam vernali tempore in terra calor abditus, per quam maxime diminutus est, qui hybernali tempore roboratus vapores coaceruabat, ideo à solis & stellarum vicinitate roborata paucam vaporationem inueniens, aeris ambientis concoctricis tunc facultas complete attenuat, eam resoluit, ac digerit, eo maxime cum in aere humiditates, quæ attenuatos, ac digestos vapores restaurarent, haudquaquam accumulabantur. Quamobrem vernali tempore, hyeme acquisita aeris humiditate ob calorem citius, quam tempore Autumnali, ob imbecille frigus æstatis siccitas corrigitur, cum præsertim priuatio facilius quam habitus naturæ ordine introducetur.

Ex his igitur concludendũ erit, ver omnis excessus plane in medio esse, cum præsertim eius dies non sint æstiui, neque noctes, quales Autumales, hyemales existunt, cumq; facilis infrigidationis, & caloris eius aer causam non habeat, & cum (cuius est autumnus) tenuis, perspicuæq; substantiæ minime sit, in duabus ergo actiuis qualitatibus Autumno temperatius existit. Quamobrem in omni

un

[...]o qualitatum exceſſu circumfuſa veris au-
[...]n media ac temperata iudicabitur, quod ef-
[...]ctu nos teſtari poſſumus, cum omni vitio
[...]rentia noſtra corpora in eo ſaluberrima cō-
[...]uentur, infrigidatos quippe calefacit, æ-
[...]antes refrigerat, ceu aqua tepida, tempe-
[...]ta in eorum temperie cuſtodiuntur, neque
[...]iam ob veris æſtum euentationibus, neque
[...]b eius frigus ex ea neceſſitate, qua curandū
[...]t, indigemus, hoc enim quoque tempore
[...]bores frondeſcere, vireſcere, terraque
[...]erminare incipiunt, licet ſtabilem termi-
[...]um omnia tempora haudquaque habeant,
[...]um in climatibus diuerſificantur, quia circa
[...]ernale æquinoctiū ver vbiq; non eſt; in duo-
[...]us enim primis climatibus citius, & in duo-
[...]us vltimis multo tardius exorditur, ex hoc
[...]on in omni vere arbores pullulant, hæc ta-
men intelligantur, vbi loca, qualia ſunt quarti
climatis, temperata ſint.

Cap. XIII.

De Autumno & eius aeris ſtatu.

OPPONITVR huic veri Autumnus, cu-
ius ſtatus vel ante parum ipſum, vel parū
poſt ipſum in Autumnale, quod vernali directe
oppoſitum eſt, æquinoctio exiſtit. Qui
cum inter directum, & obliquum in longitu-
dinis exiſtentis medio contineatur, ſecundū
quem

quem terram sol ceu superficialiter radiat, illi circa medias distantias, ob breuem solis moram aeris intemperies plures accedunt, idcirco inæquale est tempus, ac in passiuis qualitatibus intemperatum existit. Nam æstate aerem sol vehementer siccum efficit, & superueniente autumno exiccanti causæ, quæ aeris siccitatem tollere, vel humiditatem, vel temperiem introducere valeat, à qua opposita causa non concurrit, cum Autumni status natura frigida, & sicca sit, calidum enim facilius est infrigidare, quam siccum humectare, ac quodlibet calor citius exsiccat, quam quodlibet frigus humectat, & cum ad infrigidandum qualitates actiuæ validiores sint, sola qualitatiua alteratio à contrario sufficit, ad humectandum autem in aere humidæ habilitas substantiæ requiritur. Quamuis Autumnus æstatis calorem temperare valeat, siccitatem tamen moderari nequit, immo æstatis siccitatem potius conseruat. Autumnus insuper, licet temperatus vere non sit, in actiuis tamen qualitatibus temperamento vicinus est, in eo enim æstiuus calor diminutus est, & eius loco frigiditas non dum sicuti hyeme completa introducitur, compensando quoque cum noctis frigiditate diei calorem, quemadmodum cum frigidis calidorum compensatione membrorum homo

dicitur

icitur temperatus. Nam autumni meridies,
parum post, & ante ipsum, eiusque partes
stiuæ sunt, quia ipsius aër ab æstate faciliter
flammari potest, dispositus valde siccus, &
ehementer attenuatus est, noctes vero, &
psius auroræ ob solis super capita nostra,
directo aspectu elongationem, seu hyema-
s frigidæ sunt. Quapropter autumnali tem-
ore aër ambiens tenuis, resolutus à vapori-
us, denudatus euadit, quo affectu à refrigi-
ante, & calefaciente, frigus, & calorem fa-
iliter, ac vehementer suscipit. Idcirco eius
ies calida, noxque frigida efficitur. Quem-
dmodum à calore vehementer attenuata,
ortis aqua resolutionis facillime infrigida-
ur, vti aqua calida facilius & citius frigida
ongelatur, ob eius enim resolutionem, &
enuitatem, ac perspicuitatem, frigus faci-
iter penetrat, vnde autumno in diei crepu-
sculo aër frigidus viget, circa meridiem
æstuat, qui rursus ad crepusculum vesperti-
num tendens in algorem, qui nocte conser-
uatur, transit humido tamen siccitas, & ca-
lido frigiditas dominatur, sed omnibus sic-
citas est amplior, quoniam corporum humi-
ditas æstatis, & solis æstu exaruit; cum in-
æqualis ergo sit autumnus, nocte nobis opus
est cooperimentis, foliaque arborum squal-
lida ex ipsis cadunt. Quamuis in vltimis cli-

matibus citius in primis autem exordium tardius suscipit, horum autem duornm temporum, quæ vti inter æstatem, & hyemem media dicuntur, ita, ac æstas & hyems media existunt.

CAP. XIV.

De AEstate & eius aëris statu.

ÆSTATE quodam incendio aer ambiens feruet, quia capitum nostrorum oppositioni sol tunc propinquus, ceu directe fere capitibus nostris superpositus est, ab ea versus se tendens radius potentior redire videtur, vel prope perpendicularem radium super angulos valde acutos à sole directe emissum, vel in semetipsum perpendiculariter secundum rectas reflexas lineas, secundum quas ob radii in semetipsum reflexum ad nos penetrauit, vel in aerem æstuando prope ipsum eius facultas vnitur, ac roboratur, quare humiditates magnopere digeruntur, ac aeris substantia vehemente quadam exiccatione, quæ ad similem ignis naturam conuertitur, attenuatur, & pauci rores, & paucæ pluuiæ, quibus aer humidus effici solet, decidunt, quo fit, vt aer calidus & siccus æstuet, qui tantum secundum climata, quæ inter cancri tropicum, & arctici polari circulum existunt, magis & minus flagrat

nam

iam quæ cancri tropico ſunt propinquiora, æſtatem habent calidiorem; & è contra, quæ plus diſtant, & quæ ſunt media, mediocriter habent.

Cap. XV.

De Hyeme & eius aeris ſtatu.

Hyems æſtati ſe opponit effectu, & ſolis & Zodiaci lumine, & influentia, ac eius temperamento, cuius frigiditate, & humiditate calido & ſicco aduerſatur, terræ poros adſtringit, herbas occidit, earum vires radices verſus trahit, compellit, cum contrarium æſtas operetur; & hoc ob ſolis diſtanriam euenit, vnde hyberno tempore in terræ viſceribus vehemens aeris caliditas reconditur, quæ ibi decumbens vligines, quæ in terra abditæ ſunt, attenuat, & eas ad telluris ſuperficiem ducit, quæ inde à calida, & ſolis, & ſtellarum facultate in aerem ambientem attractæ, ibi relictæ in vaporem attenuantur, & cum aere immiſcentur, & cum caliditatis facultas tunc modica, ac imbecillis ſit, digeri, ac reſolui minime queunt, neceſſario ſequitur quadam humiditate, ac ad ſimilem atque naturam ambientis craſſam ſubſtantiam effici, ac conuerti, quo fit, vt ſi modicæ & tenues fuerint vligines, vapor nubiloſus generetur, ſi amplior, & craſſior, caligi-

caliginosus: Si vero adhuc crassior, tenebricosus; plurima vero ac crassissima humiditate exhalante, vapor diffunditur in ambientem roscidus: Ex his quatuor exhalationibus concretis, cum segnes sint, & impetu careant in sublime allatæ, ex frigore concretæ, venti non generantur, sed in rores, multas pluuias, grandines plurimas, pruinas, frequentes niues, quibus aër humectatur, ambiunt, & ob grauitatem in imum rursus delabuntur, id quod cucurbitulæ est iniectum, concaluerit, expirat, qui halitus sublatus in operculum à frigore conuertitur in aquam; qua naris stillat, vnde ex numerosa vaporum, qui aëri commiscentur, à terra euaporatione, ac ex constante aëris frigiditate, dictorumque vaporum iam aëri commixtorum crassitie, & ex frigida crassataque aëris substantia, & ad vaporandum aëris conuersionem, vt vapori similis fiat, expedit tunc ambientem aërem frigidum, & humidum reddi, & eo crassiori corio spissari, quo tunc solaris in inferiora delapsa caliditas imbecillis efficitur, & huic plus, & minus secundum climata huiusmodi qualitas contingit. Nam hyems in eadem regione, quæ in primis tribus climatibus sita est, æstate minor existit, & in tribus vltimis, maior, vt & in regionibus temperatis.

Cap. XVI.

De Aſſuetis aëris mutationibus ex ventis.

AEris inſuper ambientis temperamentum, venti quoque illud commutant. Nam generi humano locum electum in quo genitum eſt, incolendam diuina delegit prouidentia terram, cui propter eximia merita indidimus maternæ venerationis cognomen, ſic hominum illa, vt cœlum Dei, quæ nos naſcentes excipit; natos alit, ſemelque editos ſuſtinet, ſemper nouiſſime complexa gremio iam à reliqua natura abdicatos maxime, vt mater operiens, nullo magis ſacramento, quam quo nos quoque ſacros facit, *nunquam iraſcitur homini, aquæ ſubeunt in imbres, rigeſcunt in grandines, tumeſcunt in fluctus, præcipitantur in torrentes, aër denſatur in nubibus, furit procellis. At hæc benigna, mitis, indulgens, vſuſque mortalium ſemper ancilla, quæ coacta generat, quæ ſponte fundit odores, ſapores; ſuccos, colores, ferrum noſtri cauſa fundit, elui aquis, ferro, ligno, igne, lapide, ſinit ſe omnibus cruciari horis, in viſcera penetrari, auri, argenti venas, & æris, & plumbi metalla fodientes admittit.* Ventos quidem parturit terra, parit autem fuliginoſas exhalationes. Nam caliditas humiditati inuoluta ſicciores exhalationes

Terra benignitas. Plin. lib. 2. cap. 63.

& velut

& velut fuliginosas faciens, ventos generat, humidæ exhalationes, imbres, & rores efficiunt, hanc vero circulus terræ directæ æquinoctiali suppositus, ac circulus in terræ superficie per orientem & occidentem, ac per mundi polos transiens, qui ad angulos rectos sphærales in duobus locis se intersecant, in quatuor diuidunt partes, quæ secundum eorundem angulorum ad solem aspectum appellantur, scilicet solis ortus, meridies, occasus, & septentrio, quibus dissimiles singuli intemperies Solis transitus, distantia, propinquitas, exhibent, cum in primis à terra siccæ ac numerosæ fuligines, ac circa terram motæ ortum habeant, earumque motum, exordiumque à syderibus contrahant: sol enim super horizontis partem fortius it radians spiritales eas fuligines mouet, quarum motu venti progignuntur, quos motum quiescere etiam facit. Cum venti ergo ce terræ vapores sicci, ac à terræ compagine diuulsi sint à singulo terræ angulo diuersi, proprii flantes illius, à qua progignuntur partis temperamẽtum retinent. Dicit Aetius

lib. 3. cap. 164. Locales venti similes sunt locis, ex quibus spirant, à salubribus locis salubres, à morbosis morbosi.

CA

Cap. XVII.

De assueta aëris mutatione ex ventis Meridionalibus.

PArs itaq; meridionalis anguli, qui à dextris solis ortus iacet, si orientem versus aciem tuam referas, illius aerem ambientem ad calidum, & humidum temperamentum vertit, calidum quidem ob solis super eam descensum, cum à septentrionali mouetur Polo, humidum vero ob eum, qui à mari dissoluitur, vaporem humidum, siccoque immiscetur vapori, cum huius quoque partis mare magnum sit, aliquando siccus sit, quem vulgus Leuconotum, Latini Caurum appellant. Venti ergo, qui ab hac spirant parte, calidum, & humidum ambientem aerem efficiunt, tresque ab hoc angulo spirant venti, vnus cardinalis, qui vocatur Auster, duoque Laterales, quorum vnus Euroauster appellatus Orientem versus spirat, alter Austroafricanus appellatus partem Occidentalem flat, hi à locis calefactis, & ex maribus mediterraneis, quæ calefiunt, & euaporant, spirant aerem ambientem, cum eo immiscentes, calidum, & humidum reddunt, nisi ad tempora anni transmutentur, fiunt calidi, & sicci, aut si per loca frigida ceu per montes niue oneratos discurrant, eum infrigidant.

Cap.

CAP. XVIII.

De Assueta aëris mutatione ex ventis Septentrionalibus.

SEPTENTRIONIS angulus à solis ortu sinistris huic opponitur, cuius temperie ob solis ab hoc angulo remoti cursum, frigida & sicca existit, cum etiam sol ad hunc angulum tendat, & ab huius partis polo terra sit remotior. Ex hoc angulo spirant venti omnium saluberrimi, quorum vnus Cardinalis, Boreas dictus, & duo laterales, quorum, vnus chorus appellatus Orientalem plagam versus spirat. Alter Aquilo nuncupatus Occidentalem statum tendit. Isti vero venti temperamenti frigidi & sicci sunt, frigidi, quia per montes frigidos, & plagas frigidas, niuibusque tectas transeunt sicci enim multos vapores minime ducunt. cum in ea præsertim septentrionis plaga, polo arctico subiecta, qua Boreas spirat, ex maxima solis distantia præ nimia loci illius frigiditate nulla quasi contingit euaporatio, tum etiam quia super maris aqua solutas liquidas, fluidas à sole euaporatas, minime transeunt, sed super aquas potius congelatas, per loca que deserta, ex vehemente, vrgenteque frigore discurrunt, hi vero ambientem aërem frigidum, & siccum conficiunt, si per loca

ma

men calida iis tranſire contingat, ambientem aerem calefaciunt.

Cap. XIX.

De aſſueta aëris mutatione ex ventis Orientalibus.

ORtvs vero Angulus ille, in quo ſol oritur, eſt moderatæ temperaturæ, ſuper eum enim ſingulis diebus ſol oritur; & ab eo ſeparatur, in eo ergo eius calor calefacere nequit, quoniam ibi ſol diu non quieſcit, frigus minus, cum ſuper eo ſol quotidie oriatur, & paululum calefaciat. Ab hoc etiam angulo tres ſpirant venti vehementiſſimi, quorum vnus Cardinalis, Subſolanus nuncupatus, duos laterales, quorum vnus Eurus dictus, Auſtrum verſus ſpirat, & eſt in hyemis ortu, alter vulturnus, ſiue cœcias appellatus, Septentrionem verſus flat, & eſt in æſtatis ortu. Iſtique venti, cum ſint temperati, moderatum ambientem reddunt aerem, licet in caliditate, & ſiccitate eorum temperamentum exiſtat. Occidentalium tamen ſiccus eſt. Angulus autem orientis ad ſeptentrionem declinans tot non habet maria, quot ad Septentrionem declinans angulus occidentis poſſidet. Tum poſt ſolis ortum, & in diei crepuſculo orientales venti ſpirant, & ſic à Sole aſcendente digeruntur, ac purificantur.

ficantur. Occidentales vero tunc erunt sic ciores, & tenuiores. Quia iam ex aere tem perato attenuato, & exiccato sole spiran in crepusculo noctis, illi post solis occasum à sole non digeruntur. Ex hoc Orientalibu Occidentales venti minus calidi sunt. Oc cidentales ergo in frigidam intemperiem Orientales in calidam labuntur. Ambo au tem Austro, & Boreæ æquiparati moderatio res sunt.

CAP. XX.

De assueta aëris mutatione ex ventis Occidentalibus.

OCcasus vero Angulus moderatæ e facultatis, paulolum ad frigidam, & hu midam temperiem illabitur, ex hoc enim an gulo tres conflant venti leues, & familiare quorum vnus Cardinalis Fauonius dictu qui duos habet laterales, quorum vnus Ci cius vocatur, qui est in æstatis occasu, septe trionem versus spirans, alter Aphricus appe latus in hyemis occasu austrum versus co flat, & ii moderatum ambientem efficiun aerem ad frigiditatis, & humiditatis, tam gradum declinare eum faciunt, cum Orie talibus Occidentales venti humidiores sin Cumque diu plusquam Orientales super m ria elabantur, quorum eis vapores immisce-

tur, ab eisque deportantur, ac quia motu soli contrario mouentur, sol enim motu diurno ab Oriente in occasum trahitur, ii vero Occidentales venti ab occasu in Orientem conflant, quare Orientales ventos, qui motum solis sequuntur magis, quam Occidentales, qui solis contrarii sunt motus, sol digerit, & mundificat; cum Occidentales insuper venti in diei crepusculo spirant, cum ab aere per solem, qui tota nocte sub nostro hemisphærio latuit, non attenuato conflant, sed noctis frigiditate, & humiditate crassato, ac vaporũ, quos à mari sol Occidens eleuauerit, eos digerere non valuerit, copia densato densiores, & crassiores existent. Quod si noctis crepusculo perflauerint, tunc minus densi, ac minus erunt crassi, cum ab eo aere, vel cum impellant ante se aerem, qui iam antea à sole fuerit attenuatus, qui etiam tota die super nostrum hemisphærium transiuit, licet iam aeri vapores sol permeans commiscuerit. Cęterum eorum temperamentum ii octo laterales venti conuariant, quando cum vicinis lateralibus ventis conspirant, & mutuo se immiscent, eorum tunc temperamentum cum conspirantium lateralium temperamento sæpius commutant, ac adhærent.

CAP. XXI.

De assueta aëris mutatione ex Regionibus.

PRÆTEREA aer ambiens secundum diuersas regiones vario modo commutatur. In Regione, quæ tropicis supponitur, aer ambiens feruet, cum præcipue illi quoque regioni sol directe superponitur, & eius radius super eam regionem perpendiculariter dirigitur, ad quam perueniens secundum rectam lineam in se reflectitur. Si vero in cœli partibus inter Tropicos, & Polares circulos existentibus regio sita fuerit, illi sol directè nunquam supponitur, quia sol nunquam tropicos pertransit. Nam ibi septem sunt climata; ambiens ergo aer in calore diuersificabitur, & plus, & minus secundum quod tropicis rectoque solis aspectui proxima sunt. Regionis enim tropico propinquioris super angulos accutissimos prope perpendicularem validioribus solis reflectentibus radiis, ambiens aer calidior erit: ob solis imbecilliorem radium, & longius ad perpendicularem reflexum elongatiorem regionem, aer minus calidus ambit. Plaga igitur à tropico Septentrionem, vel polum arcticum versus, continue aer minoris erit caliditatis, secundum quod à terra tropico subiecta plus recedat,

et, vel ad tetram polo arctico ſubiectam ac-
idit, regio etiam, quæ ab ea diſtans, quæ eſt
b lineæ partem æquinoctialis, partem ver-
s tropico ſita minus calida eſt, quam ea, quæ
b tropico.

Cap. XXII.

De aſſueta aëris mutatione ex Regione AEquinoctiali.

ÆQVINOCTIALIS regio temperata eſt, nam cauſa cœleſtis calefaciens ibi
nica eſt, quia ſolis radiorum caſus ibiq; per-
endicularis exiſtit, ac in aere magnam calo-
s impreſſionem directus ille aſpectu mini-
ne conficit, cum diuturnam moram non
ontrahat, verbi gratia, ſi per magnũ ignem
requenter in eo nullam moram faciens ve-
ox tranſeas, ab igne non accenderis, neque te
untaxat non comburet, verum etiam haud
uaquam te lædet.

Cap. XXIII.

De aſſueta aëris mutatione ex Regione Septentrionali.

ILLÆ etiam, quæ ad Septentrionem, ſiue polum arcticum magis accedunt, & quæ
cancri tropico elongantur regiones, frigi-
lum potiuntur aerem, tunc enim à Zenith

eorum capitum multum distat. Illæ autem, quæ sub Septentrione positæ sunt frigidum, & siccum aerem contrahunt, ac quæ harum Septentrionalium polo Septentrionali suppositæ sunt, super quas voluitur, cum præsertim etiam niuibus montes onerati sunt, frigidum, & siccum ambientem aerem possident.

Cap. XXIV.

De assueta aëris mutatione ex Regione Austriali.

REGIONES insuper, quæ sub Austro existunt, demissæ sunt malarum qualitatum, plurimeque putredinis, & inquinamenti, calidum & humidum, putremq; ambientem aerem conficiunt.

Quæ vero sub Oriente sitæ sunt huiusmodi, qualem ver, aerem temperatum potiuntur.

Quę autem sub occasu decumbunt, à temperamento per calidum, & humidum recedens aer crassus, fuliginosusque eas continet, harum enim plagam solis radius mane haudquaquam radiat, æstate vero mane, in illis frigora vigent, vespere autem solis calore aer feruet, & eius est autumni similis.

Attamen totum solum habitatum cœlo parti, quæ inter cancri tropicum, circulum

qu

ae polarem arcticum ſeptem climatibus
nexis iacet, ſubiectumque eſt Septentrio-
le, ita quod ad Septentrionem eius angu-
Orientalis & Occidentalis, & inter or-
m, & ſolis occaſum medium declinant;
emadmodum enim totum ſolum, quod
Capricorni tropico, vſq; ad polarem antar-
cum circulum tendit, vt aſſerunt meridio-
le eſt. Verum ergo Oriens, neque verum
ccidens ad alterum non declinans polum:
ti verſus polum arcticum æquinoctiale di-
cte ſubiectum ſolum poſſidet, minime ha-
emus; noſter vero ſolis ortus, & occaſus,
m ab æquinoctiali polum verſus arcticum
eclinant, Septentrionales iudicātur, verum
ciuitatibus noſtris, aliarum reſpectu non-
ullæ, cum à polo arctico plus diſtent, antar-
icumque verſus magis accedant Meridio-
ales appellantur. Itaque ciuitates, oppida,
ra, plagæ, quæ inter has ſitæ ſunt partes ea-
m aeris temperamentum ſequuntur, & ea-
m maxime, quibus proximæ ſunt, ſecun-
um ab eis diſtantiam, & propinquitatem in
eris temperamento conueniunt, & ſi ab
triſque partibus diſtantia æqualis extiterit,
inter harum partium intemperies, eo-
rum temperamentum me-
dium erit.

CAP. XXV.

De aſſueta aëris mutatione ex locorum altitudine, & profunditate.

AD ambientem mutandum aerem, & locorum cacumina, profunditaſque concurrunt, nam in locis demiſſis, ac profundis, ceu vallibus decumbentes plagæ, vt ita dicam, puteis, pluuiæ hybernæ ſubruunt, & quod ab altis ſuper eas deſcendunt locis, æſtate ſitiunt, aquas in ſtagnis, ac paludibus congregatas, ſcaturienteſque in conuallibus fo ueis immorantes, nec curſum habentes bibunt. His non Borealis ventus, ſed craſſus tenebroſuſque Auſtralis plurimum ſpirat, cumque ob radiorum circa terram robur, ſolis æſtum, qui ab ea reflexus corroboratur, aer retineat, ſpiritus & ſanguini huiuſmodi commixtus, animam triſtem efficit, corpus caliditate laxat, imbecille reddit, cum à ventis non digeratur, velociter putrefit, & putredinem, & ſquallorem auquiſitum, vel vitiatam aliam qualitatem eius craſſitie conſeruat.

CAP. XXVI.

De aſſueta aëris mutatione ex loco ſublimi.

LOCVS vero ſublimis ambientem aerem frigidum in ſe continet, quoniam illud, quod ex aere à terræ planicie ad ſub-

limem

mem tenendo locum procedit, frigidius ex-
it, cum præſertim infimum aeris interſtiti-
u, humidum, & calidum ſit ſupremum ca-
lum, & ſiccum, cumq; inſuper ſoli, & ven-
p quibus aer mundificatur, locus ſublimis
oſitus ſit, hunc locum ad habitandum ſa-
oriorem eſſe aſſerunt, attamen huiuſmodi
cus ventis omnibus expoſitus eſt, at me-
eoro logicarum impreſſionum, influentia-
mq; corporum cœleſtium ſqualloribus præ
is inquinatur.

Cap. XXVII.

De aſſueta aeris mutatione ex planitie.

PLANITIEM etiam ſaluberrimam eſſe
affirmant, aer enim eius, cum ſit æqua-
s à valentioribus ventis corpora minus læ-
untur, neque laxa, neque imbecillia con-
ciuntur, ac omni ætati, cum aſcenſu, & de-
cenſu plurimo non egeat, commodior eſt.
Cæterum his omnibus locis, ſalubrior eſt il-
e, cuius non leuiter putreſcibilis, ſed purior
magis ſanguini arteriali, ac ſpiritibus accom-
modatus eſt aer, ſed ille ſitus, qui inæqualis
ſt, non approbatur, qualis eſt Roma, ex val-
ibus, & montibus eius magna pars conſtru-
cta eſt, in quo loco ex profunditate plurimæ
eri mutationes eueniunt, quæ in locis au-

tem æqualibus, ac altis, & montosis paucæ in aere eueniunt.

CAP. XXIIX.

De assueta aeris mutatione ex montibus.

MONTES tum ex solis parte, tum ex ventorum flatu ambientem aerem con uariant. Nam si inter solem, vrbemq; aliquã se montes interponant, impeditis solis radiis, illius ambiens aer frigidior euadit. Si vero Septentrionem versus mons iacuerit, vrbsq; illa Septentrionalis fuerit, in eam ciuitatem suos reflectens radios, eius aerem Oriens sol tunc calefacit. Si vero occasum versus mons positus fuerit, ac occasum versus vrbs detecta sit, aerem etiam eiusdẽ solis radii reflexi tunc flagrabunt. Si ortum autem versus mons occumbat, aerem solis radii nimis calefacient, à solis enim ortu in occasum, super nostrum transiens hemisphærium, super illum montem eleuatus, ab eo continue elongatur, ac caloris vires diminuendo, solis radii calefactiua facultas procedit; sed si occidentem versus mons situs fuerit, in continua elongatione ab eo sol non sic est, immo quacunq; diei hora, versus ipsum tendit, & sibi approximat. Si vero in meridiei situ mons iacuerit, vel ita altus fuerit, vt vrbi vmbrã inferat, aerem mi-

nus

et calidum,vel frigidũ efficiet, quantum ad-
erſus ſolem vrbẽ cooperit, tantum infrigi-
at, vel minus calidum reddit. Si ex montis
item interpoſitione ad aliquam ciuitatẽ Au-
ales venti detineantur, & ea ciuitas Septẽ-
onem verſus detecta fuerit, ad frigidũ illius
nbiens aer mutatur. Si vero Auſtrum verſus
uitas diſcoperta fuerit, Borealemq́; flatum
npediat, licet in frigida regione talis ſit, eius
imen aer calidus erit. Cæterum ſi inter duo-
um montiũ cacumina alicui ventorum de-
icta ciuitas conſtructa fuerit, & inde huius
enti valẽtior fiat flatus, & ab eo iuxta ſuas ci-
itatis qualitates alterabitur, in viis enim an-
uſtis aer cõſtrictus tractim procedere ſolet,
motu non deſinens, hocq́; idem facit aqua,
alia liquida, fluuida, niſi à vento retineãtur,
quanto magis impelluntur, tanto magis ad
quilibrationem. Locumq́; liberum tendere
ituntur. Ex montium itaq; parte ambiens
er ille moderatior eſt, qui verſus Orientem,
Septentrionem detectas ciuitates, verſuſq;
ccidentem, & meridiem opertas circum-
nbit. Nam Occidentalibus Orientales ven-
meliores, & puriores ſunt; Meridionalibus
ero Septentrionales plus aerem purificant
t corroborant.

Cap. XXIX.

De aſſueta aeris mutatione ex mari.

AD immutandum aerem mare etiam occurrit, cum aqua naturaliter humida sit, & mare sit aquarum mater, ac ex mari, & cœli facultate indesinens euaporatio contingat, cum præsertim omnia flumina, quæ in illud confluunt, in vaporem vertantur. Nam aqua dulcis, & tenuis mari commixta in vaporem vertitur, & sursum ducitur, simili modo si quis aquę dulcis cyphus super mensam latam fundatur, illico in vaporem digeritur, necessum est, vt locorum mari proximorum aer madefiat, & humectetur, Si Septentrionem versus mare ciuitati propinquum esse acciderit, ad infrigidandum illius aerem opem præstabit. Ventus enim Borealis, si super supremum maris interstitium labatur, maioris infrigidationis gradum acquirit, quam vna cũ vaporibus à mari sublatis huc illuc defert. Si vero in meridionali ciuitas sita fuerit, ex maris vaporibus vento Australi immixtis ambiens illius aer crassior, caliginosior, squallidior euadet, si egressum liberum, præcipue ventus ille non habuerit, aut si quis Septentrionalis mons se illi opponens eum reflecteret. Si vero in Orientali plaga ciuitas mari propinqua extiterit, illius aer magis quam ab Occidentali humectabitur. Nam tam à mari, quàm à terra madefacta, ac noctis frigiditate, & humiditate super Orientem se inde-

sinen-

menter eleuans sol euaporationem augmẽ-
it, & hoc tanto magis fiet, quanto Orienta-
li mari ciuitas ea erit propior. Non mari
Occidentali hoc idem contingit, dum enim
ad occasum sol accedit, iam super ea, plagis-
que sibi vicinis, tota die terræ, ac aeris humi-
ditates depauit, & exiccauit, quod nos testari
possumus: Oriente enim Sole, non sic oc-
cidente à fluminibus, à lacubus, paludibus, à
stagnis, a mari vapores ceu fumum, siue nu-
bes effumantes vidimus, hyeme præsertim,
ob caloris solis imbecillitatem validi, & fla-
tuosi eleuantur vapores, quos calor ipsius ne-
quit attenuare, ac in partes minimas seque-
strari, & maris frigiditate pori constringun-
tur, quare vtpote validi, crassi, lenti, flatuosi
retinentur, & non dissoluti aquam diuidunt,
& vehementi motu procellosæ turbines in
eo suboriuntur. Ciuitatum mari proxima-
rum, aer ille salubrior erit, vbi mare conti-
nue fluit, ac refluit, ac venti per ciuitates
transeuntes, à montibus super eas non refle-
ctuntur, eum à putredine assiduus motus
deseruat.

Ciuitatum insuper aer secundum Soli, in
quo ædificatæ sunt, diuersitatem immutatur,
in quarum humus lutosa, limosa, cænosa,
mollis, cineritia, nigraq; fuerit, ambiens aer
frigidus, & humidus existit, quarum vero tel-

lus

lus petrosa, vel arenosa est, frigidus, & siccu[s]
aer efficietur. Vbi vero limus, vel cænum in[..]
caluerit, aer calidus, & humidus fit; vbi ver[o]
terra mineralis extiterit, mineralium quali-
tatem aer asseruabit, loca etiam nemoribu[s]
propinqua, aut plaudibus, stagnisque aut flu-
minibus proxima fuerint, eandem, cuius a[..]
quæ & nemora sunt, qualitatem aer contra-
het.

Itaq; si hac vicissitudine, assuetaq; mutat[i]-
one, sed modo æstu, modo algore, modo hu-
mido, modo arido, astra, anni, tempora, ven[ti],
regiones, locorum profunditas, ac eoru[m]
sublimitas, montes, maria, nemorum & aqu[a]-
rum vicinitas, vrbium situs, aeris ambient[is]
naturali ordine temperamentum ita conu[e]-
riant; si anni tempora assuetum, ac constan[tem]
statum obseruauerint, ac si ver in calore, [&]
frigore temperatum extiterit, in eoq; alte[r]-
natim fiant pluuiæ: Si nec moderati calo[ris]
æstas extiterit, & in ea paucæ admodũ pluu[iæ]
non quemadmodum vernales esse conduc[it]
decidant: Si nec Autumnus nimiæ siccita[tis]
& in eo imbres fiunt, ac si hyems frigida ex[ti]-
terit, & imbres non numerosi decidant, tu[m]
ambientis aeris temperamentum (quem[ad]-
modum aqua tepida in vnum extraneor[um]
facillima mutatione transit) ita ferè paula[tim]
mutatur, vt à nemine toto tempore sen[tia]-

ur. Sed si contingat, vt confertim sentiatur, non tamen affatim, aut immoderate, in humidorũ temporum, aut naturalibus mutationibus, quemadmodum oriente Arcturo ferè fuit, simulq; frigidi venti spirant, deinde sequenti tempore paulatim (ita vt nõ percipiatur) in frigidum fit mutatio, quam sensibilem vicissitudinem facit Vergiliarum occasus; deinde vndequaq; similiter ad vernale æquinoctiũ venit, ac interim par fit accessio, vsque ad Vergiliarum ortum. Sæpius vero etiam manifeste quidem sub tempus æquinoctii, et moderate tamen iam ab ortu Vergiliarum augetur calidum & siccum, vsque ad canis ortum modice, & pededentim, qui vbi adest, aliquantisper regnabunt. Austri mox succedent pluuiæ tantæ, quantæ spirent, Etesiæ ad ortum vsque Arcturi. Vbi vero sicus aer pededentim mutatur, & hunc in modum anni tempora constanter procedãt, in se naturali ordine conuertantur, ac pro ratione in siderum ortibus, atque occasibus huiusmodi signa facta fuerint, & in Autumno in imbres descenderint, & hyems mediocritatem seruauerit, neque valde serena, neque multi frigoris extiterit, & vere ac æstate imbres tempestiui descenderint, sic par est ambientem anni illius aerem salubriorem fore, experientia & ratione, neq; pestem

vllam,

vllam, neq; quemquam vulgarem morbum, sed solos dispersos morbos, qui victus comites sint suboriri, comprobari potest, cum autem de assueta aeris mutatione sermonem absoluerimus, nunc superest, vt quicquam aliud attingam.

CAP. XXX.

De inassuetæ aeris qualitatis mutationis causa, dignotione & præsagiatione.

CVM publica per Populos vniuersasque vrbes fata peragantur, non illis duntaxat assuetis aeris mutationibus genus humanum interimere contenta, exaturataue quadam; verum etiam (vt citius humanæ ambitionis miseriam delerent) has aeri versiones sanxerunt inassuetas, quæ aeris tum qualitatem maxime commutarent, tum substantiam valde polluerent, quo fit, vt iuxta interitusq; eius cæteros epidimiales morbos ac illud seuerioris perniciei alterum, & sidereum, & elementare pestis genus procreantur, quod fatalis numinis conscium, rapidissimo cursu in animantia tunc grassatur, cum ex tabifico astrorum influxu, qui cum sit cœlestis quædã qualitas immaterialis, & occulta in cœlo efficax, obrui nequit, quin pro eo qualitate, natura, habitudine in his corporibus compositis suos effectus præstet, & an[...]

temp[...]

mporibus, ac ventorum flatibus qualitati
nsuetæ, & maxime accedant mutationes,
monitu Galen. 2. *de crisibus*. Nam qualẽ ma-
riam habet aer, ita & nos afficit.

Cap. XXXI.

De inassueta aëris mutationis qualitatis causa ex syderibus.

MIrum in modum aeris in primis qualitas tunc maxime inquinatur, cum eclypses ut cometæ apparent, aut cum Saturnus & Mars, aut Mercurius & Saturnus insignis humanis, in Virgine, aut Geminis, aut in Aquario, simul conueniunt, à naturali præter naturam statu aeris qualitatem non tantum contrariant, quantum polluunt, nam tunc quoddam extraneum, crassum, & heterogeneum n aerem ab iis quadã larga syderea, vel ætherea humiditate commixtum profluit, ac in eo mmiscetur, cuius contractu modo velociter alefacta, modo infrigidata aeris qualitas magnopere alteratur, infrigidato nempe aeris naturali actuali calore acquisita humiditate, calore proprio destitutus, ac alieno imbecille supercedente alteratus aer putrefit, ac mala inde secretiore syderum proprietate æqualitate afficitur, atque ex eiusmodi mistibilium alterata qualitate, quædam noua in aere se-

creta oboritur qualitas, quæ tum à ſyderum tum ab aeris tabefacta qualitate, præter naturam acquiſita in aere, ſquallore, craſſitie, & turbulentia exiſtentibus, quædam ſyderea vi venenata efficitur, quæ ſyderalis peſtis nuncupatur. Quamuis cœleſtia ſigna non ſemper ſtatim minas exercent, ſed annum totum, vel ſequentem interdum ſuſpectum faciunt.

CAP. XXXII.

De inaſſueta aëris qualitatis mutatione ex anni temporis conuariatione.

HOc idem malum, maxima anni temporum conuariatio operatur, quamuis natura comparatum ſit, impoſſibile eſſe, nos ſolem æqualiter calefacere, & illuminare. Cum aſpectu directo nos reſpiciens in ſui excentrici auge ſe contineat, vel quaſi directo, & cum in augis oppoſito, & in longitudinibus mediis ſuper nos ſuperficialiter radiat, aut cũ ſuper noſtrum hemiſphærium in meridie exiſtat, aut cũ ſub noſtro hemiſphærio in noctis medio ſe abdat, negandum tamen haudquaquam eſt, ex naturæ ordine hoc minime conſtare poſſe, vt ſecundum vnam qualitatem, & eundem gradũ omnia tempora eueniant, diuerſis vero gradib. ſub eadem qualitate omnia potius labi poſſe, exiſtimandũ eſt. Ita cali-

or, quã debet, hyems euadere poteſt, & ita
r, æſtas, autumnus hoc quidem ob diſſimi-
les in ſimul Planetarum aſpectus ac ex ſtel-
fixis & maiorib, ac ex impreſſionibus me-
eorologicis diuerſis, & pluuiis, ventis, nu-
bus, pruinis, coruſcationibus, tonitruis, cõ-
ngere fertur, quibus anni tẽporibus vehe-
ens inconſtantia euenire ſolet, quo fit, vt
lores modo & validiora frigora, modo im-
tes multi, rurſum ſiccitates diutinæ accidãt,
urimi modo, ac diſſimiles flent venti, aut
odo deficiant, quibus quam plurimæ in tẽ-
orum ſtatibus omnimode aeris magnæ, &
aſſuetæ, quę confertim, & affatim ſentiun-
ır, mutationes oriantur, vnde ingenti am-
iens aer mutatione alterari cogitur.

Cap. XXXIII.

De inaſſueta aëris qualitatis mutatione ex veris inconſtantia.

CVm ergo ver in primis inter cætera anni
conſtantia tempora ſaluberrimum ſit, ꝙ
corpus bonos habens humores excipiat,
oc ſaluberrimum conſeruat, nihil ex pro-
ria natura innouans: non ſic ęſtas, Autumn⁹,
el hyems: Hæc enim tempora, & ſi purum
orpus, & omni vacans reprehenſione ſuſci-
iant: Illa vltra modum flauã bilẽ generat, op-

portunam hic atram bilem, hyems vero pi-
tuitam progignunt.

Cęterum ſi ver totum humidum extiterit,
& hyems præceſſerit ſicca, & Aquilo perfla-
uerit, ad contrariam ambiens aer ducetur cõ-
ſtitutionem illi, quæ prius inerat, id eſt, ſicca,
tranſcendens illam, quæ mediam tenet me-
diocritatem. Quare æſtas ſubſequens para-
tum excipiet offenſioni, cum terra adhuc hu-
mecta magis fuerit, atque ob hanc cauſſam
ſuffocationem efficiet, vtpote Eteſiis non-
dum ſpirantibus. Nam poſtea flare incipi-
unt, poſt canem etiam. Cumque æſtas illa ex-
traneam humiditatem corpora habentia re-
cipiat & inueniat, & ex pluuioſo vere tellus
& locus, in quo habitant, fiant aquoſa, aut pa-
ludeſtina, ſtagnis & aquis ſtantibus humecta-
ta, in quibus efficitur aer craſſus malis vapori-
bus refertus, quo fit, vt vehemens exiſtens ae-
ris mutatio animantium corpora morbido
affectu afficiat, cum aere præſertim humido
exiſtente calida & ſicca æſtas ſubſequetur, &
ſi æſtas pluuioſa extiterit, cum ſol in æſtate
materia, quam ebullire facit in corporibus, ...
terra, & aere aſſeruata, ob æſtatis humiditat...
tum magni magis contingent morbi, & ho...
etiam ex defluxionibus eueniet, propterea
quod pituita, quæ in hyeme aſſeruata fuerit,
ad abditos meatus, ac intimas concauitates

deſcen-

ſcenderit. Quamobrem ad ipſam mouetur
ior. Quo fit, vt in humidis proprie naturis
eruetur putredo. Ex hoc, ac ex huiuſmodi
ris conuariatione, totum tempus medium,
ores peſtilentes, ac Epidimiales morbos
ogignet.

Si autem ver pluuioſum cum moderata
uuia, & Auſter perflauerit, ac Autumnus
umidus, & auſtrinus ſubſequetur, par eſt, nō
llum quosdam non ſtatim ægrotare, verum
iam immodice per æſtatem habere reme-
ium, non mediocre eam, quæ facta eſt in
utumno, humidam conſtitutionem, quia
ero totus annus talis eſt ſubſequutus. Qua-
ropter corpora ad hoc præparantur, vt hye-
ne defluxiones, & ventris profluuia ſibi con-
ngant, Galenus 2. *de criſib. Si ver Autumno ſimi-* *Cap. 2.*
factum fuerit, autumnales egritudines expectare
ortet.

Si æſtate quoque ſicca perflauerit Boreas,
eque ſub caniculam, neque ſub arcturi oc-
aſum, pluuioſa circumfluæ auræ accidit in-
emperies, qua repentini, & valde acuti mor-
i contingunt.

Cap. XXXIV.

De inaſſueta aëris qualitatis mutatione ex æſtatis inconſtantia.

GAlenus 2. *de Criſibus*, cum æſtas natura ſua *Cap. 2.*
ſit calidiſſima, & ſicciſſima. Sed ſi æſtate

inconſtante pluuioſa Auſter perflauerit, & ex ſimili ſequente Autumno aere intemperies humida contingit, qua ſuperueniente hyeme obſtructis, ac conclucatis humoribus, quorũ vapores ex frigore difflare nequeunt, quo fit, vt hyeme multi contingant morbi, cum prioribus temporibus multorum humorũ aceruum, hyems non duntaxat conſeruat, quantũ nouas etiam gignit, qui poſtmodum minime difflant. Quare hyemem morbidam & in ſalubrem eſſe neceſſario ſequitur.

Cęterũ ſi inconſtante æſtate ſicca, Auſter perflet, & Autumno pluuioſo, ventisq; ſeptẽtrionalibus ingentib. ambientis aeris temperies mutatur. Quã cum hyems multã materiã aſſeruatam inueniat, illã eius frigiditate coagulat, & condenſat, quo fit, vt hyeme morbos expectare oporteat. Cum inſuper ęſtate, & autumno abſq; pluuiis perflauerit Boreas, ad maximam ſiccitatem commutatur aer, quo fit, vt febres acutæ hilioſæ eueniant.

Si vero ambiens aer ex pluuioſa æſtate ſub canicula mutatus fuerit, ac eadẽ die vẽtus Borealis pflauerit, morbos reſolui ſperãdũ erit.

Si æſtatis primam partem calidam, & humidam eſſe, ac peſtis generatiuam contigerit, ventus Borealis ſuperueniens, eius malitiam reſoluit, digerit, atq; corrigit.

Si autem ab inconſtante æſtate veriſimili mode-

ideratam temperiem, siue ad caliditatem,
humiditatem ambientis euersio contige-
ad cutem ob eius caliditatẽ humores tunc
rahentur, ac per modum vaporis ob eius
miditatem digeri non possint.
Si præterea ambiens æstatis aer, vehemen-
fuerit caloris, & diei horæ matutinæ aer
iterit frigidus, ac inde turbidus, atq; toni-
uum fulgurumq; ac reliquarum metheoro-
gicarum impressionum numerosa quanti-
apparuerit: Ventiq; Austrini perflauerint,
tum quamplurimi homines, cęteraq; ani-
antia ęgrotent, & pereant, tunc pestis expe-
anda erit. Si æstas quoq; vehementis fuerit
loris, & in hac, & in Autumno sequente in
re alterãtes molestię, & multa Hypocauma-
euenian, adeoq; inspiratus aer suffocare
detur: Tunc Autumno grassabitur pestis.
Si æstatis ac Autumni aer cõdensari videa-
r, itaq; pluere existimetur, & non pluat, sed
r siccus, & non madidus existat: Tunc hye-
is statu; corrumpetur, fuliginum enim cõ-
rbantiumq; aerem vaporũ multitudo, im-
ibus minime lauatur, nec sole, nec vẽtis pu-
ficatur, immo opacus hyemali tẽpore cras-
s, ac turbidus remanet, hyems præsertim
strina extiterit, vnde hyeme pestis orietur.
Si autem per æstum assidue largus imber
luat, id namq; est calidi, & humidi status pro-

prium, quod si vel tantum æstus quemadmodum in naturaliter se habente æstate pluat, sed in frigore veluti hyeme solet, fieri nequit quin is status calidus, & humidus sit, quo carbunculi contingunt putrescentibus in corpore excrementis, ac saniem quandam, quæ calida, & humida immodice sit, ac pruritum excitantem gignentibus mox pustulæ veluti ambustis aboriantur, vtique sub cute videantur, quo fit vt pestis inde generetur.

Si in æstu multi imbres non solum deciderint, verum etiam nubes crassę, atrę caligines ab Austro, & Euronotho collectæ, quas Solis feruor non discernit, frequentes, numerosę ac densę fuerint, quibus tamen non pluat, aut guttatim die, ac noctu spirantibus ventis Australibus imbres continuauerint, aut si aer erit turbidus, quietus, immobilis, & vētus Australis turbidus spirat, & arbores, ceu puluere coopertę videantur, indicium erit à terrę diuersitate conturbari, qui in vno tempore magis quam in alio cuiuscunq; agenti fumeis vaporationibus aptam materiam se reddit, quo fit, vt eo anno vulgaris, & pestiferus interitus sequatur.

Si ęstate calidiore, & ficciore aere feruor contigerit, tunc calidissimi generantur humores, ex aere plus ęquo magis exarescente, contagiosaque in corporibus operante putrefa

refactione, qua pestis ortum sumit, quemadmodum in ea pestilentia, quæ Athenienses inuasit, vt Thucydides testatur, videlicet in tuguriis suffocantibus æstatio tempore habitantium corpora corruptione laborabant, at quia corporum humores ex praua victus ratione erant putredini obnoxii, tunc febribus pestilentibus illis origo data est; forte autem per continuum ex Æthiopia quædam fluxêre contagia, iis, quorum corpora erant ad patiendum parata.

Gal. lib. 1. de differ. feb. c. 6. aut. 10.

Itaque æstas per calidum & siccum constantem statum excesserit, calor ergo æstuans in summo existens æstu eorum corporum humiditates exiccando resoluit, quæ si tunc non resoluantur, aut ratione alicuius influxus, aut flatu deferentium pestem, aut cum iam putres sint eorum humores, tunc si quid liquidissimum ac aquosissimum sit, in bilem consumitur, densissimum acerrimum relinquitur, quod idem accidit secundum eandem rationem, & circa sanguinem, tunc citius rabida & biliosa peste corripiuntur.

CAP. XXXV.

De inassueta aeris mutatione ex autumni inconstantia.

OCcurrit Autumnus, cum eius inæqualitate & intemperamento, verum autu-

mni aeris inter temporum, ab eorum naturalitate mutationes, mutatio salubrior est, scilicet cum aer autumnalis pluuiosus, & hyems cum quadam frigiditate, non excessiua tamen, comparatione ad regionem temperatā extiterit, siccitatem, cum eius autumni pluuiæ minuunt, innatumq́ue calorem temperata hyemis frigiditas corroborat, non penetrans ita, vt corporis vires imbecillitet, nec suo frigore ita valide exprimens, sicut reuma à superioribus ad inferiora excutiens humores.

Si vero in autumno aer inconstans fuerit, & mutetur, ita vt modo siccus, modo frigidus, modo inæqualis fiat; quum aliquando calorem, aliquando frigus, eadem dies contineat, Deinde quum æstiuum etiam subsequatur tempus, in quo multis quidem humores iam præassati fuerant, quibusdam vero iam vires imbecilles extiterant, postmodum humores, qui primo ad cutem mouebantur, atque diffl‹u›bant, autumno vero ob ambientis aeris frigiditatem retruduntur, atque ad interiora impelluntur. Hæc hominibus sunt communia.

Si vero circa canis ortum aqua hybernaq́; tempestas, & etesiæ perflauerint, spes erit quietis, qua autumnus salubris erit.

Cæterum si in medio autumno ambiens aer

[...]æ non debite calidus extiterit, & ante Solis [or]tum, in aere quædam hypocaumata videa[n]tur, atque cum nube puluerulenta, & pro[p]ter nidorulentia super nostrum hemisphæ[riu]m ascendant, aut quando clarus primo [ce]rnitur, deinde turbidatur dies, modo mira [sp]ectabilis eius serenitas repentina interdum [ca]ligine occupetur, ita vt mutetur, modo ca[le]fiat, modo frigeat, modo luceat, modo ob[te]nebretur, in dieq; sequente inter prænota[ta]s nubes, eodem modo, sol iterum appareat. [H]æc aeris ambientis euersio pestilentiam [p]ortendit.

Cap. XXXVI.

De inassueta aeris mutatione ex hyemis inconstantia.

Galenus *lib. 2. de Cris.* cum hyems præ omnibus anni temporibus sit humidissima [e]t frigidissima, si hyems quidem sicca, æstas [v]ero humida fuerit, temporum status haud [s]ecundum naturam se habet. Neq; igitur æ[st]iuæ origines tempore æstatis tunc abun[d]ant. Neq; enim existimare debes, quod præ[te]r anni temporum appellationes singulæ æ[g]ritudines accidant, sed propter ambientis [a]eris temperaturam. Nam qualem hic natu[r]am habet, ita & nos afficit. *Cap. 2.*

Si insuper hyemis siccæ, & aquiloniæ, & [v]eris pluuiosi, & austrini inconstantia extiterit,

terit, ambientis aeris ſtatus alterabitur, licet huiuſmodi alteratio, ſiue mutatio parua ſit, præter naturam tamen eſt, qua propter æſtatem ſequentem febres acutæ ſubſequentur; quum præſertim æſtate repente ſuffocatio ſuperuenerit, & à terra madida pluuiis vernalibus, & ab auſtro fuerit, neceſſe eſt æſtum duplicari, & à terra madida atque calente, & à Sole comburente, nondum conſtantibus hominum ventribus; neque enim poſſibile eſt, tali vere exiſtente, corpus à carne non colliquari, vnde febres contingunt acutiſſimæ.

Si vero hyems fuerit ſicca, & ver calidum & humidum, & pluuioſum, & æſtas valde ſicca, eueniente in æſtate pauca pluuia, ita quod æſtas ſit ſicca, tunc in æſtate humidum ineptum ebullit, quod humidum vere aſſeruatum fuerit aeris æſtiui ſiccitate condenſatum, ob æſtatis exiccationem non ebullit, nec æſtate, nec hyeme ſiccis temperaturis ſenibus febres eueniunt. Quia in iis illud humidum putreſcibile maxime abſumitur. Si vero humidum illud putreſcibile condenſatum ac exiccatum non extiterit, tunc æſtate ebullit & putrefit, quo fit, vt febres accidant, & maxime ſi æſtate multæ pluuiæ ebullitionem & putrefactionem prohibentes deciderint: corpora calidi & humidi temperamenti, & pueri maxime febribus corripientur, in qui-

bu

us humidum non infrigidatur, nec condentur, sed ebulliens putrefit, vnde in ipsa æstateis morbus prædictus euenit, qui sicuti fridus, ad autumnum non reseruatur. Nam igiditate & siccitate senes resistentes, tunc on ægrotant, sed in autumno corripiuntur i, in quibus fit ebullitio. Nam omne temus simile est ei, qui temperamentum habet num & temperatum, & proportionale, ac 1 ipsius conseruanda sanitate conueniens, ed si quis vitiatam temperiem contraxerit, cilicet non multum à temperamento receente, tempus proportionale ab eo diuersifiatur, & ei non expedit, sed proportionale, & i contrarium sibi conuenit; si autem ab æqualitate multum egreditur, proportionale, t non proportionale ab eo diuersificatur. Et b suæ virtutis imbecillitatem non conuenit, omplexioni vero ægre tempus simile est noiuum, & ei contrarium, quia omnis cura fit er contrarium.

Si vero ex hyeme australi & pluuiosa, & ere sequente sicco, & Aquilonio ambientis eris temperamentum mutetur, humida siquidem & laxa, molliáque ab hyeme tepefata corpora ad intimas sui partes ambientis eris frigiditatem facile admittunt, quo fit, vt nulieres in vere abortiantur, imbecillesque partus pariant, ac moriantur, dyssenteriæ & ophtal-

ophtalmiæ contingant. Quoniam corpora ob hyemis frigiditatem humida, calida ob caliditatem fiunt, cum ſimili tempore diſponuntur, vnde ſuperueniens frigidum ver ea ſubito alterare poteſt. Ideo morbi eueniunt; in ſua enim naturali diſpoſitione humida corpora non permanentia apta, imo ab ea remoueri & ægrotare redduntur. Quoniam ſuper excedente æſtate ita ſe habentibus, ſcilicet calefactis & humectatis corporibus ab illa hyeme vereque frigido, eius frigiditate in eo humiditates coagulantur, & eius indurantur ſiccitate. In biliosis ergo & melancholicis cum non ſint humidi, ſed ſicci, propter id ex veris ſiccitate humores redduntur tenuiores, quo fit, vt illis oculares morbi, pituitoſis vero ex aeris frigiditate compreſſis humoribus ad pulmones eueniant, frigidis inſuper naturis ob earum frigiditatem, quæ cum illius veris natura conuenit, dyſenteriæ eis in æſtate maxime accidunt, & hoc humiditatibus pituitoſis hyeme genitis ob eius frigiditatem, & veris ſiccitatem ad æſtatem reſeruatis, æſtatis feruore bilis permiſcetur, & in ſalſam pituitam, quæ ad inteſtina deſcendens, dyſenterias efficiens, tranſit.

Cæterum ſi ex hyemis Auſtralis, & veris ſequentis Borealis, ac cum multis pluuiis æſtatis fuliginoſæ inconſtantia aeri conuarie-

tur,

ur, hyemisque materias ver seruauerit, & oreæ facultate ad interiora ipsas vsque ad tatem propellat, in humidis naturis pestis seruabitur, in hyeme & vere reseruatas maerias æstas feruere facit, ac in aere & in humoribus putredo introducitur, quam autumnus eius noctium frigiditate debilitando, orruptosque vapores interius recludendo omplebit.

Quamuis flante Borea hyemis humiditatem ver exiccet, attamen eius frigiditate ad nteriora detrudente, in intimis humiditas onseruetur.

Si vero hyeme aer mutetur, cuius mutaone dies pluuiam promittentes apparuent, quibus tamen non pluat, sed tempus ri siccum permaneat, nec non in vere cum igore paucæ decidant pluuiæ, tunc æstate pectanda erit pestis. Quoniam ver frigium cum pluuiæ paucitate materias vsque ad statem reseruat, eo maxime, si in æstatis exrdio ambientem aerem Austri, vel subsolani venti calefaciant, & conturbent, ac multis fuliginibus illum moliantur.

CAP.

CAP. XXXVII.

De inaſſueta aeris qualitatis mutatione ex inconſtantia anni ſicci.

SI nimia Solis in infimo aeris interſtitio in-creuerit caliditas, vt ventorum exhalatio-nem digeſſerit, citóque terram exiccauerit antequam multam expiret exhalationem, perinde atque paruum lignum iniectum ma-gno igni ſæpe obruitur, antequam fumum emittat, ita vt anni ſtatus magna ex parte tal[is] ſiccus fuerit, qualem in ambiente aere fec[e]rit conſtitutionem, licet annus ſiccus hum[i]do melior ſit, cum ſiccitas pauciores quidem humores efficiet, caloris lima tamen eſt ad a[e]ſtum ac incendium diſponens, eius qualita[s] bilioſiores humores procreat, hanc ob cau[ſ]ſam febres quippe pauciores, acutiores t[a]men eueniunt: cum in ſiccitatibus humid[i]ditates colliquentur.

CAP. XXXVIII.

De inaſſueta aeris qualitatis mutatione ex inconſtantia anni pluuioſi humidi.

SI exuberantes vapores, qui aquæ ſymb[o]lus ſunt, toto anno diſflauerint, & vap[o]rauerint, ita vt annus pluuioſus extiter[it], ambiens aer humidus effectus pituito[ſ]

ac[...]

seruat humores, ac non pauca serosa gignit excrementa, quæ intra corpus per imbres collecta, non nisi longo tempore concoqui possunt. Vnde cum humida sunt, perspicuum enim est, humida siccis putredini magis obnoxia esse, putrent. Ex quibus diuturniores febres, quemadmodum in siccitate acutiores, contingunt.

Si vero talis annus extiterit pluuiosus, nebulosus, & humidus, & hyems ex maiori parte frigidus, & ver tepidum, æstas calida, & venti nulli spirauerint, præter Austrum, & illi tamen leuiter, & eius appulsum non sentiamus, ac interdum nubes ex Meridie in Septentriones pellere videamus; qualem annum austrinum & pluuium à ventis perpetuo silentem esse dicit Hippocrates: talis enim cœli status grauissimus ac pestilentissimus erit.

Cap. XXXIX.

De inassueta aeris qualitatis mutatione ex inconstantia anni pluuiosi, austrini.

CVm venti inceptam pluuiam cessare faciant, & pluuia sistit ventos, cum sint contraria, & vtrumque alterum corrumpit, contingitque vicissim vnum in alterum permutari: at pluuia ex vapore & vapori exhala-

tio, quæ ventorum materia eſt, contraria exiſtit, poſtquam vapor eleuatus fuerit, terra ſiccatur, ex qua ſuſtollitur exhalatio, ſurſumque ducitur, quam vapor ſuperiore loco conſiſtens, & in frigidum permutatus, ſæpius ne amplius ſurſum feratur, impedit, ideo ſi annus auſtrinus, pluuius à ventis in totum ſilens extiterit, peſtiferus erit. Nam putredo ex materia quidem gignitur humida, ex cauſa vero efficiente, & præter naturam calore augetur, porro quiete nihil, quod ex omni parte eſt ſiccum. Iam eorum, quæ putredini ſunt obnoxia, hæc ſuperſunt in temperamentis frigidis diutiſſime, ne hoc quidem præterit, quemadmodum adhuc magis, vbi ventis huiuſmodi ventillantur, ſane etiam veſtem hominis continenter quatiunt. Inprimis cum humidus calidusque ſit aer, quod immobilitas tunc putrefaciat. Ita arteriarum in animantibus motus cum alias commoditates, tum eum vſum præſtat.

Cæterum ſi annus frigidus extiterit, calido melior erit, quum corporis facultates, ac innatum calorem corroborat, quod contra operatur annus ſiccus.

CAP.

Cap. XL.

De inassueta aeris qualitatis mutatione ex anni inconstantia calidi & humidi.

CVm vero toto anno ambiens aer cali-dus & humidus fuerit, aut si duobus, aut tribus, ex quatuor anni temporibus commutatus fuerit, necessum est, vt magna suboriatur pestilentia, vtpote si hyemis aer ex composita intemperantia inconstans fuerit, ceu calidus & siccus, & æstatis frigidus & humidus. Simili modo cætera anni tempora, in quibus, etiamsi simplex intemperantia .s. vnica duntaxat aeris qualitas, videlicet passiua, & non actiua mutetur, minus operantur malum, si actiua autem & passiua mutetur, tunc maximum est pestis portentum. Ideo anni aer secundum vnam dispositionem ex primarum parte qualitatum procedens, interitum magis adducit, quam quando in suis quadris diuersificatur, vtpote quando aer hyemalis sit calidus, & veris calidus, malum. Cum autem hyemi frigidæ ver calidum, vel calidæ frigidum succedat, melius. Nam vnum ita aliud contemperat, & resistit, cum temporum mutationes plures, quam soluant, pa-

riunt morbos. Hoc idem etiam continget si eadem die à ſereno in turbidum, & à calido in frigidum, & è conuerſo aſſiduæ mutationes contingant. Si vero temporum hora citius ſolito accelerat, ſecundum ea tempora morbi breui oriuntur. Si temporum constitutioni morbi conſimiles erunt, eos augere faciet. Si contraria autem extiterint, eos diminuet, ſi temporum conſtitutiones diutius ſolito perſeuerauerint, æſtate & autumno plurimi euenient morbi; æſtate ob corporis facultatum innati caloris imbecillitatem, & calidi aeris violentiam, ac humorum commotionem; autumno ob ipſius inæqualitatem.

CAP. XLI.

De inaſſueta aeris qualitatis mutatione ex ventis.

EX ventis porro aeri maximæ accedunt mutationes, quum in æſtatis exordio per aliquot dies calefaciendo, conturbando, diſponendo, & proprie non ſequente pluuia eorum, flatu multosque deferentes vapores aerem auſtri, & ſubſolani venti calefaciant: quo fit, vt tunc aer multum turbidus & nebuloſus ater permaneat, vt ex eo ita expectetur

pluuia

[...]uuia, & non pluat, tum vapores in aere con-
[...]ti ex calore imbecilli tunc dominante pu-
[...]ifiunt, quod si sequuta fuisset pluuia, cum
[...]descendissent, & ab eis aer tum denuda-
[...]s fuisset. Quare maxima aeri tunc contin-
[...] alteratio, qua pestis subsequitur, hoc idem
[...]enit, cum in mensibus Decembris & Ia-
[...]arii Australes, & subsolanii venti conspi-
[...]nt, ita vt ex eorum flatu aer incrassetur, &
[...]m pluat, imber subtilis fit, ceu puluis, tunc
[...]rrupta maxime est aeris temperies. Ad-
[...]tur etiam, quod cum per hebdomadam
[...]nc aer clarificetur, & in nocte frigus, in die
[...]lor vigeant, futuram æstiuam pestilentiam
[...]tument, quam etiam in diebus caniculari-
[...]us à tenui terræ fuligine, per loca vehe-
[...]enter calida transeuntes, venti procreant.
[...]um etiam à ventis diuersis, qui choronii
[...]uncupantur, ex barathris putres deferen-
[...]bus fuligines, in die multoties aer dissimi-
[...]s fiat, nunc clarus, nunc turbidus efficiatur,
[...]unc tepidior, nunc calidior, nunc tranquil-
[...]us, nunc vento commotus, & vno die clari-
[...]cetur, alio vero tenebricosus efficiatur, &
[...]pso eodem die ad nostrum hemisphærium
[...]ol lucidus tendat, alio die conturbetur, &
[...]n hoc nubis velamine velatus Sol ascendat,
[...]uæ nubis est ceu puluis sicca puluerulen-

ta, hæc nempe corruptum aerem, ac pe-
stem futuram præsagiunt: additur etiam
cum nulli flent venti, aer enim im-
motus ex nimia putret
quiete.

Finis Fasciculi primi.





FASCICVLVS SECVNDVS.

CAP. I.

De aëris conuariatione & putredine.



CVM aliquid de inaſſueta aeris mutatione, qua epidemiales ſuboriri ſolent morbi, pertractauerimus, nunc ſupereſt, vt de aeris cōuariatione & putredine, qua peſtis ortum contrahit, aliquid pertingamus: cum omnes peſtis communes cauſæ ſint cœli figuræ, aeris, & cæterorum elementorum nidorulentia, corporum præparatio, & cum iam commemoratum ſit, quomodo à figuris cœleſtibus peſtis ſuboriatur; ab ipſa ergo putredine, & aeris conuariatione exordium erit. In primis exarabimus, quid ſit putredo; 2. de eius ſpeciebus; 3. de cauſis. Ariſtoteles 4 *meteor. cap.* 3. ſcribit, quod putrefactio ſit corruptio quędam in vnoquoque humido proprie, & ſecundum naturam

 calidi-

caliditatis ab aliena caliditate, ipsa autem est, quæ ambientis, & corporis totius substantiam ad corruptelam mutat; hanc autem putrefactionem considerant Philosophi, vti mixtorum naturalium quandam passionem ex temporum decursu eis necessario & quasi naturaliter euenientem, & dicitur putrefactio naturalis. Nam entium nonnulla vi, nonnulla naturæ ritu corrumpuntur. Quæ autem secundum naturæ ritum, illis hæc corruptio euenit, cum entia ad suam periodum peruenerint, in qua intimis exhaustis viribus tabescere & putrescere conspiciunt, quemadmodum senectus & vetustas latum præbent argumentum. Quod autem senectute entia putrescant, & vetustate atterantur, & arescant, solidorum arborum truncorum caries, erosio, solidorum lapidum excauatio, armorum rubigo, ferrugoq; obducta indies testantur quælibet. Itaq; res, si proprio curriculo relinquantur, putredine suum claudunt diem, nisi alia quadam interim violentia corrumpantur, ceu si caro, si lignum, aut similia in ignem iniiciantur, sine putredine comburuntur, & consumuntur, corruptio talis naturalis est via quędam ad putredinem, à qua nos præcauere non possumus, cum sit quoddam naturale eueniens. Vnde Auic. *fen.3.partic.c.1.* scribit: *Scias quod ars sanitatem conseruandi, non*

urs, quæ nos à morte securos reddat: & ideo Phi-
ophi non considerant talem putredinem
oriri ex quauis aduentitia caussa corpori,
tissimũ animantiũ euenienti, sed illã tantũ
uiuis mixto per tempora suæ permanentię
enti in elementorum ex proportione, ex
ibus mixta ipsa producuntur, & consistunt
necessitate accidit, sicut enim ex elemen-
, vel ipsorum qualitatibus sub debita inter
mensura, & proportione existentibus, mi-
generantur, & genita conseruantur: Ita ex
orum in mixtis existentium disproportio-
, & ex continua continentis actione in eis
oducta, propter quam illa temperamenti
ensura mixtorum formis debita & conue-
ens permutatur, fit, vt mixta omnia sene-
ant, & tandem corrumpantur, & putrefiãt,
quod primum operatur contrarietas pri-
arum qualitatum, quę in mixtis existunt, in-
r se semper agentium, & patientium, quam
pinionem affirmat, Auerroes *in lib. 2. de cœlo*
mundo. com. 37. quod vna caussa corruptio-
s animalium sit, quoniã composita sunt ex
ementis, quę sibi inuicem contrariantur, &
eo fit interna, & continua actio, & passio,
quas tandem ipsorum mixtorum corru-
io sequitur, & talis corruptio est incorrigi-
ilis, quia eius subiectum iam putrefactum
pristinam naturam reduci non potest.

CAP. II.

De putredine, quam considerant Medici.

RElicta Philosophorum opinione, dicimus cum Galen. in 11. *meth.* Nempe mutatio totius putrescentis corporis substantiæ ad corruptelam à calido extraneo fit. Nam cũ geminũ ex mente Hip. vbiq; fateatur in corpore calidum esse, alterum, quod ingenitum siue innatum vocatur: alterum vero adscititium seu innaturale & alienum, à primo quidem coctiones fieri vbiq; asserit, vt 6 *de vulg. morb. & secundo de differentiis febrium, cap. 9. aut* 11. Contra vero calor ipse alienus, & præter naturam habet corrumpere: primus quidem si in corporibus fuerit excitatus, succos ipsos propter humiditatem putrefacit, & corrumpit, spacio vero tum adipem inuadit, tum & carnem, sicuti testatur Gale. in 11. *meth.* nimirum si putredo ab aliena, & extranea caliditate oriri dicatur, nõ autem à natiua, cuius munus est concoquere, & non corrumpere.

Cap. 8.

Com. 5.

Cap. 8.

CAP. III.

De speciebus putredinis.

Ca. 6. aut 7. HÆc autem humorum putredo à Medicis considerata à Galen. *libr.* 1. *de differen-*

febrium, scribitur duorum esse generum, li- 1. Species.
et addatur tertium, vnum fit superante na-
tura: Alterum vero superata & victa, superá-
quidem in inflammationibus, & similibus
collectionib. & tumoribus omnibus pus gi-
gnitur: in humorib. autem, qui in venis, aut in
arterijs cótinentur, quiddam, quod puri pro-
portione respondet, subsidens in vrinis, verũ
hæc putredo, non simpliciter putredo existit,
sed aliquid continet in coctionis imo, vnde
potius concoctio, quam putredo appellanda
est, cum sit putrescentis corporis substantiæ
mutatio potius ad perfectionem quandam,
quam ad corruptelam.

Alterum vero putredinis genus est, cum 2.
vis concoquendi adeo imbecillis facta est, vt
nullam amplius facere possit in putrescente
superfluitate ad optimam transmutationem
in qua superfluitate secundum substantiam
efficitur permutatio, ac multis modis euariat
illud, quod putrefacit.

Tertium vero genus putredinis, quod se- 3.
miputridum appellatur, fitque non quidem
superãte omnino natura ipsa, vt in primo ge-
nere: neq; superata, vt in secundo, sed vtrisq;
adhuc cooperãtibus, neutro tamen euicto, q̃
genus putredinis multiforme, ac multiplex
est, innumerabilesque differẽtię existũt, p eo
q magis, aut minus cõcoctionẽ suscipit. Atta-
men

men *in aph.* 2. *lib. com.* 17. duo tantum genera dinumerat: vnum quod potius secundum qualitatem transmutatio appellatur, paruã scilicet alteratione ab alieno calore in humoribus ipsis effectum, nondum tamen habente maxime effatu dignam euersionem ad naturę suæ contrarium. Aliud vero genus est, quod tam effatu dignam habet eam, quæ est propriæ naturæ contraria, euersionem, vt non possit iterum ex naturæ coctione ad primam eius redire bonitatem, adeo est imbecilla facta concoquẽdi, vt nullam amplius possit facere transmutationem ad perfectionem, & hęc proprie ab eo corruptio appellatur, namque ad habitum naturalem amplius non redit. At quoniam cuncta, quæ putrescunt, ex calido & humido sic afficiuntur, teste Galeno 4. *meth.* ea quoque, quæ putrescunt, tum calida, tum humida esse debent, teste eodem, *lib.* 9. *meth.* & 3. *de vulg. morb.* scribitur putredinem gigni ex materia humida ex caussa efficiente extraneo, & præter naturam calore, & propterea, quæ ex omni parte sicca sunt, putrescere non vidimus, vt Aurum, & Argentum.

Cap. 5.

Cap. 3. tom. 1.

CAP. IV.

De caussis putredinis.

Teste Aristo. l. 4. meteor. c.

CAussa efficiens putredinem est calor extraneus: caussa autem materialis est corpu

is humidum, teste Galen. *aph.* 11.3. *par.* Dixit
...imum humiditates nondum excedentes
...ibiles esse ad putredinem, & infra addit: *&*
...um quidem humidum, quod in nostris putret cor-
...ibus, quædam veluti materia est à vi caloris patiēs
...miditas vero ambientis aëris, quatenus non sinit
...ccari humorum in corpore copiam, eatenus adiu-
...t eum putrefacientem. Præterea omnis humor*
...ste Galeno 10. *aph. l.* 2. alienus à natura cor-
...oris, in quo continetur, neque natura aptus
... eius nutritionem, relinquitur, vt necessa-
...o ad putredinem conuertatur. Cum vero
...cus, in quo collectus fuerit, calidus erit, tūc
...lerrime putrescit & in 2. *de differ. feb. cap. vl-*
...*m.* scribit Gal. *humor à proprio calore destitutus,*
...*ortet, vt ad putredinē transeat, tātū tamē interest,*
...*oniam si qui vis humor vna cum sanguine pona-*
...*r in quovis loco, & à naturæ regimine ambo fue-*
...*t destituti, longe citius putrescit sanguis, ob eius*
...*mperiem calidam, & humidam, quam cæteri hu-*
...*ores sanguini admisti.*

1. Et probl. sect. 2 probl. 33. & Gal. l. 2. de differ. febr. c. 9.

Cæterum cum humana corpora non ex
...mporum duntaxat naturali decursu, verum
...am ex aduentitiis, & præter naturam cau-
... occurrentibus, vt ex sex rerum non natu-
...ium indebito regimine, vel ex his in pluri-
...s aut in omnibus, quæ sex res nōnaturales
...orborum ac sanitatis esse possunt caussæ,
...emadmodum admonet Galen. *lib.* 3. *art. me-*
dici-

dicinalis c.2.omnia nunc dicta genera materi
quædam ſunt ſalubrium,& inſalubrium cau
ſarum.At vſu oportuno adhibito cauſſę fiun
conſeruatrices,atque ſalubres:ſed vbi à mo
do deliquerunt, inſalubres redduntur.Vnd
etiam liquet ex his nullam harum rerum ex
teriorum,aut ſalubrem,aut inſalubrem à no
bis exiſtimari oportere. At easdem potiu
quandoque ſalubres,quandoque vero inſalu
bres in eo,quod ad aliquid,eſſe.Quamobre
corpora humana ſi ſana eſſe,&in ſanitate pe
manere cupiant,certum & conuenientem
quantitatis,quam qualitatis menſuram po
tionemque in omnib.ſeruare debent, quę t
men ſecundum diuerſa corporum tempo
menta diuerſa ẽt ſit,habet enim in quouis t
peramento latitudinem non paruam : qua
cum ita eueniat,vt humani corporis hum
res,ipſorum quantitate nimiũ aucta, vel qu
litate extranea nimiũ affecta,fit vt à corpo
natura bene regi ſeu gubernari haud poſſun
deſtituti ab eius facultate adminiſtrante,
putrefactionem perducuntur,teſte Galen.
2.*de differentiis febrium* c.*vltim*.& in *com*. 11.*a*
2.Lib.vbi dicit,*cum omnis humor alienus à na*
ra corporis, in quo continetur,aptus non ſit ad e
nutritionem,relinquitur, vt neceſſario ad putre
nem conuertatur : cum vero & locus calidus erit
quo fuerit collectus , tunc celerrime putridus
Qu

quoniam calor naturalis, si proprias fun-
ctiones perficere debeat, oportet, vt sub de-
bito gradu, & conuenienti mensura sit, & hoc
fieri nequit, nisi euentetur, sed si difflare non
poterit, propter aliquod extrinsecus, quem-
admodum ex aere frigido, aut ex balneatione
aqua frigida, vel astringente, vel alumino-
sa humores ipsi putrescunt, quo fit, vt febres
oboriãtur, cum eorũ putrida fuligo cor pe-
tat, & occupet, & hoc ex humorum ex inde-
bita transpiratione putredine, & ex cutaneis
foramentis obstructis Gal. 11. *meth. c.* 4. scribit,
ea tantum putrere corpora, quæ cum calida,
& humida natura sint, neq; perflata, neq; ven-
tilata in calido, humidoque loco maneant: quę
in motu sint, ventilentur, ac perflẽtur, pol-
lea non putria, sed integra seruari, & in *eod.*
c. 8. veluti nimirum ipsa animantium cor-
pora tam etsi plurimũ naturæ suæ portionẽ
humidam & calidam sint sortita, magnum ta-
men annorũ numerum sine putredine ac sa-
na viuaq; exigunt, si seruetur eorum proprius
calor in cordis quidẽ corpore p inspirationẽ:
in reliquis omnibus partibus, tũ per commu-
nitatem, quam habent cum corde, tum per
alteram respirationis speciem, quæ per totã
fitur cutem, & transpiratio perspiratiove di-
citur: his vero læsis, naturalis ẽt calor vna lædi-
tur vnde Gal. *in l. de mala intẽperie diuersa. siue de*
inæ-

*inæquali cap.5.*concludit,quæ non transſpirantur,facile putreſcunt,& in *libr. 1. de differenti febrium cap.3.* corpora plena malis humorib in quibus tamen nulla obſtructio aliquod viſcerum poſſidet,ſed difflantur, ac refrigerantur,ſanitate quidem fruuntur, ſed dubia, & momentanea,exemplificat Galen.*in lib.de diff. febr.2.c.9.quod vero ea,quæ non difflantur, putreſcere ſolent.Indicant n.exteriora omnia ceu fructus,& ſemina veſteſq;.* Et in *lib.de inæquali diſcraſia non longe à fine: neque enim ea ſolum, quæ ſunt inculcata,& per ſpiratu prohibitu, putreſcunt, verum etiam celeriter ea maxime, & cætera putreſcunt,& alia multa, quæ putredini ſunt oportuna.* Præter has quoque aliæ à Medicis conſiderantur putredines, vt cibi putrefacti in ventriculo,& ipſius chyli,vel inteſtinis,vel hepate corrupti,& in abſceſſibus tam extrinſecis quam intrinſecis putridis, & in empyematicis,phthiſicis,& ſimilibus. Vnde omnes putredines fiunt vel humoribus à naturæ regimine deſtitutis,aut indebite flabellatis.

Quamuis putredines vno modo conſiderentur à Philoſophis,alio modo à Medicis, at Medici nõ de omnib.mixtis,neq; totius corporis putrefactionem,neq; poſt ipſius corruptionem,ſed humores duntaxat, vel aliqu ei⁹ ꝓportionale putrido afficiat,&adhuc corpore viuente conſiderent, cętera quomo

putrescant, Medici nõ est consideratio. Nam medicis putredo considerata corrigi potest, nisi in extremo gradu essent putrida, nec ipsa corrigi possent, sed ea, quæ à Philosophis cõsideratur, incorrigibilis est. Attamen hæ putredines, à Philosophis, & à Medicis consideratæ conueniunt in causa efficiente, cum earum causa efficiens sit calor extraneus: cõueniuntq; in causa materiali, cum talis sit humidum: Conueniuntq; in calore, quoniam quę putrida sunt, caliditate extranea aduẽtitia sunt calida: & conueniunt in frigore, quoniã frigiditas per innati caloris priuationẽ introducitur, & augetur: conueniunt insup in vno termino, ad quem deueniũt, qui terminus est incineratio; test. Arist. 4. *meth. text.* 4. propter ꝙ humida primum fiant sicca, tandem putrefacta, q̃ opinionem Arist. *in 6. text.* affirmat, vbi asserit, tandem omnia putrefacta fiunt sicca, vt tandem terra, & fimus. Gal. *in 1. de different. lib. cap. 5.* exemplum dat de cumulo stercoris columbini, pariter in *lib. 2. de differentiis febr. cap. vltimo*, de lignis, quæ ab igne combusta tandem incinerantur, nec sunt amplius ignis fomes, nec idoneum vehiculum, & hoc exemplum fuit descriptum ad ostendendum modum, quomodo etiam accessiones siue paroxysmi in intermittentibus febribus terminantur, ac deinde redeunt; tunc vero ter-

minantur, siue definiunt, cum humores putres, à quibus fuerunt excitatæ febres, ipsi post putrefactionem incinerantur, & cũ iam fuerint incinerati, febrilem calorem retinere amplius non sunt apti, sicuti neque incinerata ligna ignis fomitem, siue vehiculum esse possunt.

Præmissa ergo putredinis tum medicæ, tum philosophicæ essentiæ, differẽtiæ, & causarum cognitione reliquũ est, vt aliquid pertingamus de corruptione elementorum naturali secundum philosophos, quomodo ex corruptione vnius fiat alterius generatio; secũdo loco de corruptione elementorum secundũ Medicos, ex quorum conuariatione & corruptione suboriatur quædã in aere putredo, ex qua pestis ortum concipiat.

CAP. V.

De corruptione violenta.

IN primis iam commemoratum est, quod ea, quæ vi corrumpuntur, primo humida existant, deinde sicca. Nam compositum quod, cum perfectum existebat, humido & sicco terminatum erat, & calidum & frigidum eius erant qualitates terminantes, cum autem corrumpi contingat qualitatum terminatarum qualitates terminantibus validiores tunc effectæ sunt, quare debilitato calore n

ſte naturali, qui prius humidum ipſum terminabat, iam calori prævalens ſe diſſociat, diſpergit, & exterius apparet, deinde diſſociatũ humidum facile ab extrinſeco calore euaporat, & digeritur, tunc corpus putrefactũ apparet ſiccum. Quod igitur putreſcit, primo humidum apparet, deinde ſiccum. Conſtat etiam, quod putrefactio in vniuſcuiuſque rei humido proprio ſit naturalis caliditatis conſumptio, ab extranea caliditate facta, vti ambientis, & circumdantis. Cum n. intima & naturalis deperit caliditas, minuitur à caliditate extera corporis circũdantis, tunc deniq; entia ad putredinem diſponuntur. Præterea cum patitur caliditas, ſuperuenit frigus, & quanto minor eſt intima caliditas, tanto validior eſt intima frigiditas: quod ſi quid proprii caloris in eo, quod putreſcit, ſupereſt, interna frigiditas illud vitiat. aut externam caliditatem ad illius caloris conſumptionem ſimul adiuuat, quemadmodum ſi quis in Domo exiſtens nõ ſatis potens ſit, alterum è domo detrudere, alter exiſtens extra domum adiuuet, iſte trahendo, alter detrudendo, tertius ille è domo detruditur. Itaque interna frigiditas cum humido ſit cauſa communis putrefactionis, vniuerſalis, omnia inde putrefacta tandem ſicciora fiunt, vel in terram, vel in cinerem, vel in fauillam rediguntur. Patet ergo

cum humidum à calido terminatur & continetur, & calidum exhalatum est, propriũ amplius humidum non cõtineri, sed dissipatum resolui, cum præsertim ei amplius non adsit calor continens. Immo cum ipsa naturalis caliditas humidum digerat, siccum trahit, quare frigidum & siccum terreæ qualitates subingrediuntur, & hinc putrefactum fit terra, aut cinis, quemadmodum etiam scribit Gal. *in* 1. *de temperamentis*, quippe nec à sicco, nec à frigido putrefieri quicquam aptum sit; pari modo constat, quod res minus in hyeme, quam in æstate putrescunt, quoniam in hyeme in intrinsecis, à frigore exteriori propulsus calor naturalis validior fit, & calor exterior paucus, & imbecillior est. Ita intimum calorem validiorem digerere & vincere, & consumere, ac putredinem inducere nequit; econtra in æstate. Ita à frigido congelata minus putrescunt, cum illorum frigiditas imbecillem intrinsecum calorem ab externo calore digeri non admittat, & cum extrinsecus calor non agat, & internus persistat, putredo minime suboritur. Ita vehementer calida nõ putrescunt, quia cum calor internus validior existat, & externus internum consumere & dissipare nequeat, tunc putredo non pergignitur, quemadmodum & quæ continuo mouentur & fluunt, ceu flumina, minus putrescunt

rescunt, quam ea, quæ stagnant. Nam motus secundũ exterarum rerum locum impressiones reddit imbecilliores, sicuti in aqua fluente minus, quã in stagnante solis calor imprimitur, vti res, quæ mouentur, earum speciem in oculo minus, quã quiescentes imprimunt, ita in rebus motis, & agitatis calor extrinsecus minus imprimitur, quàm putredinis tempus requirat, cum imbecillem calorem extrinsecum calor interim internus facile superet, & vincat, ita quæ maiora sunt, minoribus minus putrescunt. Nam data caloris extrinseci paritate maiora corpora maiorẽ calorem naturalem intrinsecum habent, quam minora. Quare illum corporis ambientis calor imbecillior euincere & ad exteriora trahere non possit. In minoribus vero minor est calor, ideo ab exteriori facilius vincitur. Itaq; mare in aliqua portiuncula diuisum putrere potest, sed totum vnitum putrescere nequit.

Cap. VI.

De elementorum non simplicium generatione & corruptione, & eorum substantiæ squalore, ex quibus pestis quandoq; ortum habet.

Qva enim corruptione corrumpantur elementa, dicemus; elementa tamen naturæ ordine, cum corruptio vnius sit generatio alterius, tum etiam violenter, cum præ-

ter naturæ ordinem eorum qualitates à ſyderibus alterentur, tum etiam cum eorum ſubſtantia ab inferioribus cauſis nidorulentis coinquinatur; hæc quomodo autem contingãt, præſcienda hæc in primis erunt, in vniuerſo ſancitum eſſe, nihil, quod fruſta ſit, naturam ſuſtinere, vacuum ob id naturę ipſi inimicum dari non admitti. Quamobrem in vniuerſo ſortita ſunt elementa, quæ ne vacuum detur, ſuppeditent, hac enim de re ita connectuntur, & hærent, vt nulla poteutia eorum extrema, quibus ſe mutuo tangunt, ſeiungere poſſit, & vt ſint, & conſeruentur eorum nexu, & extremorum contactu reſiſtunt, ne ſeparentur; ſimplici enim in hoc eorum nexu, nullũ alteri aduerſatur, ſi autem contrarientur, non qualiter ſimplicia corpora, ſed quatenus calida, frigida, grauia, leuia, acuta, rara, atra, denſa, mobilia, & immobilia. Vnde triplici ordine conſtituta ſunt elementa, primo ordine, vti pura ſunt, quæ ſuæ duntaxat coniugationis qualitates habent, & ex aliorum contemperamentis non conſtant; cum talia ſint, nec componuntur, nec mutantur, nec commiſtionem patiuntur, ſed incorruptibilia ſunt, & non à quibus, per quæ omnium naturaliũ rerum virtutes producuntur in effectum, facultates n. eorum à nullo explicari poſſunt; quia in omnia poſſũt omnia, & ſic vnũquodque

Triplex elemẽtorum ſignificatio.

1.

que illorũ vna quædam eſt natura. Secundo a. ordine elementa ſunt multiplicia, & varia, & impura, & reducibilia tum per artẽ ad puram ſimplicitatẽ, quibus tunc ad ſuam ſimplicitatem reuerſis virtus eſt ſuper omnia, complementũ dans omnium operationũ occultarũ, & naturæ. Tertio ordine elementa primo, & per ſe non ſunt elemẽta, ſed decompoſita, varia, & multiplicia inter ſe inuicem permutabilia, ipſa nempe ſunt infallibile mediũ. Ideo media vocantur natura, id eſt, partes vniuerſi, vel mediæ naturæ anima. Elementa a. quatenus natura ſunt, certum, ad quem per ſe feruntur. locum habent, ignis in primis locus inter orbis lunæ concauum, & connexã aeris ſuperficiem eſt media linea, ad q̃ ignis totus, & eius quælibet pars per ſe mouetur, & centrũ facit. Aeris locus & linea media inter ignem, & aquam. Aquæ locus eſt linea inter aerem, & terram; terræ vero locus eſt centrum.

2.

3.

Situs elemẽtorum quatenus ſunt media natura.

Ignis.

Quatenus a. media natura ſunt, aut totius naturæ & vniuerſi partes ſunt, igni pro natura debetur locus, ſc. totum illud, quod inter orbis Lunæ concauum, & conuexã aeris ſuperficiẽ, vbi cõuenientiſſime collocatur, interiacet purior & perfectior, ex cuius; raritate, tenuitate, à nobis videri nequit, quare nobilior pro natura ei debetur locus, cœlo proximus, hoc in loco cũ altero extremo Lunę orbi iun-

gitur, à quo quam optime lumen conſeruatur, cum altero vero aeri, cui per caliditatem reſpondet, per vtramque autem qualitatem reſpondere non datur, quoniam ſic ignis, iam aer eſſet, vnde ignis aere duplo rarior, triplo mobilior, quadruplo acutior, eius autem leuitate, & raritate ſurſum natura mouetur.

Aeris. Aeris vero ſitus inter ignem, & aquam, quam aptiſſimus eſt, cum minus purus, & perfectus inferior locus eſt deſignatus, hoc enim in loco cum illo caliditate, cum illa humiditate concordat, cum aer ſit primum humidorum humiditate eſſentiali naturali, non humiditate aquoſa extranea adhæſiua, qualem habet aqua. Aer duas qualitates ab igne, ſcilicet raritatem & motum, vnamq; à terra, ſcilicet obſcuritatem, mutuat: Quo fit, vt aer ſit aqua duplo acutior, triplo rarior, quadruplo mobilior, eius enim leuitate, & raritate ſurſum natura tendit.

Aqua. Aquæ autem ſedes inter aerem & terram exiſtit, & cum altero humiditate, cum altera frigiditate conſentit, hæc autem à terra opacitatem & denſitatem, & ab aere & igne motum contrahit, proinde aqua duplo eſt terra acutior, triplo rarior, quadruplo mobilior, hæc enim eius grauitate deorſum petit.

Terra

Terra insuper circa centrum in aquæ con- *Terra.*
[...]uo locum habet, cui frigiditate respon-
[...]t, quemadmodum ita se habet ignis ad aë-
[...]m, sic aer ad aquam, & aqua ad terram;
[...]rsusque sicut terra ad aquam, sic illa ad aë-
[...]m, atque hic ad ignem, atque hæc est radix
[...] fundamentum omnium corporum, natu-
[...]rum, virtutum, & operum mirabilium. In
[...]s enim locis elementa conseruantur, na-
[...]ra illis prouidit, vt per media contraria
[...]am sibi aperiant ad propria loca, quæ sunt
[...]exus, quibus consentiunt qualitates. Nam
[...]umquodque elementorum vnam tantum
[...] excellentia qualitatem, & insignius, quam
[...]teram retinet, ignis enim magis calidus,
[...]am siccus; aer magis humidus quam cali-
[...]s, aqua magis frigida, quam humida, ter-
[...] magis sicca, quam frigida, quæ ad inui-
[...]m cum sint secundum qualitates ita con-
[...]aria, multo alterantur, cum agunt inui-
[...]m, & patiuntur, ex hac enim alteratione,
[...]tione & passione suboritur eorum regene-
[...]tio, & corruptio. Vnde elementorum *Elemẽtorum*
[...]odlibet ex altero quolibet generari po- *transmuta-*
[...]st, qua re duodecim sunt elementorum *tiones.*
[...]ansmutationes, sex directæ, & sex conuer-
[...]. Nam ex igne fit aer, ex aere ignis; ex igne
[...]ua, ex aqua ignis; ex igne terra, ex terra
[...]nis; ex aere aqua, ex aqua aer; ex aere terra,

ex terra aer, ex aqua terra, ex terra aqua; & cum elementa conueniunt in vna qualitate, actiua vel passiua symbola fiunt, & cum duabus contrariantur non symbola, symbola vero citius, ac facilius adinuicem transmutantur, cum symbola sunt elementa, in vna qualitate consentiunt, in altera contraria sunt, vt ex igne fit aer, ignis siccum relinquit, quod humido vti contrario aduersabatur, cum vero ignis & aer in calore conueniant, tunc is remanet, sed mitior, & cum ex aere fit ignis, relinquitur humidum, & ignis calor fit maior, & intensior, nihilominus non transmutatur in suum contrarium; sic cum ex aere fit aqua, sola relinquitur caliditas manente humiditate; & cum ex aqua fit terra, sola deperditur humiditas manente frigiditate: Et cum ex terra fit ignis, sola frigiditas depellitur, manente siccitate. In elementis non symbolis difficilius, & tardius fit transmutatio, cum eorum vtraque qualitas in suam contrariam transmutatur, vt cum ex igne fit aqua, deperditur enim calidum, & siccum, & acquirit aquæ frigidum, & humidum: Et cum ex aere fit terra, deperditur aeris calidum, & humidum, & acquiritur terræ frigidum, & siccum. Ex non symbolis, simulque collectis potest tertium elementum generari, vt ex igne & aqua simul

corru-

[c]orruptis aer & terra generari poteſt, pari [m]odo ex aere & terra ſimul deperditis po[te]ſt generari ignis & aqua, videlicet cum [v]nius elementi vna qualitas eſt altera non [ſy]mboli qualitate fortior, altera vero debi[lio]r, vt ſi ignis caliditas valentior, quam [aq]uæ frigiditas, tum ſiccitas debilior, quam [aq]uæ humiditas. Quia caliditas ignis maior [co]rrumpet aquæ frigiditatem, & quia humi[dit]as aquæ eſt maior, deperdet ſiccitatem [ig]nis, & ſic manebit caliditas, & humiditas, [qu]æ aeris qualitates ſunt, ita aer genitus erit, cum [ve]ro ignis caliditas imbecillior efficitur, & [f]rigiditate aquæ maiore deſtruitur, & ſic[cit]as ignis maior humiditatem aquæ imbe[ci]lliorem deſtruat, tunc remanent frigiditas [&] ſiccitas, terræ qualitates, vnde terra ſub[or]itur; ita ſi aeris caliditas maior ſuperet ter[ræ] frigiditatem minorem, & ſiccitas terræ [m]aior aeris humiditatem minoré conſumet, [tu]nc caliditas, & ſiccitas remanent, ignis qua[lit]ates, ſic ignis naſcetur: Item ſi frigiditas [te]rræ maior aeris caliditatem imbecilliorem [co]nſumet, & humiditas aeris maior terræ ſic[ci]tatem deleat, remanent frigiditas & humi[di]tas, aquæ qualitates; ſicque aqua produci[tu]r. Exempli gratia perſpicitur in fumo, qui [d]uorũ elementorum non ſymbolorũ habet [te]mperamentum. ſc. aeris & terræ, & ex ipſo

gene-

generatur flamma. Est enim flamma fumus ardens. Cæterum omnibus elementis commune est, quod ex eis suas qualitates in excellentia seruantibus nihil suboriatur; cum ignis sit extreme calidus, eius excellentia caloris erit arsio; aqua, cum sit extreme frigida, eius excellentia erit congelatio. Itaque ex summa ignis caliditate, & ex aeris summa humiditate, & ex aquæ summa frigiditate, & ex terræ summa siccitate nullum mixtum generatur, quoniam elemẽtorum qualitates contemperatas, & ad mediocritatem reductas mixta requirunt. Sed inter elementa quędam dantur media, quemadmodum aer & aqua, cum sint magis mista, minus pura inueniuntur, quam extrema scilicet ignis, & terra, cum tot exhalationes, vapores, & cætera id genus spiramenta horumque naturam aer, & aqua suscipiant, ex his ab eorum simplicitate di- mouentur. Ignis autem in cœli Lunæ conca- uo, & terra in cẽtro ad vsum animantium minime applicantur, & à permistione semotici- ra sunt, hinc maiorem sinceritatem & puri- tatem ibi seruant. Itaque elementa omnino simplicia animalium & vegetabilium conse- uationi & naturæ minime apta sunt. In me- diis autem elementis, scilic. aere & aqua ver- santur animantia ad eorũ vsum cedentibus his enim omnes stirpes, & animantes aug-

Flamma quid?

scunt

unt, vitam sustinent; si earum temperaturę, [s]piritus & caloris nō essent expertes, alimen[tu]m in se trahere ipsæ minime possent, idque [re]tinere, quod earum natura expedit, expel[le]re, quod aspernatur, nec alimentum si ter[ræ] & aquæ esset expers, eas alere, ac id esse, [qu]od dici, & haberi videmus, sed animantes [au]t in aqua vitam agāt, aut in aere libero va[ga]ntur, siue volitent, siue gradiantur, siue serā[t]nt. Nam paucæ bestiæ perpetuo in terra la[te]nt, in igne solum viuunt, quę in quibusdam [ar]dentibus fornacibus apparent, quin aqua[til]es quoque aerem spiritu ducunt, & contra [te]rrenæ & volucres aqua sitim depellunt.

Præterea quamuis simplicia elementa se[cu]ndum qualitatem talia sint, qualia elemen[ta] non simplicia, tamen non sunt eiusdem [se]cundum naturæ substantiam, nec speciem, [n]omnis flamma omni flammæ non est ea[de]m, nec aer aeri, cum experimur habitum [ei]us aeris nobis salubrem esse, alterius insa[lub]rem, sic nec omnis aqua omni aquæ, cum [pis]ces in vno aquæ temperamento viuant, in [alte]ro moriantur, sic nec omnis terra omni, [terr]æ, vt plantæ in vno solo fœcundæ, in alio [steri]les. In istis ergo inferioribus elementa [sun]t crassæ quædam formæ immersæ mate[riæ], vt elementa materialia, sicq; ignis, qui in [vsu]m nostrum cedit, non est purus ignis, sed

simile

ſimile quoddam, ſcilicet igneum; aer, quem ſpiramus, non eſt purus aer, ſed ſimile ſcilicet aereum: Aqua, quam in potum ſumunt animalia, & vegetabilia, non eſt pura aqua, ſed ſimile, ſcilicet aqueum: Terra, quæ vegetabili producit, non eſt pura terra, ſed ſimile quoddam, ſcilicet terreum.

Terreum viſibile. Id ergo, quod videmus terreum, vt patien omnium elementorum eſt baſis, & societ tem habet cum cœlo & fundamẽtum, ipſu enim eſt obiectiuum, ſubiectiuum omniu radiorum influxuumque cœleſtium recept culum, in ſe continet omnium rerum ſem na, ſeminaleſque virtutes; Ideo dicitur an male, vegetabile, & naturale, quod ab omn bus aliis elementis ac cœlis fæcundatur omnium in ſe ipſo eſt gignitiuum, omniu fæcundatum receptiuum, veluti primum rens omnium pabulatiuum, centrum & fu damentum, terreum tale nouum indies gnitur. Nam cum aqua pluuia, quam eius premum interſtitium imbibit, primum eiuſdem terrei interiora permeat, cum i miſcetur, deinde in fibras, & venas vndi colligitur, vbi etiam tum ea, tum alterius tus aqua terras ab iiſdem abripit, & quid multas, ſi fibræ, & venæ vtraque in parte ras habuerint, paucas, ſi ſaxa, verum, eo continenti motu ab ipſis etiam ſaxis abr

mo molliora fuerint, quod genus ſunt calca-
, ex quibus videmus fieri cretas, argillas,
argas, paretonium, aliaſque terras pingues,
arenaria, ex quib. fiunt terræ macræ, quod
nudis rupibus conſpicere licet. Imbres
nim ſaxum calcarium, aut arenarium, aliud-
molliunt, ſecumque rapiunt ramenta; ſe-
men autem ibi percolatum colligitur, fit
um, quod poſtea concreſcens in aliquod
rræ genus abit. Deinde arbores & eorum
a indies marceſcunt, animantiumque cæ-
a corpora pereunt, lana, coria in terreum
oddam vertuntur. Vnde terra ad eam mo-
n deuenit, quæ frequentiores his tempo-
us, quam antiquioribus annis Lunæ eccly-
s apparent. Similiter intus in terra aqua-
n vis mollit ſaxa, & lapidum ramenta, craſ-
ra diſſoluit. Motus igitur aquarum terram
ngregat, idemque puram, & æqualem effi-
calor vero immutat.

Quare frequentiores his temporibus fiant Ecclypſes.

In interiore inſuper huiuſmodi terrei ſinu
mioque igneum aereum quoddam hu-
rque & vapor generantur, qui ſua vi in aë-
n erumpunt, Seneca *de quæſtionibus natura-
s* ſcribit, placere naturæ terram ad corpo-
n noſtrorum exemplar regi, in quibus ve-
ſunt, & arteriæ, hæ quidem ſanguinis, hæ
o ſunt ſpiritus receptacula, ſic & in terra
t tales meatus, per quos aqua, & tales, per

quos

quos ſpiritus naturalis currit, quos ad ſimilitudinem humanorum corporum natura formauit, vnde ſunt loca concaua, ex quib. fiunt vertigines, voragines, quibus abſorbentur naues, fluuii, vt puta in Peloponeſo, & in Archadia; & circa Legusticam quidem fluuius non minor Rodano abſorbetur, & ex alio loco egreditur. Narratur circa Helicem & Buram multotiens exhalationes fieri in Ponto, ignem & fontes ſcaturire, & flumina emitti, cauſa autem harum concauitatum, eſt ipſa natura vniuerſalis, qualis eſt vis ſyderum, in hæc inferiora delapſa, quæ radiis ſtellarum operatur in ea, in quorum virtute reciperetur calidum purificans terræ partes humidi exhalatione concauitates inducens, vt videtur ſuperficies terræ tempore æſtatis, cum fiant fiſſuræ. Ita vt in tantum extendat calidum ventoſum partes terræ, quod in tumorem eleuentur, & rumpantur tandem, & eiiciendo fauillam cineroſam, ſicuti ſcribitur *ſecundo meth.* accidiſſe circa Heracleum illum, quæ est in Ponto, & ſacram Sutumi inſulam, ita vt e ruptura collis inde eleuatus aſcenderit, & incinerata fuit ciuitas Lippariorum, & peruenit ad quaſdam Italiæ ciuitates. Similis caſus contingit hac noſtra tempeſtate in regno Neapolitano, ille mons combuſtus tranſmiſit cinerem ſuum per tria miliaria circum circa,

æ & viridaria, & oppidum illud in cinere immerſa fuerunt, tenacitas, & adhærentia terræ talis eſt, quod ſuſtinet teſtudines cauernarum, ne in centrum deſcendat.

Vnde ignis ſubterraneus ignescat.

Igneum id in primis ſubterraneum ignescit, cum frigus ipſum vel exprimit tanquam nubis fulgura elidunt, vel in locorum anguſtiis impellit, per quas ſe torquens, exitum quærens, ipſo conflictu, & attritu exardeſcit, inflammatur, vbi vero illi occurrit materia, quæ facile accenditur, quale bitumen, quod paſcit ignem, ibi tum creſcit flamma, viſcera terræ conflagrant; ſpiritus igitur preſſi vel colliſi incenſio cauſa eſt tam abſtruſi, & reconditi ignis, qui aquas, & terræ inteſtina calefacit, eius autem incendia, tum eius viſcera, medullaſq; exedunt, tum ruinas faciunt, quarum mollibus aliquam cauernarum partem complent.

Aqueum.

Aqueum autem duplex, vnum eſt, quod in ſubterraneis naſcitur, alterum quod terra pluuiis perfuſa concipit, rurſuſque effundit, cum ad terram delapſa ſit, hoc enim ex imbribus in illis colligitur regionibus, quibus magni crebrique decidunt imbres cuiuſmodi ſunt moderatione caloris & frigoris temperate ad partes aquilonis auſtrinæ vergentes, plurimi ſcatent fontes. Vnde multi riui, & fluuii exorti terram irrigant. Aquæ ſubterra-

terraneæ ſunt fontes & flumina, quemadmodum teſtantur Geographi ea ſub terras penetrare, & in earum ſpecus ingredi, atque in his condi, ſicque incluſa, atque abdita longo ſane locorum interuallo quaſi latent in occulto, rurſuſque repente proſiliunt, ex tenebris in lucem redeunt, harum autem, quæ ſub terra ſunt, alia ex imbribus colligitur, alia ex aere, ex halitibus oritur, alia de mari aut de fluminibus manat.

CAP. VII.

De eius aquei ſubterranei ortu ex aëre.

EX aere autem ſuboritur aqueum quoddam, cum terra quidem venas non ſecus, atque animantia habeat, cumque aer in raris terris, & ſaxis, eorumque commiſſuris, fibris, venis, ac cauernis concluſus ſit, quem terra exhalauit perraro caleſcit, & agitatur ſæpius frigeſcit, & immobilis quodammodo manet, qua de cauſa in aquam vertitur, atq; aer natura calidus, & humidus, ſed quum primum frigus expugnauerit calorem neceſſario in aquam abit, aut in vnum aliquod, quod cum ea naturali cognatione iungitur, id quod in aere ſupero videri poteſt, nam ſi mediocriter frigeſcit, gignitur aqua, ſi valde, nix, ſin in diuerſis locis, diuerſo modo, id eſt, in ſu-

periori

periori mediocriter, in inferiori vehementius, oritur grando; aere vehementissime refrigerato, & exiccato, nihil horum gignitur, quod nimium frigidus & siccus non aliter, ac multum calidus & siccus, pluuias, niues, grandines non gignat.

Cap. VIII.

De ortu aquei subterranei ex mari.

MARE per venas, & fibras, per canales, & flumina, quo terra irrigatur, veluti sanguine animantis corpus, in interiora terræ emittit, quædam enim in impetu, quędam in lenitate, quædam in procellis à mari exeunt, tam late tamen diffunduntur, quam late eam diffundi fert ratio, & orbis, & terræ natura, vel potius globi, cuius certus est latitudinis terminus, & centri punctus, vltra quem progredi non possunt, non enim diffundarentur, si eum finem transierint, sed ascenderent, quod fieri nequit cum graue ascendere natura non admittit.

Cap. IX.

De æquei subterranei ortu ex fluminibus.

FLVVII ripas inundantes adeo late per venas, & fibras aquam ex sese fundunt, vt sæpe numero eas cellas subterraneas oppidi in æquis, & planis locis siti compleant,

cum in vnum locum colligitur, ſua grauitate imum petens ſuo liquore, ſi ſaxoſum ſit, ſuo pondere mollit, pertumpit, & diuidit, quod ſi durum fuerit, ſaxorum comiſſuras fibras efficit, ſi non nimis durum, venas, veruntamen quanquam ſaxa non ſunt dura, venæ tamen non fiunt ex comiſſuris, & fibris.

CAP. X.

De aquei ſubterranei ortu ex Halitibus.

NECESSE eſt terram antea liquore madefieri, & incaleſcere, quam halitus gignantur, ſequitur aliunde aquam manare, ex qua iuges halitus, mare in primis ſuo liquore madefacit terram, nam alicubi in cauernas ſubterraneas ingreditur, alicubi per venas, & fibras ſub terras penetrat. Ita aqua fluminum, & pluuiarum in cauernis ſubterraneis coaceruata multum, & copioſum humorem terræ præbet, qui humor calefactus ab igne ſubterraneo expirat, & halitum gignit; is namque in ſublime canalium fertur, ibique frigore concretus in aqueas guttas paruas abit, quarum aliquot congregatæ magnas efficiunt, tunc eæ quoque collectæ profluere incipiunt, & ob grauitatem, & earum pondus in imum rurſus delabuntur, quod ſi per dilatatum canalem iter habuerint, inde ipſis ac-

cidit

cidit, vbi longius, à ſui ortus loco, per terræ & ſaxorum commiſſuras, fibras, venas, cauernas diſceſſerint; atque taliter gigni aquam indicat in primis opificium deſtillandi, cũ enim quod cucurbitulæ eſt iniectum concaluerit, expirat, qui halitus ſublatus in operculum à frigore conuertitur in aquam, qua naris ſtillat, iſto autem modo continuo fit aqua, cuius iudicio ſunt profundiores tam putei, quam cuniculi, nam alia eorum parte ſunt tantum madidi, alia ſtillant aqua, alia vis aquæ eruptionem facit, commiſſuræ inde ſaxorum in proximas venas vel fibras ſeſe exonerant, fibræ in venas, venæ ſtrictæ in latiores, atque hæ ipſe in puteos, vel cuniculos, iis autem oppilatis. putei cuniculi aridi ita fiunt, & quam diu aer, qui in ipſis ineſt, refrigeratus non fuerit, aqua minime madefiunt. Cæterũ aquæ ſua ſponte, ſuaque natura ex venis erumpunt in aerem, vnde fontes aperiunt, qui raro colliguntur ex pluuiis, rariſſime ex proximis fluminibus, vel ex mari manant. Ex his fontibus riui deducuntur, atque ab iis paruis initiis fluuii profecti ad immenſam magnitudinem perueniunt, cum in eos præſertim multi riui, & omnes influxerunt. Præterea aquæ impetus, cum canales, per quos modo iter habuit, aut limo, aut ruina obſtructi fuerint, aut maior quantitas ſit aquæ, quam canalium

 foramen

foramen cõtinuo, vel nouos aperit, vel veteres aliquos recludit, aut eos deſerit, vbi vis aquæ per alium canalem iter fecerit, ſubterraneæ aquæ in terra excauant, non ſecus ac aquæ foris, adeo, vt non modo canales, verumetiam ingentes cauernas efficiunt. In quas quandoq; agros, vrbes, montes deſcendiſſe ſcriptum eſt.

Præterea, vt in corporibus animantium varii gignuntur humores, ita etiam aqueum id diuerſis qualitatibus præditum ſuccos parit, cum pręſertim ſubterraneus calor, terras, aqua madefactas ſenſim ſiccat, & calefacit, varios gignit humores, aliaque multa naturæ opera efficit, gignuntur enim ſucci, aut cum calor rem ſiccam immiſcet humidæ, & miſtionem coquit, aut cum aquæ lambentes terram craſſæ aliquantulum efficiuntur, aut cum humor concluſus circum ſerpit metallicam materiam, cumque ſuccus ab ipſa vi caloris ex terris exprimitur; ea vis ſi magna fuerit, ſuccus ex terris manat, & fluit, quemadmodum ex piceis crematis pix, ſin magna non fuerit, terræ ſucco præ ſe ſtillant, vt larix, abies, reſina.

Aquæ calidæ ſiue thermales.

Ex ſubterraneis aquis calidiſſimi fontes in aerem erumpunt. Nam cum ignis ſubterraneus, à bitumine fomitem ſuſcipiat, id enim ardet in aquis, earumque humore paſcitur,

scitur, aut quam diu permanet, cumque subterraneas aquas sibi proximas calefaciat, quæ inde ex longa via ad aerem caliditatem relinquunt, si per canales, quorum parietibus adhæreat sulphur, vel bitumen, vel lapis calcarius, fluxerint, eos succos abradunt, atque ita etiam aliquas partes calefaciendi aquæ suscipiunt, & cum ea lambant, & eorum liquidum succum combibant, & cum simul expirant, eorundem odorem, & saporem acquirunt, sed cum in interiore terræ sinu aqua calefacta longius per eos canales fluat, antequam ex ipsis affluat, aut cum multa tam, & copiosa affluat, vt eam ignis tantopere calefacere non posset, vt ferueat, aut canales illi minerales tam longi haud sint, qui eorum facultate aquæ calorem inolescere, & conseruare possint, refrigeratur afferens secum malum eorum saporem, odorem tetrum, calorem corruptum, qui insedit, ei manet, quos ei tribuit terra, aqua & ignis subterraneus, canalium sicci male olentes.

Cap. XI.

De aëreo Elemento.

Aqua cum patitur, aut calorem, aut frigus euaporat, aeris dispositionem acquirendo attenuatur aqua, tenuitate fit aer, *De aere vide Plinium, lib. 2. c. 38.*

cum etiam aquæ per accidentalem frigiditatem crescunt, & in semetipsis generantur, earum augmentum, & in ipsis tensio quædam suboritur, & quod in ipsis calidum & tenue existit, tunc euaporat, ex hoc tunc flumina effumare videntur, cum frigore addensante vertatur aer in aquam, qua euaporante inde aer gignitur. Item terra calefacta ex sese calidum quoddam, siue siccum, siue humidum extiterit, semper emittit, non calefacta ignaua est, & cessatione torpens nullum halitum expirat, cumque halitum expirat, iam eius succus mutatur in contrariam qualitatem, ex halitu flatus fit, & ex vapore aqua, cumque vtriusque qualitatis fuerit facta mutatio, ita ex aere aqua gignitur, cum calor ab ipso depulsus fuerit. Vnde terræ fibræ & venæ aqua & aere opplentur, & aer in vnum continuo influit, recteque per cuniculum permeans, & ad alterum transiens, atque ex eo rursus euolans foras, infunditur etiam in speluncas, in terræ cauernas, quas mare ventorum vi agitatum fecit, quamprimum idipsum recesserit, canales, ex quibus omnis aqua defluit, subiectos campos sua mole similiter complet, terræ interim viscera aquis madida, aut ipsæ aquæ cum incaluerint, halitum, qui in flatum vertitur, expirant, quo fit, vt terra multo

multo omnino plus aeris, qui exhalat, ex ſeſe emittit, quam exterioris recipit rimis, ac hiatibus, omnis igitur aer, qui intra terram eſt, nec de exteriori manet, nec intra terram gignitur, ſed partim in eam infunditur, partim in terra oritur, in his enim ſubterraneis ſedibus machinæ quædam metallorum per fiſtulas in cuniculos longius inſpirant aerem, quem ruinæ occultæ, latentium ignium vis, ex alta rupe decidentis aquæ impetus eundem ad vehementius ſpirandum in iſtis abditis anguſtiis concitant, fluctus marini in terræ cauernas compulſi, ac ventus exterior in eas ingreſſus aerem commouent ſubterraneum.

Hæc ergo elementa non quatenus ſimplicia, neque quatenus natura ipſa ſint, ſed quatenus naturæ partes, & de compoſita, corrumpi & putreſcere admittunt, ſi quid præſertim heteorogeneum, quod ad putredinem moueat, illis admiſceatur, in his enim entibus, quanto ad ſuperiora maior fiat elementorum aſcenſus, plus de formalitate acquirunt, & minus de materialitate; ita vnum elementum altero minus aptum eſt putreſcere, ita ignis, cum ſit elementum formaliſſimum, non putreſcit, terra autem cum ſit materialiſſimum elementum citius putreſcere contingit. Aer autem cum formalior

ſit ipſa aqua, ideo ipſa minus diuerſificabilis, & materialis eſt. Vnde minus aptus putrefieri ipſa aqua, licet ad frigiditatem propter aquam, & ob eam non ad humiditatem permutetur. Si modo contigerit, quod humiditate adhæſiua humectaretur, in aquam tum tranſiret, cum & vaporem horum medium. Ita patet, cum ignis ſit, formaliſſimus, & calidiſſimus, non putreſcit, cum ab eo humidum abſumptum ſit, & euaneſcat, ſed calidum, quod eſt putredinis cauſa, imbecille, & humectatum, non fortiter exiccatum ſit. Ignis ergo cum ſit primum calidorum, & in extremo caliditatis exiſtens, non eſt ignis, niſi in caliditate, & ſiccitate, quæ qualitates in ſummo exiſtunt, Ariſtotel. *primo cœli*, præſertim cum immediate lunæ contingant orbem, à quo cum aliis orbibus cauſatur caliditas in ipſo proxima, & cum illud, quod putrefit, infrigidari oportet, & putrefacta calore naturali deſtituantur, & ſubſtituatur calor extraneus putrefactiuus, ignis autem caliditas, cum inſeparabilis ſit, ob ſimplicitatem, & formalitatem & eius tenuitatem, & immenſam caliditatem putrefieri minime poteſt, ita, & alia elementa, quanto magis ad eorum ſimplicem naturam tendant, eo magis à putrefactione elongantur, ſic & aer, cum in ſupre-

mo aeris interſtitio in nexu ignis illius plenus ſit, non putrefiet, at aer inferior pluris ad ipſum deueniẽtis per radios ſolares ignis cum particeps ſit, ex aliis elementorum etiam excitati, cum vnum ſit in potentia ad aliud, immo aer coactus, & conſtrictus, & percuſſus ignis eſt, ita aer non putreſcit, cum nullum permanens calidum calore actuali aeri putrefit, niſi id, quod à proprio calore deſtituitur, & alieno ſuperexcedente afficitur, putris fit. Ex hac parte etiam concluditur, quod aer nos ambiens ſyncerus, purus, & ſimplex, licet calidus, & humidus ex ſe non putreſcat, cum etiam eius humiditas non ſit aquoſa extranea, putrefactiua commixta, ſed tamen de ſui natura eſt aptus infrigidari, calefieri velociter, cum formaliter ſaltem humidus ſit, quoniam humiditas eſt qualitas, quæ, cui aduenit, de facili corpus paſſibile efficit, & maxime cum corporalis contactus ſibi interueniat, ideo cum caliditas, & frigiditas ſint qualitates actiuæ efficaciſſimæ, ac de intemperie inæquali paſſiuarũ formaliſſimæ, fit vt contangendo aerem non duntaxat in eo corporaliter, verum etiam virtualiter eorũ imprimere queant effectum, ſic aereum. aqueum, terreum putrent, quia, aut frigiditatem, aut humiditatem habent, quę duæ potiſſimę ſunt cauſæ putrefactionis, cum

Putrefactionis potiſſimæ cauſæ.

cum etiam aliquando per accidens fiunt frigida, aliquando calida, quare putreſcere poſſunt, cum putredo ſuboriatur ex caloris innati frigiditate accedente, tamen ex inflammatione extranei. Itaque ignis non putreſcit, cum neutram earum habeat, quia calidus, & ſiccus eſt facultatis, præſertim actiuæ, ſe ad alia habens elementa, vt forma ad materiam. Alia autem elementa ad ignem ſe habent, vt materia ad formam, putrefactio autem à qualitatibus paſſiuis, & materialibus naſcitur, ſcilicet humido, & ſicco, quemadmodum conſeruatio à putrefactione oritur à qualitatibus actiuis, & formalibus, vti à calido & frigido, quamuis omni altero circumſpecto aer non ſimpliciter mutatur, cum nullum etiam elementum ſecundum ſubſtantiam conuariatur. Quoniam huiuſmodi mutatio nil aliud eſſet, niſi ipſorum putrefactio, in omni autem, quod putrefit, quemadmodum commemoratum eſt, opus eſt, vt humidum cum ſicco commiſceatur, ac eius calidum non ſit ipſius humidum regulans, non enim niſi in mixtis euenit putrefactio; elementum autem omni altero circumſpecto non eſt mixtum, niſi id, quod dicimus aereum, aqueum, terreum, attamen aeris ſubſtantia tunc mutari, ac corrumpi dicitur, quando aliquid aliud ei, vel putre, vel cor-

Cur ignis nō putreſcat.

rupti

ruptibile, vel corruptum immisceatur, ex quibus aer resultat vnum mixtum, & imperfectum, quod in aeris tunc substantia immutari, & putrefieri potest, ceu cum aer addensetur, cænosisque exhalationibus immisceatur, quas in subterraneis procreat, vel internus terræ calor, vel vis ignea vrens saxa mineralia, ac terras, aliasq; res fossiles nidorulentas, ac fœtentes, quæ cum pollutum halitum spirant, pestifero tunc viru, ac tetro odore aer inquinatur, præsertim, cum materia, quæ vritur, quo magis putris, ac venenata fuerit, eo magis graue & mortiferum parit, vt vena pyritis, cadmiæ, & similium: has igitur exhalationes putridas, cum illud subterraneum aereum, vel vis ignium latentium incitet, vel impetus aquæ decidentis ex alta rupe concitet, vel fluctus marini in terræ cauernas compulsi, aut ventus exterior in easdem ingressus commoueant, ita propulsæ in aerem nos ambientem erumpentes immistæ putrem, ac nidorulentam in aere venenatam vim fundunt, quarum viru aerem non duntaxat polluunt, verum etiam animantes interimunt: pariter putres terreæ fuligines, aquei vapores putres, aeris substantiam in simile vitium trahunt. Quamobrem exhalationum tres sunt species, quæ putredinem in aere mediate vel immediate efficiunt,

Exhalationum species.

unt,

unt, nam ex his in aere sunt quietæ; vel sunt crassæ, terreæ, humidæ, turbulentæ, vel mediæ inter crassas & turbulentas; vel tenues, calidæ & igneæ.

1. Primæ autem species exhalationum, vel vaporum, vbicunque crassæ & terreæ & humidi vaporis extiterint, in prima regione aeris in eum putredinem procreant, si diu teneant, tunc aer efficitur crassus, & in vltimā vix regionem pertransit, tunc homines in superciliis grauitatem percipiunt, tristantur, quia crassescunt ob vaporem crassum spiritus, *tertio Epid.* quia spiritus tales sunt, qualis est aer, qui turbulenti, & crassi redduntur, ideo sine causa tristantur, inertes, & inepti fiunt, animalia eodem modo se habent; Plantæ, earumq; folia, frondesq; quodam tamquam puluere insperguntur, quia vapores crassi, & terrestres decidunt in plantas præ grauitate, exsumuntur, puluercam imaginem apparere faciunt, vbi talia perseuerant, expectanda aeris putredo, ac futura labes, cum hæc insinuant vaporum ascendentium crassorum copiam, ac indesinentiam.

2. Secundæ autem speciei, si vero vapores inter crassos, & turbulētos medii visi fuerint, non erunt perniciosi, habent enim signa destinata, cum vapores isti adsunt, & ea prædicta signa apparent, non tanta, sed aeris turbulen-

tu

tia, nec animalia pigra, sed alia fient proportionata, naturæ horum vaporum, præcipue, & proprium signum circa ortum solis, & occasum, coram sole apparebit quoddam simulacrum; & obstaculum variorum colorum, quandoque nigrum, quandoque luteum, mane & sero circa solem spectrum apparebit, tunc patet maximam vaporum copiam aerem inquinare, & per consequens pestem futuram esse, at non ita sæuam, sicuti aliæ.

Tertiæ speciei. Si vapores fuerint tenues, calidi, ignei, in aeris suprema regione, mutatio quidem magna erit, sed non erit ad caliditatem, & humiditatem, sed ad caliditatem, & siccitatem, ex cuius mutatione suboriuntur morbi epidimiales à bile ortum contrahentes, tunc in aere apparent hypocaumata quemadmodum postea dicemus. 3.

Immediate ergo putredinis vapores considerantur quieti, & non quieti secundum membrum primæ diuisionis, qui sunt moti, & excitati, & sunt venti, & vapores eleuati à terra, 3. *metheo.* Arist. quæ est causa ventorũ, qui excitati efficiuntur venti, quia sunt calidæ, & siccæ euaporationis, sed vbi hi vapores excitantur, & à regionibus humidis depressis à meridie motum incipiunt, ab his partibus impressionem recipiũt, quia ab humidis

flans

flant regionibus, & aquas plurimas transe-unt, ac prauas accipiunt qualitates, sua hu-miditate, & caliditate aerem inficiunt, pari-ter vapores tales excitati, à meridieque ven-ti, vt Austri flantes versus Orientem & Oc-cidentem, quia calidi, & humidi sunt, aerem putrescunt, si diu tenent, hæc constitutio au-stralis semper erit causa febris pestilentialis. 3. *Epid.*

Causa mediata putredinis aeris.

Causa autem mediata putredinis aeris ab aliis elementis dependet quemadmodum ab aqua & à terra; ex terra vero vbi mala qualitas occulta turget, ex qua vapores ex-iliunt, & hæc est causa mediata, quæ à Me-dico cognosci debet, quia vt pestis cogno-scatur, si non aliud cum fuga, quandoque enim interea, quæ latent, vel aqua plurima, vel fluuii in visceribus terræ, quæ attenu-antur per putredinem, exeunt, euaporant, putrescunt, tales aquæ, vel fluuii ob corpo-rum cœlestium refluxum in terra videntur quamuis exquisitas causas ignoramus, tamen omnia à superioribus mouentur & quando-que in subterraneis coacervatur flatus, tunc fiunt innumerosi vapores, & aer tunc in subterraneis calidus, & humidus efficitur. Quo fit, vt putrefiat. Insuper etiam cum in subterraneis locis terra calefacta halitum expiret, cuius qualitas, cum sit, & cum in contra

contrariam mutetur, ex halitu fit flatus, cui cum contingat, in locis quandoque longius commorari, ac in maris ventorum agitari, putris euolat foras, commiſcens ſe cum aere nos ambiente, eumq́; inquinans, aut cum humor ſubterraneus in fibris, in venis, cauernis diutius fuerit concluſus, aut cum aliquando interiore terræ calore putreſcit, & halitus peſtilentes expirat, aut cum terræ etiam viſcera putredine vitiantur, cum præſertim in ſubterraneis lacubus piſces, & aliæ beſtiæ computruerunt. Has in maritimis locis è mari longius interdum penetrare in terræ receſſus declarauit fons, qui terræ motu emergens copiam oſtrearum, & marinorũ piſcium effudit: ſi quando hi receſſus fuerint obſtructi, beſtiæ intereunt, & putreſcunt, quam putredinem terræ motus concuſſio exhalat, & peſtilentiam excitat. Ex aqua, cum aqua ſubterranea patitur, & attenuatur, & interdum cum ex mari, vel ex terræ ſqualloribus putris fit, aerem ſubterraneum putrem tunc gignit, & in eum conuertitur, aut cum illi ob influxus cœleſtes putredo contingat, & ab ea putridi vapores aſcendunt, vel à paludibus, vnde cum aere immixti eum putrem reddunt: exiſtimarem, quod is aer fit ille, & hæc ſit aqua ea, & hæ ſint putredines illæ ſubterraneæ, quæ ambientem nos aerem

polluunt, de quibus ſcribit Auicenna *in libro de febribus peſtilentialibus*, vbi ait: *Et quandoq; accidunt putredines in interioribus terræ, propter cauſas, quarum aduentus ignoratur, & nocere faciunt aquam & aerem:* quamobrem peſtilens affectus abſque aeris putredine ex terra, ex aqua mediate ſuboritur, ſed non immediate, nunquam terræ vel aquæ putredo in ſe ipſis peſtem facit, ſed ad duos modos, vel quia putrefaciunt aerem, vel quia fruges putridas faciunt, quibus gignitur peſtis, in quam etiam animalia ex ſanguine putrefacto incidunt, qui cibi corrupti ſunt: vnde aeris putredinis duplices reperiuntur cauſæ; vna mediata; altera immediata: immediata vero ſunt vapores putres: mediata vero eſt putredo terræ vel aquæ, quæ mediantibus fuliginibus & vaporibus putridis aerem nos ambientem inficiunt, ac putrem faciunt. Et ita conſtat, quod ex triplici vaporum genere duæ ſint ſpecies, quæ immediate eorum putredine aerem polluunt, & peſtē procreant; primi vapores craſſi, ſi perſeuerant, magnam in aere putredinem efficiunt: medii quoq; ſi impreſſionem faciunt, peſtilentes febres inducent: tertium genus, vbi vapores tenues & ignei fuerint, morbos calidos & ſiccos, ac epidimiales ægritudines, ſed non peſtem efficient, vnde venti ab aqua quoq; ſpirantes ae-

rem

rem quam maxime conuariant. Nam cum Luna eius gelida facultate aquæ ſphæram ceu ſpiritus concitet, cum aqua, ſi ab ea ſpiritus detrahitur, iners eſt, eius ergo motu maxima humidæ ſubſtantiæ in aerem quantitas attrahitur, cuius relicta frigiditate ex ſyderum vi calefacta aer conſtruitur; ſed ſi aliquod ſydus, cuius facultas frigida ſit, cum Luna conueniat, in largum aerem reſoluta venti efficiuntur, quales ſunt, qui ſinuales & pelgii, tropei, ſi pergunt, apogei nuncupantur. Et ii aquea eorum natura ambientem aeris ſubſtantiam mutant, ſi ex aquarũ præſertim tum locis abditis, tum pollutis procreantur, euaporent, & ſpirent. Aeris tum etiam coinquinant ſubſtantiam, cum ab aliquo loco putri ſubterraneo flumina currant, aut cum incluſa, atq; longo ſane locorum interuallo abdita fuerint, quaſi lateant in occulto, ab iis terra madefacta, & ab igne ſubterraneo calefacta halitus, & vapor gignuntur, cum ignis terram aquis madidam vrat, quo fit, vt multus vapor, quem terra interiore ipſius calore non ſolis aduſta exhalat, tum aut per profundas & immenſas aquas euolat foras, tum aut ob interiorem oppreſſionem incluſus terram ſcindit, quibus riui tunc fiunt, quibus rurſus repente fontes proſiliunt, ex tenebris in lucem redeuntes, ita hi fontes antea inconſpi-

cui, si terram olidam lambant, sicut sulphuratæ, vel quod combibant succum male olentem, sicut aquæ nigro bitumine permistæ fœtent, vel quod mistæ cum terrena aliqua portione, & nihil coctæ, ac aliquando in cauernis detentæ putrescentes, & diu in abdito lateant, & eas vsus non exerceat, & nunquam aer liberior verberat, cumq; crassæ putres, grauior caligine sempiterna nocte sopitæ, tum si in aerem erumpant, spiritus noxii pestis anhelitum emittunt, tum earum riuuli siue fontes ab antris, siue terræ cauernis, vel ex metallorum cuniculis fluentes, & similes aquæ infectæ, quæ cum bibantur, morbum interdum vniuersalem efficiunt.

Præterea aeris substantia etiam inquinari contingit, cum in aerem pollutos vapores ab illis venti deferant locis, in quibus cadauera inhumata plurima, neque tumulata iacent, quemadmodum in præliis euenire solet, quemadmodum in cædibus, quas Romulo regnante Fidenates & Romani in excursionibus in agros fœdis inter se fecerunt, in Latio pestis suborta, & quemadmodum multitudo, quæ per oppida & agros fame periit, passim caret sepultura, vel vbi multi, quos è naufragio fluctuum agitatio mortuos eiecit in littora, inhumati auibus, & feris carniuo-

ris

ris laniandi relinquuntur, vel brutorum venenoſorum numeroſa cadauera, vbi humi inſepulta putrent, vel quemadmodum in caſtris contingere ſolet, quod cadauera equorum, cum multi moriantur, igni non abolita putreſcunt: cum autem putreſcant, & ſanie diffluunt cadauera humana, in primis extraneo ſolis calori expoſita. Vnde Lucanus canit:

Corpora tamen ſoluit tabes, & digerit artus,
Traxit iners cœlum fluuida contagia peſtis
Obſcuram in nubem.

Teſtaturq́; Liuius, quod pro cadaueribus cremandis, ab incendiis torrida, & vaporis plena Gallica caſtra peſtilentia correpta fuere. Ita ab illis, vbi oua fœtentia, vbi cænum fœtidum, cloacæ, latrinę, terra laxa, limoſa, rimoſa, paluſtris, mineralis æſtiuo tempore euaporant, aut vbi cimiteriorum, ſepulchrorumq́;, ac puteorum, aut cauernarum ſubita fiat apertura, quæ effoſſæ peſtiferas plerunq; vligines exhalant, quæ occupatis naribus ſpiritum extorquent, aut vbi aqua non defluat, ſed terra ſiccior reddita ſit, qua ſiccitate perennes amnes defecerunt, his deficientibus pecorum ſtrages ſiti morientium viſa eſt, atq; amnium littora, foſſata, ſtagna, lacunæ, paludes, foueæ, malam ſugentes aquam ex ſolaribus radiis eas attingentibus, egredientibus

ſqualidis vaporibus, putrent, ac male olent, aut cum amnes terram inundantes in mare ſerpentes, & chacones rapiant, eosq; aquæ ſalſæ, quarum inaſſueti ſunt, necant id, quod accint hoſtiæ, poſtquam Tiberis Romæ præter modum creuiſſet, atque ſæuus extitiſſet, quę aeris corruptio Romanis peſtē importauit, eo maxime, cum ea animalium cadauera mare in littus, vel iuxta in ſicco reliquerat, putreſcebant, vel cum contingat, quòd loca ardentia, quę ſub mari ſunt, terrę motibus conquatiantur, exhalationes peſtilentes in mare piſces interimentes euomunt, quod etiam in Auerno lacu Roberti Regis Siciliæ temporibus vſu veniſſe, atq; piſces omnes, quos mortuos eiecit, nigri fuerunt, & odorem ſulfureum reddebant, vel cum voragines terræ motibus factæ vndas ſorbent, multi piſces in ſicco relinquuntur morituri, qui tandem putreſcunt, aut cum magnos ex alto egreſſos fluctus deſtituit, quemadmodum non longe à Braniſciis Balena in litore thuſco putrefacta teterrimo odorę tam valide aerem corripuit, vt in eius accolas peſtilentia ingrueret. Pari modo cum amnes creſcentes in planitiem excurrant, eam diutius, quam ſolent, inundant, procreant animalia, quæ, cum decreſcunt, in limo remanent, & pereunt, eorum cadauera putreſcunt, & aerem ſua putredine infi-

inficiunt. Item, cum piſcinæ maximo hyemis frigore conglaciantur, pereunt piſces, qui inde verno tempore & æſtiuo calore putreſcant, vnde vehemens frigus non paucos duntaxat homines, verum etiam beſtias gradientes, ſerpentes, volucres interimit: aut cum venti ex locis ſpirant, quibus arbores mali temperamenti humidi,tenacis,fumei oriantur,quales ſunt,ſohac,taxus,ficus,nuces, ſambucus, ebulus, braſſicæ putridæ, obſcænos vapores exhalantes,cum laudabiles venti aerem illum non purificant; aut vbi arbores, quibus pleriq; montes abundant,vel effrenata ventorum violentia radicitus in magna copia extractæ,vel turbine aliquo confractę, vel exeſæ corruerint, tum etiam in vallibus putreſcentes; aut cum contingat ventus locum clauſum ingredi, ducens ſecum malum odorem, cuius aeris ſubſtantiam inficiens reſpirationi reſiſtat, quaſi ſuffocans, ſtrangulans qualis eſt fumus,aer,vel ventus viuorum carbonum,& parietum ex calce recenter linitorum, ac antrorum; ac vbi multitudo prauis humoribus ægrotantium in vno loco clauſo non euentato commorantium ſpirat: immundo enim eorum ſpiritu aerem putrefieri liquet, ac vbi caſtrametati eodem loco cuncti commorantur, aeris inſuper ſubſtantia polluitur ex aquis per lini,aut canabis,

aut ſparti,aut hyoſcyamini macerationem æſtiuo calore, & aquæ humiditate admixta putreſcentibus, aut cum inundant flumina, & diu reſtagnant,cumq; loca paludoſa & cænoſa relinquantur, ac cum maria in littoribus piſces aut locuſtas deponunt, quemadmodum Aphricæ euenit, in mari immerſas ad littus reiectas mortuas, aut ranas mortuas, quemadmodum teſte Lucano,earum multitudine peſte illyria correpta fuit; nam his, & ſimilibus in littoribus à mari reiectis,cum ſol acriter operetur, ex his vapores obſcœni vaporant,ventis commixti aerem inquinantes, quoniam quæ euaporant è primo particulæ, aliæ quidem ſunt calidæ & ſiccæ, vel per ſe, vel ex commixtione, aliæ ſunt calidæ & humidæ ſimiliter, vel per ſe, vel ex commixtione videntur, quæ calidæ & aptæ quidem magis exurere, putrefacere autem minus, quæ vero calidæ & humidæ ſunt, è contrario putrefacere apte magis, exurere minus; humidum enim partes eius, quod tangit, emollit, ac laxat, beneq; ſeparabiles reddit, calidum autem ſurſum tollit ac ſeparat. Vnde diſſolutio mixtionis fit euaporante calido, & humido innato, quæ putrefactio eſt, quapropter calidæ & humidæ particulæ, aut per ſe, aut ex commixtione humidæ, quæ euaporant è primo,& per ſe ſunt principium putrefactionis.

Præterea aeris ſubſtantia inquinatur, tum terræ exhalationibus & fuliginibus, cum pręſertim terreum hoc iam commemoratum à ſole & ab aſtris & ab igne ſubterraneo calefactum duplicem ſpirationem emittat; primam à partibus ſiccis ſpirationem calidam & ſiccam, quæ exhalatio dicitur, ſimilis fumo, qui ſpirat ex ligno incenſo; ſecundam ex partibus humidis ſpirationem calidam & humidam, quæ vapor nuncupatur. Eſt enim vapor halitus ex humido madefactiuo ſegregatus, calido quidem igneo ſegregante, vt ſpiratio illa, quæ ab aqua ſeparatur igne ſuppoſito, interdum in aerem conuertitur, interdum in ventum cedit, interdum in nubem imbriferam concreſcit, cum aquæ ſymbolus potentia aqua ſit. Exhalatio autem eſt halitus, ſiccitatem terream & igneam, & aeream humiditatem participans, à calido igneo ſegregatus, vt ſpiratio, quæ à lignis igni appoſitis, ſeparatur. Exhalatio differt à vapore: nam vapor madefacit, exhalatio deſiccat & colorat; vapor mutatur in nubē & pluuiam, exhalationum quædam in aere diſſoluuntur aliquali temporis mora digeſtæ, vt fumi; aliæ remanent, vt cineres; cum aeris tria dentur interſtitia, quorum vnum ſupremum eſt, per quod ignis ſuum calorem diffundit: ideo ignis plenum eſt infimū, id eſt, quod reflexos à

Vapor quid.

Exhalatio

Exhalationis & vaporis differentia.

terra ſolis radios ſuſcipit: mediū autem eſt, quod his duobus interſtitiis intercipitur, in quo à parte ſuperiori ignis calor diffundi deſinit, & ab inferiori ſolis vis radiorum reflexa deficit, ſupremum aeris interſtitium cum ignis plenum ſit, rarum, tenue, calidum eſt, quod ad primi mobilis motum cum igne circulariter mouetur, cuius quidem naturam caloris vehementia imitatur, non tamen ignis eſt, nec igneus ardor; infimum autem interſtitium calidum & humidum eſt ob vapores & exhalationes, quas intra ſe ſuſcipit & retinet, cum exhalatio calida & ſicca, vapor calidus & humidus exiſtant, horum qualitates tum calidum & humidum efficiunt, tum ſolis radiorum reflexiones: medium autem frigidum eſt & craſſius, cum ab igne ſuperiore, neque à radiis ſolaribus ex reflexione ſuſcipiat: hoc enim loco.

CAP. XII.

De nubibus.

NVbes non tam ab aere, quam à vapore generantur, aeris quidem natura participante, qui ab humidis corporibus ſublatus, cum ad medium aeris interſtitium peruenerit, eius frigiditate denſatur, & in nubem cogitur: frigidum enim congregat & condenſat, quæq; condenſauerit, ad grauiorum naturam

turam & pluuiam disponit, quod in supremo interstitio aer, cum ibi calidus & siccus sit, non admittit, vapores seiungit ac dissipat, eum præsertim circulari velociq; motu moueatur: motus enim aggregationem impedit, quo fit, vt in eo nubes coaceruari, & in aquam verti nequeant, quæ si à vapore putri gignantur, aeris substantiam polluunt.

Cap. XIII.

De ventis.

CÆterum cum exhalationes à sole & ab astris ad medium aeris interstitium attrahuntur, ad hoc peruenientes corpora solida, densa, impedientia, ne secundum directum sursum moueantur, reperiant, reflexæ ad latus transuersæ mouentur, nunc ad vnam partem, nunc ad aliam se agitant, tunc à summa infimi aeris interstitii parte se mouere incipiunt; quemadmodum flumina à montibus defluentia, vbi primum oriantur, parua admodum sunt, sed longius profluentia multas in itinere aquas & guttas colligunt, inde maiora euadunt: ita & venti, qui sunt exhalationes calidæ & siccæ lateraliter motæ, vbi primum ortum habent, modici sunt, sed longius procedentes, ex adiunctis exhalationibus sibi obuiis factis, & continuatis maiores

euadunt,& ex numerosis exhalationibus maiores suboriuntur venti,qui postmodum circa terram validiores sunt,cum illic materiam collectam habeant copiosiorem. Venti non tam ab exhalationibus , quam à vaporibus, materiam suscipiunt, quamobrem in septentrionali & meridionali regione plures,quam in aliis terræ partibus gignuntur venti. Sol enim vtramq; decurrens multas sustollit exhalationes, quas ob nimiam distantiam non digerit, nec dissipat; in septentrionali autem regione multa nix numerosaq; glacies coaceruantur, quæ in vaporem resolutæ copiosiorem ventis materiam præbent; à parte vero orientali & occidentali pauciores spirant venti,quia sol ibi dissipat & dispergit,quo fit, vt in magnis frigore & æstu validi venti haudquaquam flent; nam calor validus exhalationes dissipat, validum frigus terræ spiramenta constringens exhalationes diflare & vaporare non sinit.

CAP. XIV.

Venti, si ab inquinatis exhalationibus ortum habuerint, aeris substantiam inficiunt.

AVt cum miscentur cum exhalationibus putridis & mortiferis spiritibus , quos charo-

charoneæ ſcrobes exhalant, ſi quando plures, quam conſueuerint, effuderint, & quidem putridas, vnde venti ſpirantes interdum aerem quocunq; modo peſtilentem factum à regione, in qua nati ſint, in alias regiones perferunt eum aerem peſtilentem, vt Auſter ab Ægypto in Atticam primo regionem, deinde ſubſolanus ab hac in Illyriam, tunc rurſus ab hac in alias prouincias putredinem deferentes peſtilentiam excitare poſſunt, & quemadmodum Auſter ſuo tepido humore animalium corpora replet & aggrauat, cum tranſit à meridie per loca deſerta Libyæ venenoſis animalibus referta, quorum venenoſitates contagione infectus ad nos ſpirans corporum primaria elementa, humores, & ſpiritus veneno inficiunt, ſcribit Ariſtot. *lib. 8. de natura animalium*, *cap.* 12. coturnices cum ceciderint, ſi ſerenum ſit, aut aquilonium tempus, ſociantur, & proſpere degunt, ſed ſi Auſtrinum, moleſte, propterea quod parum volant, humidus & grauis eſt Auſter, ideo propter ſui corporis pondus volant: ſunt enim corpore grandiores, quam ſuis pennis deferri poſſint, vociferanteſq; ob eam rem volant: laborant enim quaſi oppreſſæ onere, vnde Virgilius *primo Georg.*

Suſpecti tibi ſint imbres, namq; vrget ab alto,
Arboribuſq; ſatiſq; nothus pecoriq; ſiniſter.

Nam

Nam nothus ventus & Africus ſunt laterales, Auſtri, qui natura calidi & humidi ſunt, qua temporis conſtitutione concomitantur febres, quæ non niſi per exceſſum ambarum qualitatũ illarum oriri ſolent, quamuis venti Auſtri, vbi oriantur, calidi & ſicci ſint, cum tranſeunt ſtagna, paludes vaporoſas, ſolis cauſa acquirunt humiditatem craſſam, pollutam relicta ſiccitate: quare cum ad nos flant, ſpirant qualitatem quandam calidam & humidam; ſibi factam connaturalem. Ita talis ventus relaxat humidum, virtutem concoctricem debilitat; ac regitiuam imbecillem efficit, mouet humiditatem pigre interius, & diſſoluit, propter quod parat eam ad putredinem, & per conſequens ad febres.

CAP. XV.

De tonitruo & coruſcatione, ac fulgore.

De tonit. & fulgur. vide Plinium cap. 43. 50. 51. 53. 55.

CVm autem exhalatio eius leuitate ſupra nubes aſcendere ſolita ſit, ſi autem illi eueniat, vt ibi infrigidetur, & claudatur nubibus, cohibita findens, perrumpens, exitum quærens, nubium latera vehementer concutit; natura ſtrangulante edito fragore ſonitũ tonat, quod tonitruum dicitur, & ſecundum nubium concauitates, & ſecundum earum

rati-

raritatem & densitatem tales dissimiles audiuntur soni; nam cum nubes sunt densiores, grauiores; cum tenuiores, acutiores soni perficiuntur, similes illis, qui audiuntur ex igne, qui ex lignis siccis fit, cum inclusus spiritus exitum quærit, lignum disrumpens crepitum, & fragorem stridens efficit. Cum autem exhalationis motus validior & ex calore extiterit impetuosus, qui ex superiori parte denso obuiat, valide repercussus ignitur, tunc igneæ nubium rimæ coruscant. Si autem illud, quod ea ignitum fuerit, & crassum & graue extiterit, ob nubiũ conflictum, ad terram flammam fortis mixtionis vaporosam concipiens impellitur, quod fulmen dicitur, cuius duæ sunt species: Vna, quæ non vrit, nec inflammat, sed duras & resistentes res destruit & liquefacit; res autem molles & cædentes absq; læsione penetrat, quæ autem resistunt, suo afflatu consumit, sic vagina intacta gladium liquefacit, sic non læsis vestibus corpus afflat, imo non læsa carne ossa consumit, cuius afflatũ tenuissimus ventus præcedit; eius enim tenuitate & raritate omnia penetrat & transit. Altera est ardens, res omnes contactas fumare & ardere facit; iis enim percutiuntur montes, iis maria, omnesq; alii irriti iactus, cumq; diu appareant, numerosas exhalationes insinuant, quæ inde aeris calorẽ alterando,

Fulminis species.

1. *Plin. ibid. cap. 51.*

2.

rando,

rando, aer corrumpi impellitur aeris qualitas, & eius ſubſtantia alteratur & inficitur.

CAP. XVI.

De Meteorologicis impreßionibus.

CVm ignis ſphęram ſol commoueat, quo motu relicta ignea ſiccitate ab igne quędam fumea calida in aerem euomitur ſubſtantia, quæ ex conſimili calore aeris humiditate aer calidior efficitur, ſi quod pręſertim ſydus, cuius facultas ſit calida, cum ſole conueniat, quæ ſydera, cum in igne ceu ſpiritus agant, tunc in aere maior & calidior effunditur fuliginoſa potentia, qua aeris tum qualitas, tum ſubſtantia calidior, quam par eſt, efficitur: aere itaq; feruente in eum terræ vligines numeroſæ, & aquarum vapores attrahuntur à calefactiua ſcilicet ac aliorum ſyderum calidorum facultate & igne ſubterraneo, aqueum & terreum vaporare faciente, vti cauſis effectiuis per modum reſolutionis, & vtriuſque elementi partium attenuationis, vno tempore magis, quam alio, ſecundum quod terra arida vel humida magis extiterit, ac ſecundum quod ſyderum facultas digeſtiua imbecillior & validior fuerit, ignis ſubterraneus vligines digeſſerit, ac eas ex viſceribus terræ exhalare fecerit, quæ inde exhala-

halationes cum earum exuberantia & indesinentia (cum ad actionem & conſeruationem quantitas iuuet) medii aeris interſtitii craſſitiem perforantes graues, craſſæ, lentæ, & in partibus vnitæ, ac numeroſæ ad ſupremum aeris interſtitium, quod ignis plenum eſt, à valido calore ſublatæ per conſimilem naturam per inane earum ſpatium & diſtinctum facilius accenduntur & aduruntur, earum tenuior pars à craſſiore ſegregata, ac in lenta, craſſa, aereaq; humiditate aſſeruata in flammam conuertitur, quæ per aerem vehitur; cæterum exhalationum craſſior pars aduſtionis & igneitatis reliquias retinens cum impetu ad inferiora deſcendit, & aer, cum ſit ad patiendum propenſus, primo huius exhalationis ignitę per contactum accenditur & inflammatur, ideo in aere exhalationum ignitæ partes hinc inde agitatæ ab aeris medio interſtitio vnitæ, ac in ſe contractæ, ac in caliditate tanta, quæ in ſubiecto proprio igne producere ſufficit, roboratæ in tenuitate, vel craſſitie, qualem ſubſtantiæ modum ac qualem figuræ, & ſitum ſecundum partes & multitudinem, & magnitudinem habuerint, talis nobis accenſa, & inflammata figura apparebit; quamobrem nonnulla, quibus mortales magna trepidatione ac formidine expaueſcunt, in aere videntur,

cum talis exhalatio in latum diſpergitur & ſegregatur, videntur in aere ſtipulæ ardentes, columnæ, lanceæ teretes, ignitæ pyramides, bolides, ſydera: cum vero per globos & partes compactas inceenditur, ſcintillas ſpargit, tunc in aere videntur capreæ ſaltantes, dracones volantes: cum vero ſcintillæ non emicant, torris, & ſtipes incenſus ſic diuerſæ è fomite vnctuoſo, & lento in aere, tunc producuntur formæ terrefacientes, ac horrendæ figuræ. Plinius ſcribit, quod faces, qualis

Lib. 2. cap. 26.

Germanico Cæſare gladiatorũ ſpectaculum edente præter ora populi meridiano tranſcurrit: duo ſunt genera earum; vnum lampades vocant faces; alterum bolidas, qualis Mutinenſibus malis viſum eſt: diſtant, quod faces veſtigia longa faciunt, priore ardente parte; bolis vero perpetuo ardens, longiorem trahit limitem; emicant & trabes, ſimili modo, quas docos vocant, quales cum Lacedæmonii claſſe victi Græciæ Imperium amiſere, fit & cœli hiatus, quam vocant chaſma. Item Plinius, *quod ſit cœlum quandoq; ſanguinea ſpecie, quo nihil terribilius mortalium timori eſt, incendium ad terram cadens, inde, ſicuti contigit, cum Rex Philippus Græciam quæreret.* Et alibi teſtatur Plinius, quod cernantur ſtellæ cum ſole tot diebus plerunq;, & circa ſolis orbem ceu ſpecie coronæ & verſicolorum circuli, quali-

Lampades.
Bolida.

Lib. 2. cap. 27.

Lib. 2. cap. 28.

qualiter Augusto Cæsare in prima inuenta Vrbem intrante post obitum patris ad nomen ingens capescendum circa solem arcus apparuit. Alibi lumen de cœlo noctu visum est Caio Iulio, Cn. Papirio coss. & sæpe alias vti diei species noctu lucent. Item, Plinius scribit, quod clypeus ardens ab occasu, ad ortum scintillans, transcurrit solis occasum: Item, scintillam è nube cadere, & augeri terræ appropinquantem, ac postquam in Lunæ magnitudinem facta sit, illuxisse, seu nubilo die, deinde cum in cœlum se reciperet, lampadem factam, semel nunquam proditur, testatur Licinus Syllanus Proconsul militum vigiliis inhærere quandoque pilis pro vallo fulgurum effigies, & antennis nauigantium. Nonnulli etiam ex neotericis testantur, 1399. in vigiliis S. Pauli, in noctis crepusculo per quartale horæ, ad coruscationis modū quendam vniuersalem splendorem contigisse, qui nec super terra existentibus sole, neque adhuc Luna, nec stellis lucentibus totam fere terram illuminauit, quod cuiusdam terræ fuliginis multæ, ac vniformis ad supremum aeris interstitium delatæ, ibiq; accensæ splendorem per totam visibilem horyzontis sphęram, simul ignitam flammam lucidamq; gerentem insinuauit, vt puluis sulphureus, aut tormentarius, iuxta candelæ flammā positus,

Lib.2.cap. 32.

Lib.2.cap. 34.

Lib.2.cap. 35.

totus facillime incendatur, alii quod anno 1400. initiante autumno ad longitudinem viginti cubitorum flammam caput vituli simile habentem ab occasu solis ortum versus satis timorose transeuntem, se vidisse scribunt, quæ hypocaumata sæpius contingere solent, cum præsertim Mars dominatur, vtinam, cum hoc anno ille dominetur, qualiacunque fuerint, praua astrorum prognostica irrita & vana fiant. Hypocaumata autem huiusmodi pestilitatem non procreant; numerosas enim indicant exhalationes, quæ digeri & consumi, & à medio aeris interstitio impediri minime possunt, sed in supremo aeris interstitio aeri commiscentur, cæterum digeri & consumi tamen possunt, quoniam ab earum euaporationis initio tales non extiterunt; in vaporibus enim humidis abditę fuerunt, siccata vaporum humiditate digeruntur & absumuntur, tunc ignes solum apparent: sed si per aliquot dies non digerantur, & vaporum humditas persistat, vti exhalationum nutrix & conseruatrix, tunc earum in aere diuturna mora aeris substantia inquinatur, vnde pestis suboritur.

CAP

Cap. XVII.

De Cometis.

Præterea ex calida ſyderali potentia, ac ex igne ſubterraneo partes terreas & aqueas coquente in inferiore terræ parte, per quam maximæ exhalationes & vapores interdum coaceruantur, quæ inde ſyderum vi in nexum ſupremi aeris interſtitii, & ignis paulatim ſublatæ, per ignem diffunduntur & accenduntur, quæ ignitæ earum craſſitie & lentore diu ab aeris inflammabili humiditate conſeruantur, & aſſiduis & indeſinentibus numeroſis exhalationibus nutriuntur, ſicut lampas, cui ab inferiore parte continue nouũ ſuppeditetur oleum, cuius nutrimento flamma diutius duret, quare earum aceruo & copia, ne breui digeri queant, ignis & ſolis actionibus reſiſtunt, quemadmodum ceræ ardenti candelæ contingit, in qua per ignem cera diffuſa ardet; cera autem craſſa non lucet, ſed flammæ aſſiduus fomes eſt, quamdiu cera eſt, tamdiu candela ardet, conſumpta cera candelę lumen extinguitur: iſtæ enim terræ exhalationes cum latitudinẽ habeant; nonnullæ craſſæ ac denſæ, nonnullæ tenues raræ, aliæ inter has mediæ; tenuiores autem ab ignibus digeſtæ accenſæ nunc ad vnam, nunc ad aliam partẽ diffuſæ tenui flam-

De cometis vide Plin. lib. 2. cap. 25.

ma ad modum nubis albæ accenduntur, craſ-
ſiores autem & denſiores, ac paucæ ignitæ,
ceu prunæ ignitæ lucent & radiant. Non-
nunquam contingit, quod earũ talis ſit craſ-
ſities ac terreſtris lentor, quod ignis in illis
extinguatur & ſuffocetur, & quædam ſub-
ſtantia fuliginoſa, denſa, ac atra ſuperſtes ſit,
tunc quædam atra in cœlo figura, ac vti, ſi
cœlum perforatum eſſet, apparet, nonnun-
quam cum in nexu ſupremi aeris interſtitii
huiuſmodi exhalationes ita ignitæ ſint, ab ae-
re quodam craſſo diſtante aſtrum verſus,
quemadmodum ad aerem ſibi contiguũ per
reflexionem radiorũ luminoſum ſpeculum
reddit; lucidius ita reflectitur radius, qui ad
aſtrum verſus reflexus, illud ſequi videmus,
quoniam exhalationes huiuſmodi radiantes
in nexu ſupremi aeris interſtitii ſe contine-
anr; ignis à motu vel cœli, vel ſolis commo-
tus eorum motum ſequens circulariter mo-
uetur, ſic & ſupremum aeris interſtitiũ, cum
igneum ſit, circularem cœli & ignis motum
ſequitur, quo fit, vt cum cauda ignea radian-
te aſtrum, quod cometa dicitur videatur: ſed
cum in craſſitie & denſitate huiuſmodi exha-
lationes diſſimiles ſint, ita deformitatis, di-
uerſitatis, figuræ, coloris, ſitus, magnitudi-
nis, paruitatis, poſitionis erunt in cauſa. Scri-
bunt, quod ſub Aſio Athenienſium principe
magnus

magnus apparuerit cometa tempore hyberno gelido, & sereno vespertino ante solis occasum, prima die parum apparens, postea autem magnus, & tantus horrendusque fuit, quod eius lumen ad tertiam cœli partem extendit. Seneca Demetrii Regis tempore cometam non sole minorem visum fuisse scribit. Seneca cum Aristo. imperante Attexillo, in tertiam vsq; cœli partem caudam porrigentem cometam apparuisse testantur; cumq; attestantur, exhalationum & vaporum copiam & perseuerationem, necessum est, aeris vnam qualitatem tantum substantiam pati.

CAP. XVIII.

De terræ motu.

CVm porro per aerem in hæc inferiora syderum calida vis eorum radiis delapsa operatur, & subterraneus ignis in subterraneis locis vligines concoquat, in quorum omnium facultate calidum recipitur arescens, humidi vero exhalatione, terræ partes purificans, rimasq; pandens, grauiores in ea concauitate inducit, ita, vt in tantum terrę partibus eorum calidum flatuosum extendant, quod cum terræ frigus cogit, & vndiq; circumstat, reperto spiritu terræ vti contrario, & vna esse non possunt, sed sese vicissim expellere & eii-

De terræ motu videatur Plinius lib. 2. cap. 8. 79. 80. 81. 82. 83. 84.

cere nituntur, dum ſic alterna vis curſat, vis calidi cedens frigido, in ſubterraneos ſpecus, receſſusq; fugiens magno impetu agitur, & proxima quæq; remolitur ac vexat, & è contra ſpiritus terreus frigidus calido intra terræ viſcera reconditur, & dum vires alternæ frigidi & calidi inter ſe compugnant, ſpiritus vltro citroque ſub terra incluſi commeant: ſed calidi exhalatio, cum calida & leuis ſit, in ſuperiorem locum erumpere luctatur, ad libertatem exire comites terræ partes vetuſtas ſoluens educere laborat, ſed ob terræ ſoliditatem, ac frigiditatem vndique ambientem, & ob vias anguſtas, & obliquos conatus, & altercatio vehemens oboriuntur, ex quibus à propria ſede terra concucitur, veluti ſubterpulſata quatitur, ab interfuſo ceu ſpiritu vehemente huc illuc per cauernas diſcurrente, tanquam eo, quo nihil acrius, quo nihil eſt in rerum natura potentius, & ſine quo cuncta torpeſcunt, quemadmodum aries ligneis ſeptis incluſus exitum quærens, hoc modo illud tabulatum capite agitat, & tremere facit.

CAP.

Cap. XIX.

De sonis siue mugitibus in aere ex terræ motu.

IN telluris inuentis itineribus expressi, veluti tauri roboare mugitus aliquando audiuntur; cum enim aer percussus omnium generum edit sonos, aer & percutiens & impellens sonum efficit, quod quidem nihil differt, cum omne percutiens itidem repercutiatur, quando primum percussum sua soliditate resistit percutienti. Ita exhalatio terram impellit; exhalatio enim percutiens est; terra autem percussa: cum vero contra pellitur deorsum exhalatio à terra, terra est percutiens; exhalatio autem repercussa: apud Adrianos hiatus Plutonis est, in cuius profundo occultæ cauernæ, & recessus immensi, & hominibus incogniti, quemadmodum autem sit in tantam altitudinem depressus, neque Indi explicant. Bouum mugitus, ouium balatus, caprarum vox, equorum hinnitus exaudiuntur, ac si quis aures illius faucibus admouerit, diutissime eiusmodi audiet. Neq; enim sane promiscuus sonus cessat resonare, siquidẽ spiritus se impellens ad saxeas moles diuersarum figurarum, secundum terræ, concauitatum, & locorum subterraneorum varietatem promit sonos. Quemadmodum in

tubæ lateribus,& obliquitate aer inclusus,secundumq; tubarum, & aliorum musicalium instrumentorum figuras & obliquitates diuersi soni producuntur. Sicq; terribilis sonus, alias murmur simile mugientibus, aut clamori humano, armorumve pulsantiũ fragori pro qualitate materiæ excipientis, formaq;, vel cauernarum, vel cuniculi, per quem meat, ex illius grassante in angusto, eodem rauco in recuruis resultante, in duris frementе, in humidis fluctuante, & stagnantibus, item fremente contra solida, sæpe sine motu editur sonus.

CAP. XX.

De ignibus in aere ex terramotu.

TErræ cum spiritus inflammatur & exardescit, cum terræ regiones motibus conquassantur, & venti eiusdem hiatus nonnunquam eructuantes, & cum exhalatio locum apertum nacta, vt ex vehementi collisione sit inflammata, ignes flammas cum spiritu eiiciunt, euomunt, forasq; proiiciunt: nonnunquam sine incendio erumpunt, cum nulla collisio facta sit, neque aliter in terra tremor, quam in nube tonitruum & coruscatio; nec hiatus aliud est, quam cum fulmen erumpit incluso spiritu luctante, & ad libertatem exire nitente.

CAP

Cap. XXI.

De ruinis & haustu ex terræmotu.

PAtefactis voratrinis non duntaxat ciuitates ac domus multæ, cum habitatoribus in profundos hiatus abactæ æternis noctibus occultantur. Quemadmodum Plinius testatur hauriri vrbes, & terræ hiatibus (publicus mortalium dolor) quo vna cum terrore multi moriuntur. Scribit Seneca, ex terræmotu duas insulas in mari submersas fuisse. Maximus terræ motus memoria mortalium Tiberii Cæsaris principatu extitit. Teste Plinio, duodecim vrbibus Asiæ vna nocte prostratis, maius ostentum, nunquam Roma tremuit, vt non futuri euentus alicuius id prænuntium esset: verum etiam ita se gerit quandoq; terræ motus, vt quæ sorbuit, alias occultat ore compresso. Nascuntur & alio modo terræ, ac repente in aliquo mari emergunt, quæq; hauserint hiatus alio loco reddente. Delos & Rhodos memorię proditum est enatæ ex terræmotu. Auellit Siciliam Italię; Cyprum Syriæ. Testis Italia, quot ciuitates, quot domus superioribus annis: Testis est Charintia, quot castra, quot montes: Testis Germania, quot rupes corruerint, sic varie quatitur terra alibi prostratis mœnibus, alibi hiatu

Lib. 36. cap. 15.

Lib. 2. cap. 84.

hiatu profundo haustu, alibi egestis molibus, alibi emissis amnibus, nonnunquam calidis fontibus, alibi aduerso fluminum cursu. Noui fontes aperiuntur, cum terræ motu veteres canales, qui effundebant aquam, obturantur, tunc coguntur, & sua grauitate & pondere inclinantur, ex alio loco ex montibus erumpere nouos fontes, huius ostendit hiatus, quæ in cauernarum fundo residerunt, vt cum ipsæ cauernæ intra terram subsunt non admodum altæ. Interdum non ostendit, vt cum altiores sint cauernæ, quam vt ea, quæ sorbuerunt, sub aspectum veniant: sed aliquando & si terra tali motu in quam primum ventus exiit, nulli cernuntur hiatus, sicq; cauernæ capiunt ruinas montis, agri, oppidi, vt nullum vspiam eorum vestigium appareat, quod accidit, cum cauernæ respondent in capacitate moli cauernarum. Nec montosa tali motu carent, lociq; ardentes non immunes sunt, & quibus multæ sunt, calidæ crebro terræ conquassantur, propterea quod subterraneus ignis magnam exhalationis fumosæ vim citius gignere potest, quam calor non acris.

CAP.

CAP. XXII.

De reiteratione in hora vna terræmotus.

CVm vna pars exhalationis exit, & altera manet intra terræ angusta loca, quemadmodum vna pars aquæ dolio efflueret, altera dolio contenta maneret, quæ nisi marcescat, futuri terræmotus materiam altera ei copulata præstat, sic frequenter mouetur sæpius terra.

CAP. XXIII.

De speciebus terræmotus.

QVatuor sunt terræmotus species: tremor, cum vibrat terra: concussio, cum sursum ac deorsum fertur: arietatio, cum contrariis ictibus quatitur: inclinatio, cum more fluctus volutatur, vel nauigii natat. Sed tremor non noxius est, quod conficiat vis venti distracta in partes: nec periculum conflat concussio, cum item vis distracta terram subleuat, vicissim demittit in sedem suam: cum vero ventus omnem vim ad vnam partem continenter affert, ei periculum procreare solet: at arietatio terram raro labefactat suis motibus, quod alter alteri renitatur: inclinatio autem plerunque damnum dat, loca auertens ob venti magnum impetum.

CAP. XXIV.

De præsagitione futuri terræmotus.

Plin. lib. 2. cap. 81.

NAuigantes non dubia coniectura futurum sentiunt terræmotum, siue flatu intumescente fluctu subito, aut quatiente ictu tremunt, & in nauibus posita aqua, quam in ædificiis crepitusq; prænuntiant, quin & volucres non impauidæ sedent. Est in cœlo signum, præceditq; motum futurum, aut interdiu, aut paulo post, occasu sereno, ceu tenuis lineæ nubis in longum porrectæ spacium, quæ enim causatur ab exhalatione, paulatim per aliquam stricturam terræ exeunte, & longo tractu se extendente, quemadmodum influxu maris, antequam procellę contingant, præcurrit tenuis vnda, quæ in longum instar fili extendatur, quandoque sol subobscurus nulla interiecta nube apparet, cuius causa est exhalatio atra, ex terra in aerem ambientem erumpens, illum obtenebrans, quæ terræmotus copiosam materiam ostendit. Est & in puteis turbidior aqua, nec sine odoris tædio, Phærecidis Pythagoræ coniectatio, & illa diuina, haustu aquæ, è puteo præsensisse, ac prædixisse terræmotum. Verum etiam ex hac terræ concussione voraginum & terrarum viscerum sæuæ fuligines in diro & profundo latentes sinu, quæ pigri-

illa longoq; ſitu æterna nocte torpeſcebant difflantes, hunc purum & liquidum aerem inficiunt & polluunt, quod Neronis tempore contigiſſe, teſtatur Seneca.

Quamobrem cum aer tot halitibus, tot diſſimilibus qualitatibus, tot inquinamentis confundatur: *Hinc nubila, tonitrua & alia fulmina, hinc grandines & pruinæ, imbres, procellæ, turbines, hinc rerum naturæ pugna ſecum terrena in cœlum tendentia aerem deprimant, ſyderum vis, eademq; quæ ſponte non ſubeant, ad ſe trahant, decidant imbres, nebulæ ſubeant, ſiccentur amnes, ruant grandines, torreant radij, & terram vndique impellant. Inde refracti reſiliant, & quæ potuere, auferant ſecum, vapor ex alto cadat, rurſum in altum tendat, venti ingruunt immanes. Idemq; cum rapina remeent. Tellusq; vt inani cœlo ſpiritum infundat, cometa,* eclypſes, terræ motiones, cæteræ meteorologicæ impreſſiones, hypocaumata, plurima mortalium mala, ambientis nos aeris ſubſtantiam flagellantia interdum cum variant, putreſcere faciunt: *ſic vltro citroq; commeante natura, tormento aliquo mundi, celeritate, diſcordia accenditur aer.* Hac enim rerum viciſſitudine cum quędam præſertim inquinamenta, ac rerum ſqualores, cænoſæ fuligines, ſæui vapores illis admixti ac ſublati, ad minima diuiſi innatum aeris calorem extinguendo, illius

Plin.lib.2. cap.38.

ibid.

illius qualitatem ac ſubſtantiam violent, corrumpant, adhuc magis remolliendo & incraſſando totum inde aggregatum putrere, ac fœtere cogunt, & eo magis, cum à cænoſis locis vapores hi putres ac graues caligines in aerem per ventos aduehantur & deferantur, vel ex terrarum hiatu horrendum exhalante fœtorem, poſt hæc portenta, ſi mox ex ſublatorum vaporum copia aer turbidus remanſerit, nec illa conſumi, nec digeri poſſit, tunc aeris calor infrigidatur, ac extraneus in humidum agens accedit, quo inde aeris ſubſtantia violenter corrumpitur & inquinatur.

In primo probl.

Vnde Ariſtotiles teſtatur, *quando ex terra multus vapor aſcendat, annus ille peſtilentialis eſt.* Si vero poſt huiuſmodi vapores purificetur, & clarus reddatur, tunc inſinuat, quod aeris calor validior fuerit, & eos vapores digeſſerit, & conſumpſerit, & vicerit, cuius victoria calor extraneus ſubingredi nequiuerit, ſic incorruptus aer remanſerit. Cæterum ſi ſyderibus agentibus, tum inferioribus patientibus elementis, ex his etiam aeris maximis & inaſſuetis mutationibus, terræq;, & aquæ ſqualoribus ex imbecilli eius caliditate, quæ à ſuperabundante humiditate obtunditur, aer nos ambiens cum purificari & emendari nequeat, ita tabefacto aere illa dira putrida caliditas extranea in aere ceu

vis

vis venenata, omnes in corpore humores putrefaciens suboritur, quæ pestis nuncupatur. Suboritur morbus dirus immensi negotii & terroris, in animantibus humores & spiritus in corpore tamē cordis corrumpens, hac ergo venenatæ auræ circumfluę substantia, & qualitas non duntaxat sua leuitate inspirata, verum etiam quandoque per cutis spiramenta ab arteriis attracta, cui spiritus & sanguis commoti protinus occurrunt, affecti inde retrocedentes ad cor labem talem deferunt: contagio quoque huiusmodi mirum in modum serpit, quo fit, vt tabido & morbido cuipiam assistentes, aut illius indumenta contrectantes, licet ex diuersis regionibus asportētur, facillime corripiantur, in hyeme, & vere lente procedens, æstate vero acriter grassatur in Autumno autem præter modum sæuit, nā dum hæc vis venenata spiritum in corde afficit, sanguinem, qui spiritum ambit in cordis latibulis, accumbentem putrefacit, inde calor præter naturam venenosus æstuans per venas & arterias totumque corpus serpens spargitur. Si autem contingat, quod talis vis venenata ex aeris substantiæ nidorulentia suboriatur, tanta rabie & veloci raptu corripit, quo cominus interficit absque arteriarū & anhelitus & vrinæ & caloris mutatione. Si vero ex aeris inquinatis qualitatibus ortum

habeat, tunc mitius membra principalia, ſpiritus & humores & cordis ſubſtantiam corripit, primo per conſimilem naturam aer ſpiritum inficit, ſi ex qualitatum concordantia humores arripiuntur, & eos putrefaciunt, ſi cordis humores, febres peſtiferæ, ſi corporis humores, epidemiales ſuboriuntur morbi, qui ex longa tamen mora, & ex magna putredine, & ex contactu, & ex paſſi præparatione, pro tamen agentis robore & putrefactione in peſtem vertũtur. Fortis a. agens tunc eſt, cũ à ſyderum actione aeris qualitas corrũpitur: fortior, cum ab inferiorib. pollutis, & obſcenis vaporibus aeris ambientis ſubſtantia coinquinatur: Fortiſſimus, cum vno & eodem tempore aeris qualitatem, & ſubſtantiæ pollutæ vitia concurrunt, quo conuentu, tũc peſte affecti pauci euadunt.

CAP. XXV.

De regionibus, in quibus peſtis non graſſatur.

QVamuis in quibusdam regionibus calidiſſimis, quarum aer ambiens tenuiſſimus eſt, aer inquinatus, ſiue peſtiferus ex ardente regionum calore digeritur, purificatur, quemadmodum in regionibus Ægypti & In-

Indiæ. Hoc idem euenit in regionibus valde frigidis, quarum aer ambiens frigidissimus & siccissimus sit, qui putredini resistit. Quamuis Germaniæ, Boemiæ, & Polloniæ aer ambiens frigidus sit, suapte intrinsecus natura concalescit, frigoreque exteriori corporis spiramenta densiora fiant, quorum densitate calor innatus intus collectus corporis robur auget. Eiusque spiritus validiores efficit, harum tamen regiones ex hoc loco, quin pestis in eis grassetur, haudquaquam excusandæ sunt: Licet enim earum frigidus sit aer ambiens, tamen vt plurimum & humidus, qui ex toto putredini non resistit, & eo magis addita eorum praua victus ratione, & maiore anni parte crapulando in æstuariis calidis eorum vitam ducunt. Quo fit, vt earum regionum constitutio quasi autumnalis semper sit, dum in æstuariis calidis se contineant, ab eius aere calido calefiunt, & cum ab eis recedant, aer tunc vel frigidus, & humidus, vel nebulosus, flatuosus, pluuiosus, niuosus quandoque illis obuius, eadem die dissimilibus his aeris mutationibus eorum corpora alterari possunt: quamobrem in his etiam regionibus pestis grassari solet, climatis non duntaxat ratione, sed eorum quorundã æstuariorum calore, & fœtore, ac praua nonnullorum victus ratione eorum corpora con-

ſentientia, vti apta, & præparata peſtem contrahunt.

CAP. XXVI.

De aere ambiente, qui facile peſte corripi aſſueuit.

AER abditus, conſtrictus, clauſus, aut quemadmodum in vallibus occultatus, qui à cauſſa particulari ſibi proxima eſt aptus magis infici, aer clauſus, & tenuis peſtem reddit acutiorem: aer vallium craſſus diutius peſtem conſeruat: aer directus & liber à cauſſa cœleſti, & à ventis virus peſtiferum flãtibus citius, quam aer, qui eſt in thalamis, cum ſit diſſimilis, inquinatur, is enim detectus, cum tranquillus eſt, at aliquo tamen modo moueatur, laudabilior eſt, & eo magis, cum ſublimia loca ambit, ab aliis enim ventis moueri poteſt: aer inſuper calidus, & humidus obeſt, cum ex huiuſmodi qualitate putredo augmentum & ortum ſuſcipiat, niſi poſt ſicci ſpirent venti, poſt hunc aer humidus tantum cum temperamento actiuarum qualitatum, tertio loco aer calidus cum paſſiuarum temperamento, horum omnium minorem putredinem efficit, quicquid ad ſiccitatem tendit.

Cum

Cum autem visum sit, quomodo aer ad patiendum promptissimus sit, eo magis corruptionis facilis, cuius corruptione & inquinatione pestis suboritur : nunc succurrit, vt ostendamus, quomodo corpora ita se dispo- ñant, vt non tantum pestem facillime in se concipiant, quantum ex eorum vitiatis humoribus talem procreant.

Finis Fasciculi secundi.





FASCICVLVS TERTIVS.

CAPVT I.

DE PRÆPARATIONE Corporum ad Peſtem.



CVM hoc exitiale ac peſtiferum virus non aeris, aquę & terræ ſpiritum duntaxat commaculet, verum ét quorumcunq; animantiũ ſpiritum, non ſolũ labefaciendi, ſed occidendi etiam potentiam habeat, ac ſecundum conſimilem ſpeciem, vel ſecundum ſuperioribus, vel inferioribus cauſis fomitem ſibi ſancitum, vel ſecundum corporum animantium præparationem, polluto aere modo ſub hoc climate, modo in hanc animantium ſpeciem, modo in aliam, modo in vtranq; graſſetur, quemadmodum canit Ouid. *in 7. Metamorphoſeos* Æacis tẽpore contigiſſe: Neceſſe eſt genus humanum curã prouidentiãq; non paruam deſideret. Nam ſi

conti-

contingeret, quod ex corporibus humanis huiusmodi viru aer pollutus sit, per consimilẽ naturam ex inspiratione aer se in intrinsecis profundans spiritum magis alterando, sanguinemque inficiendo humanis potius, quã brutorum corporibus bacchatur: hoc idem euenit, si vnus ex linea cuiusdam familiæ peste correptus fuerit, ii, qui sunt ex eius sanguinis linea, ex contagio citius peste corripientur, quam illi, qui sunt sanguinis alterius lineę, licet eodem victu vtantur, & simul in eadem domo habitent, & eundem pollutum aerem inspirent: ita contingit in diuersis animalium speciebus, si aer ex equorum cadaueribus coinquinaretur, pestis talis equos inuaderet, & non alia animalia.

Sed hoc loco maior diuersitatis ratio exaranda occurrit. Nam in qualibet naturali actione concurrunt agentis fortitudo, passi dispositio, contactus passi ab agente, mora agẽtis in passo. Itaque cum omnis forma educatur de potentia suæ materiæ, & non alterius, cum materia caret, caussa est, vt non generetur res, si materia fuerit inobediens & indisposita, impeditur motus ad formã: forma, siue agens si debet in aliquo agere, necesse est, vt talem & similem specie in se habeat qualitatẽ, qualem in patiente producit, & patiens tale sit secundum qualitatem potentia, quale

agens eſt calidum actu, vt aqua ab igne alteranda eſt calida potentia, & ignis eſt calidus actu, & cum agens agit in patiente, tunc qualitatem paſſi tranſmutat, quoniam omnis tranſmutatio eſt in contrarium, cumque paſſum in ſuum contrarium tranſmutatum fuerit, iam paſſum aſſimilatũ eſt agenti, vt ignis calidus cum aquam frigidam in calidam permutauerit, prius eius contrariam ſibi qualitatem aſſimilauit, & paſſum magis diſpoſitum magis patitur, & minus diſpoſitum minus; quemadmodum duo ligna, lignum ſiccum, cum ſit magis ad id diſpoſitum, ignis qualitatem facilius admittit, lignum vero virens & humidum ceu minus diſpoſitum, magis reſiſtit.

Itaque in omni actione requiritur agentis fortitudo, quoniam à proportione minoris inæqualitatis, aut æqualitatis non ſequitur actio, ſed à proportione minoris inęqualitatis. Nam parua ſcintilla magnum lignum comburere nequit, neque paruus ventus magnã nauem, ſed magnus & bene proportionatus & impetuoſus impellere poteſt.

Ita requirit paſſi diſpoſitio, non quodlibet agit in quodlibet, ſed determinatum in determinatum, & actus actiuorum non eſt, niſi in patiente bene diſpoſito. Agens ergo cum vult

vult agere, & patiens non ſit præparatum, nec actio nec paſſio contingit.

Nam magnes attrahit ferrum, cum ſit mundum & præparatum, quod ſi fuerit allio linitum, aut rubiginoſum, ſicq; indiſpoſitum, aut adamantis præſentia alteratum, tunc attractricis facultas imbecillitatur, ſic actio deſinit.

Ita ad hoc facit contactus, quia niſi magnes paſſum formaliter, vel virtualiter tangat, in ipſum non aget, quemadmodum ignis aliquem calefacere nequit, ſi ab eius caliditate non tangatur.

Hæc inſuper moram expoſtulant. Nam ſi poſueris lignum paruum in igne quantumcunq; magno, & ſi immediate ab eo lignum illud amoueris, nō comburetur, etiam è conuerſo, ſi in paruo igne ponetur, & in eo moram contrahat, abſq; dubio concremabitur.

Itaque ſecundum cauſarum agentium robur, & patientium diſpoſitionem peſtis quandoque duntaxat in vno climate, & non in alio, quandoque vnam animalium ſpeciem, & non aliam, quandoq; homines duntaxat, & non alia animalia, quandoque & genus humanum & brutorum ſimul inuadit, afficit, corripit, occidit; & ſic aſpectui determinato reſpondet determinata configuratio.

Ergo si causa agens ex terræ aut aquæ squalore non valida fuerit, ex brutis male duntaxat afficiet ea, quæ secundum dispositionem tali veneno similem parata sint.

Si vero validior fuerit in speciem humanam grassabitur, ita tamen, vt ex se non regionem, neque ciuitatem, neque oppidum, sed neque pagum transibit, hæc enim vno duntaxat loco homines corripit.

Si vero agens ex superiore causa, aut ab inferiore polluto aere ortum habuerit, genus duntaxat humanum inquinabitur.

Si autem à superiore & inferiore causa simul contigerit, tunc omnium animantium species peste corripi possunt, secundum attamen eorum corporum dispositionem. Nam ligna viridia & arida vna vice & cominus ignis comburere nequit, sed primo lignum siccum inuadit, tanquam dispositum & præparatum, postmodum mora facta viridia præparantur, vt concrementur. Ideo in generatione ægritudinum, partem habet eius, qui passurus est, habilitas corporis tanquam in patiente agentis causæ dispositio.

Corpora pestem facile admittentia.

Ex specie ergo humana corporum nonnulla per se, nonnulla ex accidenti ad concipiendam in se pestis actionem, vti passiua, disposita sunt: corpora autem, quæ facilime per se peste corripi admittunt, inter reliqua ea sunt,

unt,quæ à natura latiora habent cutis ſpira-
nenta,quorum raritate (cum peſtis ex æthe-
eo vitio contingit) circumflua putris aura
enetrans per ea, humores,& eorum ſpiritus
acilime coinquinat, cum autem ex vitiatis
umoribus conſentiente aere in primis or-
um habet, tunc denſæ naturalis texturæ, ob
x præcordiis prohibitam tranſpirationem
t excrementorum , quæ difflare deberent,
etentionem, niſi per alios meatus ſubduce-
entur, corpora naturaliter præparata & diſ-
oſita ſunt.

Ex ætatibus natura puerorum corpora
ræparata ſunt, tum quia omnes ad vnum
ultum cibum, multamque potionem non
rdinate adhibent, ſucci crudi quiddam col-
gant,ad putreſcendum apti,tum quia calida
t humida: etenim eorum larga humiditate,
t membrorum imbecillitate, anhelitus fre-
uentia facilime peſte afficiuntur, in his ob
alidam facultatis concoctricis vim indeſi-
entem fumei vaporis collectio augetur.
Quo fit, vt in eis calor innatus euentetur, vt
nagnam aeris copiam vna vice frequentius
ſpirent: Ex his, quæ quartum decimum a-
unt annum, magis aliis præparati ſunt, tum
uia plæriq; deteriorem, quam pueri, victus
tionē ſequuntur,multitudinem crudorum
uccorum gignunt, & quoniam ad illud vſq;
tempus

tempus eorum calor innatus sopitus permansit, eo autem quarto decimo anno se mouere incipit, poros, cutanea spiramenta dilatat, ac humiditates commouet, quibus maxime abundant; earum enim exuperante copia eas regere nequit. Post hæc cum non tam larga humiditatis copia exuperant, sunt iuuenum corpora, cum hac nostra tempestate praue viuant, bilisq; flaua subeat, nonnullis succus crudus, & temperamentum calidum & siccum. Senes autem raro peste corripiuntur, & hi præsertim, qui densam texturam habent, & temperamentum ætatiuum primi senii sit frigidum & humidum, secundi senii frigidum & siccum, & eorum cordis calor cum remissus sit, non toties ac sępius aspirant, quoties cæteræ ætates. Ideo his pia parcit natura. Vnde Plinius testatur, senes pestilentiam minime sentire, & maxime cum optimam vitæ rationem sibi instituant: Sin autem neutri à peste sunt liberi, quod vtrique succum crudum colligant, cum contagione pestis ea corpora inuadit, quæ prauis succis vel sanguine redundant, vel obstructionibus laborant, vel in cruditates incidunt.

Lib. 7. c. 50.

Cur inter fœminas grauidæ maxime inficiantur.

Mares quandoque, quandoque fœminæ præter eos citius corripiuntur: ex fœmineo autem sexu illæ præsertim, quæ vtero gerunt, tum ob mensium suppressionem, tum ex fre-

quen-

uente pro se & fœtu anhelitu, & quæ nubi-
les sunt, & Venereæ, ex spermate in vasis re-
seruato, aut eorum menstruo suppresso, aut
ex humiditatum pituitosarum profluuio, quę
peste affectæ raræ euadunt. At si diuturnus
aeris status calidus & humidus pestis cum fu-
erit, is, quod naturam hominis attinet, primo
maxime noxius est corporibus calidis & hu-
midis, quod cum similia similibus noceant,
hæc neutra qualitate statui resistant, deinde
talis aeris status noxius & corporibus calidis,
sed siccitate & humiditate temperatis atque
humidis, sed calore & frigore temperatis,
quod vtraque altera qualitate statui non ad-
uersentur, illa calore, hæc humiditate altera,
nec aduersa, nec similia sint, atq; ob id minus,
quam calida & humida offendantur, tamen
idem status corpora calida & sicca, atque fri-
gida & humida lædit, quod vtraque statui, al-
tera qualitate repugnet, altera non aduerse-
tur: etenim illa siccitate eius humiditati resi-
stant, calore eius calori non resistunt, hæc ve-
ro frigore status calori repugnat, humiditate
eius humiditati non repugnat: vt enim simi-
lia similibus non nocent, ita contraria con-
trariis remedio sunt. Postea status ille offen-
dit corpora calore, frigore, humiditate, sicci-
tate temperata: nam vt nulla qualitate ei si-
milia sunt, ita nulla contraria, minus vero læ-

dit

dit corpora ſicca, ſed calorę & frigore temperata, atque frigida, ſed humiditate & ſiccitate temperata: etenim vtraque qualitate ſtatui reſiſtunt, illa ſiccitate, hæc frigore, altera nec ſimilia, nec contraria ſunt. Poſtremo idem ſtatus tantum abeſt, vt frigidis & ſiccis corporibus obſit, vt etiam eis multnm proſit, nam ipſa ab exceſſu vindicans ad temperamentum ducit.

Qui temperaturam habent calidam & humidam, poſt hanc calidam & ſiccam, deinde humidam tantum latorum pororum, deinde frigidam & humidam, poſt hanc frigidam tantum, deinde ſiccam tantum, poſtremo frigidam & ſiccam, tandem optime temperatam, licet Auicen. 1. *quarti. cap.* 11. calidam tantum, humidam tantum, cui Galen. 8. *de ſanit. tuend.* aduerſatur, cum inter corpora magis ad febres parata ponat in quinto loco corpora temperata, cuius ſententiam ſequitur Rhaſes 16. *continentis*, quod ratione demonſtratiua probari poterit. Nam corpus exiſtens in extremo frigidioris & humidioris temperamenti, eſt minus paratum ad febres quaſcunque, quam corpus extremi calidioris & ſiccioris temperamenti; ergo in aliqua proportione, & cum illa proportio non ſubito deperdatur, ipſummet lapſum ad frigidum & humidum erit ad febres minus paratum, quam

quam corpus exiſtens in extremo calidioris & ſiccioris temperamenti. Ita poteſt argui de frigidis tantum, de ſiccis tantum, & frigidis & ſiccis, cum tum ſtat, quod optime temperata ſit inter cætera minus ad febres parata, quando ſibi vendicat ſupremum locum ſiue gradum in latitudine temperantiæ.

Omnia ab ortu imbecillia corpora, & ea, quæ nouiter ægra extiterunt, facilime peſte affici apta ſunt. Excipiuntur arthritici, & podagrici, qui minus hac peſtifera lue corripiuntur, cum iam naturæ facultas eorum meatibus latioribus à principalibus membris ad ignobiliora recipientia exuperantem vitiatumq́ue humorem tranſmittere aſſueta ſit, hi etiam corripi poſſunt, ſi praua victus ratione vtantur.

Quemadmodum ventorum vehemens flatus quercum quandoque deiicit, arundinem autem non, quoniam quercus quidem dura & valida, & amplæ magnitudinis ventis reſiſtens vim eius intendit: Arundo autem, quæ inanis & mollis, exigua & flexibilis, ventorum hinc illinc flatui cedens, eorum vim diſſipat atque diſſoluit: pari modo fortioribus ac robuſtioribus, quam imbecillioribus peſte citius corripi contingit. Nam ſicuti corpora boni ſucci eorum inculpata victus ratione non tali morbo afficiuntur: ita fortiora

tiora corpora eorum culpata victus ratione vtentia faciliusinquinantur.

Verum imbecilliora aut ex morbo, aut ex malis humoribus corporibus natura fortioribus facilius peste corripiuntur, sed cum vtraque sana sint, & rectam victus rationem obseruauerint, cæteris paribus corpora naturaliter imbecilliora, quæ cum frigida & sicca sint, minus afficiuntur, quam corpora naturaliter fortiora, quæ maiori ex parte sunt calida & humida, calida & sicca, quæ etiam ex natura cutis spiramenta habent latiora, & refrigerii causa frequentiorem & maiorem attrahunt anhelitum, quia in maiori quanto maior est virtus.

CAP. II.

De corporibus obnoxijs ad pestem concipiendam per accidens.

OMnia corpora, quæ thermas, balnea, stuphas, & exercitium frequentãt, cum eorum cutis spiramenta dilatentur, & frequentiorem anhelitum attrahant, ad concipiendam luem hanc disponuntur.

Omnia etiam corpora, quorum ex aliquo accidenti, vtputa quæ in aqua frigida aut aluminosa natant, cutis textura densa fit, ita vt difflare nequeunt: his enim obstructis, frequen-

quentius epidemiales ac pestiferos incurrunt morbos, teste Galeno. Nam hi, qui iam humores habent vitiatos, ac ægre difflantur, aut intempestiue laborant, aut balneis superfluis vtuntur, facile febribus corripiuntur. Intrusus enim in ipsis humor, cum non bene diffletur, putrefit, & corpora, quæ in otio degunt, & Venere inordinate vtantur, & cibis calidis & humidis facilis corruptionis vescantur.

Lib. 1. de differ. febr. c. 4. circa finem.

CAP. III.

De obnoxijs corporibus ex rerum indigentia.

CVM pestis grassatur, ad eam contrahendam, mortales insuper tum voluntarii, tum coacti præter naturam per accidens eorum corpora disponunt, præparant, & quandoque eam efficiunt.

Coguntur enim mortales hac pestifera lue corripi, aut eorum vitiatis humoribus pestis in causa esse, cum rerum indigentia ex cœli intemperie, aut in castris, aut aliter male disponantur, aut ab ipsis quouis modo subtrahitur alimentum, quo fit, vt cibis corruptis vesci cogantur.

CAP. IV.

De obnoxijs corporibus ex castris.

OBnoxia redduntur corpora ex diutina obsidione, quemadmodum scribitur *in commentarijs belli ciuilis*, Massilienses graui pestilentia conflictatos fuisse ex victus mutatione: nam cum abducti essent ad summam rei annonariæ inopiam, in diutina & gliscente obsidione, panico vetere, atque hordeo corrupto omnes vescebantur & alterabantur, cum autem populus tale frumentum consumpserat, verno comedit arborum germina, & fruticum stirpium radices, agrestia olera qualiacunque sint, etiam herbam viridem, quas nemo vnquam ne primoribus quidem labris vel experiundi gratia gustare solitus fuit. Vnde Lucanus de militibus Cæsaris, qui famem suam hisce rebus expleuerunt, idipsum declarat. Scribens Galen. *Et quæ prætereа natura quidem optima sunt, sed ob quosdam putrefactionis modos æquale prædictis, aut maius aliquando vitium contrahunt, veluti frumenta, hordea, atq; omnes aliæ fruges, quæ ad vsum cibi assumuntur, quorum nonnullæ temporis longitudine ad putrescibilem ducuntur dispositionem: aliæ quoniam male repositæ fuerint, humiditate replentur: quædam vero & in primo ortu rubigine deprauantur: tales cibos hodie quoq; vrgente fame plures coacti*

Lib. 1. de diff. feb. c. 4.

coacti comedere, tales corporis ſacci putreſcant, & incendantur, calor naturalis auctus in extraneum mutatur. *Quo fit, vt nonnulli quidem à putridis ac peſtiferis febribus intereant: nonnulli autem puſtulas inſtar ſcabiei ac lepræ in corpore contrahant.* Vnde Plutarchus inter peſtilentiæ cauſas alimentorum penuriam & victus mutationem connumerat:

Sed patitur ſæuam veluti circundatus arcta
Obſidione famem, nondum ſurgentibus altam
In ſegetem culmis, cernit miſerabile vulgus
In pecudum cecidiſſe cibos, & carpere dumos,
Et folijs ſpoliare nemus, lethumq́ minantes
Vellere ab ignotis dubias radicibus herbas,
Quæ mollire queunt flamma, quæ frãgere morſu,
Quæq́ per abraſas vtero demittere fauces,
Plurimaq́ humanis ante hoc incognita menſis
Diripiens miles.

Et in obſidione cum cogantur quandoque aquas putridas fœtentes ob ſalubrium inopiam bibere.

Cap. V.

De obnoxijs corporibus ex cœli intemperie.

DIſponuntur corpora ad concipiendam peſtem, cum penuria & rerũ indigentia

ſuboriatur, eo temporis curriculo, quo æſtuante aere frugum radices exiccantur, aut ex vehementi frigore congelatæ pereant, aut cum aliqua vitiata terræ ſpiritus qualitas frugum radices coinquinat, aut eius debitum alimentum ſubtrahat, aut cum cœli intemperies id, quod, antequam ad maturitatem deueniret, rubigine vitiauit, vel praua condendi ratio mucore repleuit, vel longinquitas temporis, quo reconditum fuit, in putridam affectionem commutauit. Quamobrem ſterilis terra redditur eo præſertim tempore quo contingit Cometa, qui tenaculum vocatur, fit vt prauorum ſuccorum res, humores & ſpiritus ad putredinem diſponentes, ex indigentia comedere cogantur, dicit Galenus *Lib. 1. de diff. feb. c. 4.* *Aeris autem & mordax defluit ſuperfluitas his, qui aut natura vitioſos habent humores, aut prauis cibis vtuntur, aut ſæpius cruditatem patiuntur: at tum præſertim, cum poſt huiuſmodi cibos aſſumptos fœculentam vel lutulentam, atq; ex lacunis vel piſcinis, ſiue paludibus, ſiue quouis alio vitiatam ac putreſcentem biberint aquam. Idem quoq; ijs accidit qui ſupra modum laborant, aut vigilant, aut cogitant, aut medicamina acuta iugiter ſumunt. Voco autem prauos cibos, quibus hoc ipſum eſt à natura inſitum, ſicuti allia, cæpe, naſturtia, porri, braſsica, ocimus, vrtica, & quæcunq; alia agreſtia dicuntur.* Itaque cum huiuſmodi veſci cogantur, in his humo-

humores & ſpiritus coinquinatur. Quo fit, ut non duntaxat peſte corripi eorum corpora præparantur; verum etiam ex eorum viciatis, tum humoribus, tum ſpiritibus peſtis ortum habeat, & cum peſtis graſſatur, eam conſeruant, & illi augmentum præbent. Noſtra enim vidit ætas vltimo anno ſtudii mei, dum Patauii artibus liberalibus incumberem, Anno à nato Chriſto M. D. XXXII. talis tantaque rerum comeſtibilium inoleſcebat penuria, qua pauperes inopes fœno & herbis ob famem veſci cogebantur, tandem terram deuorabant. Quamobrem tunc ea peruerſa ſecuta fuit temporum conditio, qua peſtilentes febres, cum quibuſdam diuerſorum colorum pulicaribus maculis cutem maculantibus, veluti liuoribus ac ſugillationibus ſæuiente flamma cutem conuarianti-bus, in quoſcunque fere Patauii degentes graſſantes inuadebant, poſt has vera peſtis ſuborta fuit, qua & febribus illis decem & octo millia periêre: ea autem fame illis cibis humores putres effecti ſunt, & cor intemperie venenoſa fuit affectum. Teſtatur Galenus *in 3. de præſagatione, ex pulſibus*, cor ipſum ad intemperiem inducit victus, ſi diutius ſicco vtaris, præterea medicamentorum exiccantium, eſus & potio, in quibus eſt vinum merum, defectus cibi, vel alia quapiam de

 cauſa,

causa, vel ob publicam famem, ea inde humorum corruptione affecto aere, totam Italiam ambiente febribus huiusmodi, Italorum maior pars correpta fuit. Admonent nonnulli medicinæ periti, nullum annum esse deteriorem, nec si adducentem mortalitatem, quam si post anni penuriam sequatur fertilis annus, tunc enim homines voraces augent humores, qui ex prioribus pollutis humoribus, in venisque asseruatis inquinantur. Fit etiam ex hoc, vt humores, qui tempore rerum indigentiæ, licet squallidi, ex inedia tamen pauci erant, tam ex rerum vbertate subsequente aucti, & mala & putri qualitate priori affecti contagio duntaxat, praua aeris dispositione continuata, pestem quandoque, quandoque vulgares alios morbos disseminare & efficere queunt. Vnde Cornelius Celsus: *Neq; vero ex multa fame nimia satietas, neq; ex nimia satietate fames idonea est.* Galenus: *Refectio fallit nimia, succedens nimiæ euacuationi, cum virtus euacuationi defecerit.* Auicenna: *Scias, quod nihil sit deterius saturitate in tempore fertilitatis, quam fames, quæ sequitur tempore sterilitatis, & è conuerso.* Quamobrem cum dissimiles, vno tempore suboriuntur morbi, prauæ victus vniuscuiusque rationi sine controuersia causa ascribenda est.

Lib. pri.
Prima aph.
Tertia.
1. Dec. 2. c. 7.

Cæte-

Cæterum si bubones, antraces, quibus ex contagio quamplurimi moriuntur, prauæ victus rationis comites inolescere & grassari contingat, & inde pestis subsequetur, tenendum est ex praua victus ratione vitiatos & inquinatos spiritus & humores, pėstis in causa extitisse. Sed si in primis morbi vno tempore similes tam iuuenes, quam senes, tam fœminas, quam viros, perinde tam qui vinum, quam qui aquam bibunt, tam qui offam, quam qui panem comedunt, tam qui parum, quam qui multum laborant, inuadunt, tunc victum cuiuscunque nostrum, in causa nequaquam esse, manifesto cõstat, sed illi, quod maxime commune est, & quo præsertim omnes vtimur, attribuenda est causa; id autem est, quod aspirando attrahimus, ex hac ergo parte non hæsitandum erit, corporum vasa ex inedia prauis succis oppleta, & astra, & malignos aspectus, qui sterilem terram vno anno, altero autem fœcundiorem disposuerunt, tot morborum & pestis in causa existere posse.

Cap. VI.

De obnoxiis corporibus ex gulæ vortice.

PRæterea hac nostra tempestate quamplurimi conspiciuntur barathrones, heluones, qui ab ipsa bibendi comedendi diu noctuq; voluptate victi incõtinẽtes, intẽperan-

tes, eorum peruerſo deſiderio, eorum praua victus ratione voluntarie ita eorum corpora ad concipiendam peſtem præparant, diſponunt, ſicut ignis, antequam ligna comburat, primo ea diſiccando præparat, cum ergo in aere nos ambiente nonnulla peſtilentiæ ſemina continetur, ac eorum, quæ ab ipſo continguntur, corporum nonnulla quidem diuerſis plus æquo oppleta ſint excrementis, ad putreſcendum paratis, vel otioſam vitam degant, vel noxiis genitis humoribus, in copioſis commeſſationibus, in crapulis diuerſarum dapum, & rerum mala qualitate affectarum heluantur: Quales ſunt fungi, melogenæ, carnes ſcrofarum, hircorum, vrſorum, eo maxime, vel quotidianis ebrietatibus lædun- tur, vel plurimis & aſſiduis laboribus, vel ventriculo oppleto, plurimo actu Venereo vtentes, eorum corpora exhauſta reſoluant, conſumant, vel quorum humores eorum cruditatibus calorem innatum imbecillem reddunt ac opprimunt, cum putridus aeris calor humores putrefaciat, peſtil. febrem tunc accendit, eo præſertim cum hæc corpora variis excrementis per ſe ad putreſcendum aptis, plena ſint, cum ſanguis redundauerit, cum viſcerum ora & vaſa ſic humoribus cōdenſatis obſtruantur, vt illa humores ex ſe emittere, hæc eis per ſe dare viam nequeunt, cum crudita-

ditates fuerint, hoc est, cum cibus vel ſuccus fuerit conuerſus & concoctus, ſed non ſicut oportet, vnde eæ cruditates humorum redduntur aptę ad putreſcendum, ii enim à naturæ prouidentia quodammodo destituti multa putre qualitate affecti ita diſpoſiti in peſtem ſubito concidunt, aliqua indies in eam, aliqua licet ex his pauca conualent, patientiũ tamen ſecundum aptitudinem protrahuntur. Nulla enim cauſſarum ſine patientis aptitudine agere poteſt. Nam quercus combuſtu difficilis eſt valde eius quippe ſoliditate & poris compactis ignis flammam excludit, ſtupa vero ſua natura ignem excipit ociſſime, ac cum madens, aut humens exiſtens, ignem penitus minime admittit, quercus autem ſicca, aut ſulphure linita hæc igne corripietur, & quam facile flagrabit, ita corpora eorum ſpontaneo peruerſo, vel coacto deſiderio malis ſiccis oppleta, ita obnoxia, ita diſpoſita peſti affici facillime admittunt cum facillime etiam putreſcant.

Cap. VII.

Quomodo corporum vitiati humores peſtem quandoq; efficiant.

CVm ex praua victus ratione in corpore coaceruati vitiati humores bonis præſertim ſuccis admixti quieſcere ſolent. Nam

eorum vitio boni ſucci reſiſtunt,& magis cũ ſupra aucti minime ſint, quapropter ab eis noxam corpus non percipit, neque contra ipſos natura mouetur,neque eos expellit, ſed eorum longa in corpore mora laudabiles ſuccos inficiunt,& eos putrere faciunt,aut quieſcere ſolent,quouſq; aliqua extima cauſſa eos moueat,aut quouſque adminiſtrantem regitiuamque virtutem vincant,& ſuper eam lõgius exuberant,tunc dicit Galen.*in vnum conuenientibus ambobus adeo fortibus atq; immoderatis diſpoſitionibus, ſecundum tempus non expectat, corpus verum anticipat,in priore plurimum offendi.* Cæterum ſi ſuccorum moderata ſit prauitas, vel oppletio, ſi hyemis frigiditas ſuperuenerit,eos vitiatos ſuccos,qui ab intimis ad extimas partes difflabãt,in intimas,obſeratis cutis ſpiramentis,partes abdit,& eos vehemẽter humectat:prauorum ergo ſuccorum,oppletis vaſis, cum nulla tempora humorum prauitatem amoueant,neque vllam corporis plenitudinem hyems diſſoluat, hyems ergo horum ſuccorum erit promptuarium:itaq; ſi continget,ꝙ ab eius temperamento per calidum & humidum hyemi accedens receſſerit, eius facultate calida prauos humores naturam eorũ copia aggrauantis colliquans, meatusq; dilatans,eos mouens per corpus, diſtẽdit,expangit:eius autẽ humida facultate,quate-

In lib. 3. Aph. 11.

tenus in corpore humorum copiam exiccari non ſinit, eatenus vim putrefacientem adiuuat, cum etiam humiditas, quę facilius in ipſis putret, non ſit aerea, ſed aquea non ſubſtantifica, ſed madefactiua: cum ergo hæc humorũ humiditas valida ſit, & in corpore præter naturam, neceſſum eſt, vt eorum maxima ſubſequatur corruptio, qua inde peſtis quãdoq;, quãdoq; epidemiales morbi ſuboriuntur. Et maxime cũ à forma cœleſti, vel elemẽtari putres praua qualitate humores cõtacti putrẽt. Quod etiam ſi contingat per calidum, & ſiccum conſtantem æſtatis ſtatum excedere, ac æſtum in ſummo exiſtere, ac corporum humiditates exſiccare, & digerere. Quæ ſi in ipſis ex eorum copia non digerantur, aut alicuius influxus ratione aut ventorum labem eam deferentium flatu, aut cum iam putres in maiori parte ſint eorũ humores, tunc, ſi quid liquidiſſimum ac aquoſiſſimũ ſit in bile, conſumitur, denſiſſimum & acerrimum relinquitur. Quod idẽ contingit, ſecundum eandẽ rationẽ, & circa ſanguinem, tunc citius rabida & bilioſa peſtis ſuboritur, ſicuti æſtas veri ſuperueniens humores non euacuat: ita & autumnus æſtiuos humores nõ euacuat, ſed totum id contrarium accidit. Nam ex partib. extimis ad intimas ducit humorum prauitatem ęſtate genitorũ, autumnus excipiẽs, q frigidus

& ine-

& inæqualis existens ad profundum corporis agit. Itaque cum autumni calor non sit extremus sufficiens eleuare, nec consumere, licet tempus illud ad siccum tendat, cuius aer ob præcedentem æstatem tenuior facile suscipit vapores, quos ex diminuto calore non resoluit, idcirco variabilis nebulosus efficitur, omnibus ętatibus, omnibus naturis, omnibus regionibus noxius, ac inimicus est, flantque in eo venti humidi, & crassi, cutis spiraméta obstruuntur, & iam ex præcedente æstiuo calore naturæ potentiæ imbecilles factæ sunt, ex ipsius præter hæc diuersitate, tum corpora redduntur humida, tum fructuum copia, quibus æstiuo tempore abunde oppleti malos humores in corpore aceruant, tum esu noui frumenti, noui & simul vini potu. Nullus enim ignorat, omnibus annis contiguis dissimiles influxus existere, & varias temporum contingere constitutiones, ac in fructibus vnius anni esse insigillatum aliquid, quod in fructibus alterius non est. Quamobrem ex subita frumenti mutatione, & vini noui, & ex mala victus ratione, non modica subsequi solet in corporibus alteratio. Hinc est, quod & vno anno vnus morbus suboriatur, alio auté anno non, & ex morbis nonnulli, ex ciborum mutatione sanantur. Concludendum ex hac ergo parte, quod ea corpora, quæ ex eorum

pra-

praua siue coacta, siue eorum spontanea ingluuione vtantur, victus ratione, coinquinatis eorum humoribus, ad putrescendum aptis, & spiritibus, non tantum, ad concipiendam pestem obnoxia sunt, quantum vitiato aere, pesti exordium præbent. Cum præsertim in his vitiati humores putrescere incipiũt scribit Gal. quod omnes febres pestilentes à putredine ortum habeant. Et autumnalis cõstitutio præ cæteris ad pestem non duntaxat gignendam, verum etiam ad conseruandam in ipsis opem præstabit, eo maxime cum aeris calidi in frigidum, & è conuerso eadem die mutatio, qua aer ambiens conuariatur, & alteratur, sæpius eueniat, & cum talis Autumnalis constitutio à suæ substantiæ temperamento in putredinem mutatur, pestilens fit, qui inde anhelitu inspiratus, vel per cutis spiramenta attractus in eam prauorum succorũ, ceu per putredines, concordiam, præparationemque passiuam, humidam agens venenũ efficitur, quod ea vi venenata membrorũ omnium principem lætaliter subiens congredi nititur, & occurrentes illi primo spiritus inficit, postmodum humores, qui iam ita poluti ebulliunt.

Pri. de diff. feb. c. 7. v.

CAP. VIII.

De corporibus minus aptis ad concipiendam pestem.

EA enim sunt corpora, quæ pura superfluitatibus omnibus penitus careant, & in omnibus eorum meatibus libera sit spiratio, & in quibus obstructiones deficiunt, & eorũ exercitia moderata sint, ac eorum inculpata sit victus ratio. Testatur enim Gal. quod quæcunque corpora aut munda sunt, & superfluitatibus carent, nonnulla quidem nihil, nonnulla vero minimum mali sentire, ac facile ad naturalem habitum habere regressum: & eodem libro Galen. asserit. *Nunc vero de ipsis mentionem facere volui, cum eum prosequeremur sermonem, in quo quemadmodum ab eadem caussa inualescente nonnulli quidem à febribus corripiuntur, nõnulli autem illæsi perseuerant, exponeremus. Cum enim corporum dispositiones dissimiles sint, ac multiformes, quædam facillime alterantur, ac patiuntur à caussa in ipsa operante, quædam insuperabiles, ac impassibiles omnino existunt: Quædam cum difficultate patiuntur.* Quamobrem Auicen. & alii testantur apud aeris mutationem substantiæ, non omnes homines infirmari, nam inter cętera corpus euchymum peste affici haudquaquam obnoxium esse, testantur, aerem enim euitat, ipsumque digerit, antequam ab eo altera-

Pri. de dif. feb. c. 6. in fi.

teratur, & ita corpus, cuius temperatura contraria est aeris polluti temperaturæ, sed præsertim cum sit euchymum. Dicit Alexan. *in problem.* ex tali euchymia nobilissimam consurgere temperaturam, qua isti ex tali pestifero morbo, corripi minime possunt, nisi maximo terrore cum pestis metu contremant. Quoniam timor: & imaginatio fortis, sanguinem & cæteros humores coinquinant: quamobrẽ tunc & ipsi peste corripi possunt, alii & Halis 3. *artis paruæ, habentes humores laudabiles naturales illius aëris pestiferi corrigunt malitiam, nec ab eo afficiuntur.*

Cap. IX.

De auguriis futuræ pestis, ex meteorologicis impressionibus.

NE mortalibus inexpectata nece misere mori contingat, præcursores caussas ac improuidam mortalitatem omnino inuoluentia portenta, quæ periculis artem faciunt, ratio & experientia præsagire docebunt. In primis cũ à syderib. tale pestiferum virus ortũ habet, cœlum silet, tempestatesq; sopitę sunt quandoque eclypses numerosæ præcedere solent, figuræ cælestes agentes, terrestresque recipientes, validũ vaporẽ, numerosas fuligi-

nes

nes euaporantes, easque in aerem attrahentés, commixtas, coaceruatas, digerere ac superare nequeunt, tunc aeris caliditas obtunditur, vnde pugna in aere sequitur, qua non vincitur neque vincit, tūc turbidus, & immobilis efficitur, obtuso eius calore coinquinatur.

Præsagium pestis, insuper cum ex his numerosis fuliginibus, cometę longiori tempore, & maiores interdum appareant. Dicit Damascenus cometam à Deo fieri, ad significandum regum mortes, & per eum dissolui, tunc vt nonnulli testantur, quod ad eam partem, versus quam cometę cauda se erexit, significationes habendę sunt. Alii, quod cometæ in Tauro, in Oriente cum apparuerint in quarta æstuali, bubones & numerosos morbos futuros indicant. Si in geminis, puerorū morbos, necē, famem, pręgnantium abortus, auiū mortalitatem, coruscationes venenosas, magna tonitrua, fructus cōburētia. In Cācro, bella, neces, & multa mala. In virgine multos dolores, tremores in mulierib. flatus, vlcera, pustulas. In Scorpione, multas pluuias noxias fructuum interitum ex aeris gelu, tenebrositatem, & humiditatem. In Aquario lepram, & aeris opacitatem, & multa tonitrua, & coruscationes, fulmina, multorumque interitum. **In Autumno Pestis inchoabit.** Lucanus canit:

Igno-

Ignota obscura viderunt sydera noctes,
Ardentemq; polum flammis, cœloq; volantes,
Obliquas per inane faces; crinemq; tremendi
Syderis, & terris minitantem regna cometen.

Præterea cum plures, quam vnus sol appareant. Plinius, *Plures soles quandoq; cernuntur, nec supra, nec infra ipsum, sed ex obliquo nunquam iuxta, nec contra terram, nec noctu, sed aut Oriente, aut occidente*; tunc præsagit nubem ex numerosis fuliginibus, & vaporibus irregularem, deformem, & inæqualem esse, in vna quidem parte rariorem, in altera densiorem, similiter in vna eius parte magis ad pluuiam paratam, in altera vero minus, refrangitur in ea solis radius, & per multas nubis partes, vtpote rariores, in longum deorsum porrectus, longo tractu videtur, cum illæ nubis partes, & stillæ pluuiales, talia sint specula, quod non imaginem, sed colorem repræsentant. Et cum aqueæ guttæ iam soluta nube decidunt, radii solares in eis refracti virgæ dicũtur, quia multi sunt, & discontinui, & in longum à media regione aeris deorsum porrecti, & radii illi colores iridis imitantur, & referunt, nunc pumiceum, aliquando viridem; aliquando purpureum; sunt tamen in virgis apparentes colores obscuriores, & debiliores, quam in iride, quia in minore fiant speculo, & materia virgarum non adeo refracti- *Lib. 2. c. 31.*

oni apta eſt, vt iridis copioſior nubes, & amplior. Cum autem nubes denſa, quo melius refractionem faciat, & continua, vt integriorem ſolis ſuſcipiat imaginem fuerit, ad ſolis latus regularis omnis, & vniformis, vt magis, & vniformem & veriorem referat imaginem, & propinqua, vt in pluuiam cōuertatur, quo commodius in ea repræſentetur ſolis imago, ſicut in aqua perlucida nondū conuerſa, nam ſi conuerſa foret diſcontinuatis iam partibus ſolis imaginem non ſuſciperet, in illa per eius radiorum refractionem, ſuam ſol format imaginem, ob debitam nubis denſitatem, regularitatem, & continuitatem, quemadmodum in ære terſo, & polito, eius ſimilitudinem ſol effingit, cum hoc euenit, tunc ex tot vaporum & fuliginum aceruo, ſi diu illæ in aere permanſerint, aeris calor obtuſus fit, vnde putreſit, quod inde peſtem ſuboriri præmonet. Hoc idem contingit, cum in menſe Octobris in aere cernantur, ſicut ſtella cadens, & hypocaumata, quorum materia inferius recedens, quandoq; aerem, quandoq; aquas, quandoq; vegetabilia, quibus animalia veſcē ia pereunt, corrumpit. Hoc idem faciunt, ſi vere hypocaumata cum quadam aeris caliditate per aliquot dies viſa fuerint, & tunc homines, ſi ſine cauſa triſtētur, & arbores & prata ſolito tempeſtiuius floreſcūt, nunc calore,
nunc

nunc frigore aer conuarietur, & hac vicissitudine flores corrumpantur, æstate proxima ingens grassabitur pestis. Præterea cum calido aquæ & humido vapore in altum ad medium & frigidum aeris interstitium eleuato aquæ naturæ numerosæ gignantur impressiones, ac ex tali vaporis crassitie solis, vel aliorum radii reflectantur, quemadmodum Plinius scribit, quod varietates cœlorum figurarum que in nubibus cernuntur, prout admixtus ignis superet, vt non vincatur: vapores ita nigri, albi, densi, rari, crassi, tenues fiunt, in paruarum inde guttarum forma producuntur, quæ ab aeris medio, & frigido interstitio coagulatæ, & in se vnitæ defluentes lapidibus vti diuersorum colorum sudor quidam adhærent. Tridenti nonnullæ mulieres coram me testatæ sunt, cum in aere & nubibus corio facto, ab ecclesia reuerterentur, omnia earum ex tela alba velamenta crucibus nigris vti quibusdam stellis commaculata extitisse, cuius rei causam nullam aliam arbitror, nisi vaporem, tam qui ex aere, quam qui ex terra sublatus vehementer aduratur, vi caloris, vel exhalatione fumida candente, nigrum effectum esse, stellæ & crucis ita videbantur, cum velaméta ea ex tela omnia ita texta sunt, vt fili textiles p crucem se vniunt, cum hæc diu in aere, & sæpius eueniant, aerem coinquinari indiciũ est, *Lib. 2. c. 61.*

quo inquinato pestis suboriri solet. Item cum in aere radii nocturni, & similia hypocaumata, & cæteræ meteorologicæ impressiones appareant, & repentini splendores, qui in terræ motu nonnunquam flammas vnà cum spiritu euomant, hiatus, ignemque foras proiiciunt, maximè cum ventus vehementi, & crebro ad saxa illisu inflammatus fuerit, vel ea loca, in quibus terræ motus facti sunt, multo ante occulta incendia suo gremio continuerint.

CAP. X.

De lampadibus nocturnis prope terram.

IN aere quoq; nos ambiente prope terram, circa patibula, & præsertim cœmetria varii calores, lampades, radii, splendores, coruscationes similes, candelæ accensæ nocte discurrentes, quas animas esse vulgus arbitratur, apparent. Quemadmodum testatur Lactan. *lib. secundo*, vulgus existimat mortuorum animas circa tumulos, & corporum suorum reliquias oberrare. Plato *in dialogo, qui inscribitur Phædo, siue de immortalitate animorum*, nam hoc euenit, cum apud patibula, & cœmeteria terra sit valde pinguis, vnctuosa, & bituminosa, cum à subterraneo igne, vel astrorum calore concoquitur. Exhalationes crassæ, caliginosæ, bituminosæ, vnctuosæ

compa-

compactæ ſuboriuntur, tunc fuligo talis, vel à vento agitata, vel aſtrorum numine, & radiis reuerberata de facili accenditur; ſi tunc lumen ſecundum directum procedere poteſt, tunc ſplendores apparent; ſed ſi in latus caliginis refringatur, ſe diffundens omnia colorum genera tunc videntur; Interdum clarus, interdum ſubobſcurus, croceus, ſanguineus, cœruleus aſtrorum colores repræſentans, ſecundum quod caligo ſit rarior & denſior, quemadmodũ multas in fumo varietates facit flamma; in ima enim parte ipſa obſcura videtur, ob eius denſitatem: In media autem parte ignea, alba ob fumi raritatem: In ſuprema circum ambientibus partibus cœleſtem interdum refert colorem, & flamma in fumo rariore colorem oſtendit clarum, in denſiore obſcurum, ita lumen in caligine diuerſos efficit in colore radios pro caliginis ſecundum raritatem & denſitatem varietate, & huiuſmodi in ſumma die non apparent, cum illorũ aſpectũ luminis ſolaris copia impediat, neq; in nocte intẽpeſta, quia noctis obſcuritas illorum aſpectum impedit, ſed in diluculo diei aut in noctis crepuſculo, neq; multo tempore perdurant, quia eorum materia non diu permanet, ſed confeſtim diſgregata diſparet; ſed ſi contingeret, quod diu duraret, tunc argueret aerem craſſatum fuiſſe, & ex ea vnctu-

ositate pollutum, & nidorulentum, cuius nidorulentia pestis suboriri solet.

CAP. XI.

De pluuiis meteorologicis horrendis.

OCCVRRIT aliud horrendi portenti genus, cum præsertim contingit ex aeris corruptione. Teste Plinio: M. Attilio. C. Portio conss. Lac & sanguinem pluisse. Quod portentum sequenti anno, Romam validam pestem inuasuram prænunciauit. Ita Volumnio Seruio Sulpitio conss. carnem pluuisse, ferrum & effigies spongiarum similis, vt testatur Lucanus. Item L. Paulo. C. Marcello coss. Lana circa castellum Cassianum pluit, nec nõ & lateres cocti & lapides. Teste etiam Plinio rapti à vento. Tibullus, multus, & in terram deplueretq; lapis. Liuius *de bello Macedonico*, inquit, *quo discessit Annibal per triduum sanguis pluit* Liuius *lib.* 7. *bel. pun.* de cœlo lapidauerat, id est, lapides pluerunt, & *lib. primo.* Ab vrbe lapideus imber. Nuntiatum est regi, patribusq; in monte Albano lapidibus pluisse. Cecinit Pindarus Rhodi ob insulæ infælicitatem aurum pluisse. Quæ horrenda portenta maximam aeris coinquinationem, ac putredinem arguunt, sic & alia, quæ secundum societatis causæ pestis semitam pluunt, quales sunt ranæ vivæ cum cauda, mures, lumbri-

Lib. 2. *c.* 56.

Lib. 2. *c.* 38.

lumbrici, & alia similia orbata animalia, ex aere inter pluuias cadunt, quæ etiam aerẽ putrem fieri insinuant, cum etiam vnumquodq; in suæ regione naturæ exuberat, & quia huiusmodi animalia natura humida sunt, cum in vna regione ex frequenti pluuia coaceruentur, illius regionis, & anni aerem iam humidum esse affirmant. Quo fit, vt ille annus, in ea regione, ex multorum pestilentialium morborum genere lætiferus sit.

Cap. XII.

De horrendis strepitus aeris generibus.

PEstem præsagire solent strepitus, mirãdi, qui in aere audiuntur. *Quemadmodum Cimbricis bellis armorum crepitus, & tubæ sonitus è cœlo auditus est.* Quandoque in aere boatus, rugitus diuersi concipiuntur. Ad hos strepitus gignendos tria concurrunt: verberans, verberatum, & medium verberans. Quod verberatur, necesse est, vt sit corpus solidum, & maior strepitus fit, cum verberatum sit concauum, in quo aer concludatur, ita quod vna pars aliam multoties, antequam inde exire possit, percutiat, qualis est campana. Requiritur, quod fiat motus, & applicatio verberantis ad illud, quod verberatur, velox & vehemens, aut fortiter aer extendatur, ꝓpter

Plin. lib. 2. cap. 57.

quod videmus aerem ſubito & fortiter virga in ipſo ducta ſonum cauſare, cumque flumina, quæ ſtagnant, defluant, in paludes, & in mare perueniant repercutiuntur ab ipſo paludũ aquæ retro, cũ mare accedit, & intumeſcit, vel paludes ventum emittunt congregatum, & roboratum paludum aquas in venti mare commouentis oppoſitum concitantẽ, in quibus locis bubices ita geniti audiuntur. Tum etiam iſti ſtrepitus audiuntur, cum aliquod antrum ſubterraneum aperitur, ſpiritus enim, cum per cauernas, vti loca vacua, earumque rimas fertur, percutit ea, quæ obſtant, & impediunt, quo ſanè modo dolium inflabile ſonos fundit, & cum antrum ita aperiatur, aqua ingrediatur, aerem ſiue ſpiritum illum præexiſtentem, vt ſtagnare poſſit, violenter & anguſtiori loco in concauitatem latiorem foras propellit, & ſic propulſo ſpiritu ex amplis cauernis magni, & anguſtis exiles, ex tortuoſis & incluſis varii horrendi deferuntur ſoni, & ſtrepitus; ex antris humidis & maxime recuruis, quidam raucus ſonus, ſiue ſtrepitus audiuntur; in ſtagnantibus fluctuant; in duris contra & ſolidis fremunt, & quando ex tali antri apertura noui ſuboriuntur fontes, qui per cuniculos plenos, terræ pinguis, & glutinoſæ currunt, ſtrident, vnde in aere ſtridor percipitur,
&

& eum aqua ingrediente in meatus cum ſtridore aer exit, hæc omnia experientia comprobari poſſunt. Nam ſi quis fricationem faciat circa amphoræ vrceolum, ſuperius in loco arctico orificii circa collum trahendo vehementer, & mox illud, quo fricatur intus & extra ſonitus inducitur diſtentus, & propagatus in longinquum, vel fricetur, vel diſtenſum ſiue longum, tunc cauſabitur ſonus adeo horrendus & trepidus, quo animalia bruta fugient, vel ſi quis inſitula magna lata in fundo, ſuperius anguſta in fundo cordulam cera multum linitam poſuerit, deinde repente ac violentius trahat, horribilis audietur ſonus.

Cap. XIII.

De querulis nocturnis vocibus ex aëris vitio peſtem futuram præſagientibus.

CVm ſimilia in aere agantur, quibus ambiens nos aer coinquinari impellitur, eius nidorulentiam animalia quædam tũ volatilia, tum pedeſtria eorum querulis vocibus nobis indicant, nam tunc quædam voces ceu humanæ querulæ nocte audiuntur, nonnullæ etiam aues, quæ in die volare conſueuerant, nocte citra morem conquerentes volant, & conclamant, coruorum cantus, ſiue crocitus in locis, in quib. pollutus eſt aer plus

ſolito, auditur, & aliarum ſimiliter volucrum, cum de aere viuant, in aliquo caſu, de quo aer tangitur, motum aliquando naturaliter ſentiunt, & quia aerea ſunt, aeris mutationem protinus in ſe ſentiunt, & ſecundũ eandem voces ſuas ſæpiſſime promunt. Quemadmodum gallus ſuo cantu diei & noctis horas diſtinguit: Cæterum, cum aura ſe ipſam in alium modum mutare videtur, ita nobis aeris mutationem fieri indicans ſæpius cantare incipit. Ranæ quoque vltra ſolitum vocales, mergi, anateſq; pennas roſtro purgantes ventum, grues in mediterranea feſtinantes ex quadam aeris humiditate, quæ pennis adhærens humidas reddit, mergi, maria aut ſtagna fugientes. Grues ſilendo per ſublime volantes, ſerenitatem, ſic noctua in imbre garrula, at ſereno tempeſtatem. Coruiq; ſinguitu quodam latrantes, crocitantes ſeque concutientes ſi continuabunt ventos, ſi vero carptim vocem reſorbebunt, ventoſum imbrem. Et cũ terreſtres volucres contra aquam clangores dabunt, perfundentes ſeſe, ſed maxime cornix, hirundo tam iuxta aquam volitans, vt penna ſe percutiat, quæque in arboribus habitant, fugitantes in nidis ſuis. Et anſeres continuo clangore intempeſtiui. Ardea in mediis arenis triſtis. Nec mirum, aquatica aut in totum preſagia aeris ſentire. Boues cœlum

lum olfactantes seque lambentes contra pluuiam; animalia, alia sonum reddunt, cum sint in metu, alia alium cum ad cibum inuitantur, aliam mittunt vocem, cum ad pugnam prouocantur, canini latratus diuersi audiuntur, in venatione, cum leporem inuestigare, modo cum inuenerunt, modo cum ab eo aberrant. Rugiens Leo minus significat. Lupus vlulans pernitiem illaturum se declarat; bos cum mugit, esurit, vel sitit, vel vitulum quærit; balantes oues, quibus egeant, pastor non ignorat; segniterq; & contra industriam suam formicæ absconditæ, cōcursantes progerentes oua; vermes terreni erumpentes. Nec non & in conuiuiis mensisque nostris vasa, quibus esculentū additur, sudorem repositoriis linquentia diras tempestates prænunciant. Vulpium, insuper canum, luporumq; absque lata causa vlulatus sæpissime plus solito pari modo audiuntur, omnis enim animalis cuiuscunq; vox alicuius animæ tristem vel lætum, vel iracundum affectum patefacit, cumq; eæ voces vbicunque audiuntur, quin pestis suboriatur, rarissime fallunt. Multi nempe testantur, cum has voces præter morem audiuerint, protinus pestem subortam fuisse.

Præterea hoc pestifero viru, vti rerum quadam noua & inusitata vicissitudine perterrita animalia hinc inde discurrendo, aerē iam pu-

trem,

trem, aut breui talem futurum præſagiunt. Tunc ſerpentes, Angues, Lupi, Canes, huiuſmodi aeris venenata qualitate affecti in homines ſæuiunt, bubones nocturni capillati, cum aues ſint ſaturnales dirum mortalibus omen portendentes. Ouidius *in 8. Meta.*

Ignauus bubo dirum mortalibus omen.

Virgil. *lib.* 4.

Solisq; culminibus ferali carmine bubo.

Cauernas destituant, & in die appareant, & ad alias inſolitas regiones manſiones diuertant, portẽdunt earundem regionũ & ædium homines morituros. Proptereaque Aues illæ ferales cadaueribus delectantur, eaque præſentiunt; morituri autem homines poteſtate iam cadauera ſunt; grueſque feſtinanter plus ſolito volant. Et bruta, quæ in montium cacuminibus habitare, & volucres, quæ in altum volare erant aſſuetæ, & infima loca, & prope terram depreſſa petunt, & volant, & multa volatilia ex alto mortua decidunt. Cæteraque animalia aeris corruptionem iam factam aut inchoantem percipientia eorum naturæ contrariam & alterantem, querulos clamores emittentes, non quieſcentes, huc illuc volitant, currunt. Tunc etiam pueri ab intelligentia non errante ducti presbyterorum more cantant, alios viuos pueros ſepelire ſimulant, hanc vniuerſam animantibus perni-

pernitiem futuram præſagientes. Humana etiam corpora abſque lata cauſa inquieta, noctes interdum, ac ſæpius ducunt inſomnes, videturque illis cor bene & libere euentari minime poſſe. Tuncque ignorante humana anima quædam noxia terrifica ſuboriuntur. Quamobrem terror & horror quidam homines nihil de rebus huiuſmodi ſentientes, vel cogitantes plurimum inuadunt. Tuncque mulieres vtero gerentes immaturum fœtum crebre eiiciunt, aut vna cum fœtu pereunt. Tum etiam huic peſtifero malo, variolæ, Morbilli, Antraces, Carbunculi, Abſceſſus glandoſi, vermes, cauſones occidentes, Febres peſtiferæ paſſim in populum inoleſcentes, graſſantes, necantes præcurrere ſolent. Sic per animantia quædam præſſagiorum lumina deſcendunt, veluti præſagia rerum, in eorumque animalium geſtu, motu, voce, volatu, inceſſu, cibo, colore, morbis, meteorologiciis impreſſionibus conſtituta.

Cap. XIV.

De Imaginibus, quæ ſolent apparere præſagientibus peſtem.

NONNVLLI ex Neotericis Anno 1411. quorundam aſtrorum calidorum conuentu, ac eo anno inconſtante æſtate æſtuantem aridam prolixiorem extitiſſe deſcribunt. quam

quam ob causam in Sabaudia non omnes, sed quosdam autumno rapiens pestilentia tacite inuasit, quæ tam eos fraude rapiebat, quod vix de peste suspitio erat. Quamobrem multi, qui tunc degebant, se diuam Virginem Mariam, Alii alios Sanctos, qui eos de futura peste certiores reddebant, vidisse asserebant, & eos præsertim non duntaxat vidisse, sed eorum verba audiuisse testabantur. Quamobrem vt illis relatum erat, pestis in fine æstatis, quinq; postmodum annis indesinens Sabaudienses dire depauit, quæ visio (si vera fuit) quam vti christianus veram extitisse affirmo, hoc euenisse tenendum est, vt mortales, quæ ventura sunt insigni populorum ruina, eo modo præcognoscant, & vt caueant, & cum sæpe diuino nutu expiata tacent, vt eorum vitiis mortales abstinerent & vt eorum præcationibus, pœnitentiis, eleemosinis, ieiuniis tam dirum malum euerteretur.

Dixit Deus: *Si dixero impio morte morieris, & egerit pœnitentiam peccatorum suorum, vita viuet, & non morietur.* Cæterum huiusmodi vaticini, & imaginum causas, vti Physicus, has naturæ etiam ordine contigisse inquirere possem. Cum dicat Albertus, effigies corporum naturæ vi in aere humecto facile effingi possunt, eodem modo, quo imagines rerum sunt in rebus. Item cum spiritus visualis ab

lis ab

is ab omnibus planis corporibus natus eſt refringi, qualia ſunt aqua & aer. Nam Antiphon ſemper viſus eſt videre ſuam imaginem ſe præcedentem,& ad ſe conuerſam, cum directa via ambulabat, retrogrado paſſu ſe mouentem; cuius cauſa erat aeris refractio & radii viſualis imbecillitas, quod aer ei ſpeculum eſſet, quemadmodum nauium trabes,& malus, & antennæ curuiores & groſſiores in mari apparent, quam extra, nam aer mari superueniens multis vaporibus mixtus ſit, qui maiorem faciunt refractionem, & flantibus euris & auſtris maiores rerum moles apparent, quod plures tunc vapores aeri ſunt permixti, quam flantib. zephyris, aut Borea. Teſtatur Ariſto. cuidam ex viſus imbecillitate contigiſſe, vt ſpeculũ illi fieret propinquus aer & radius viſiuus ad ipſum repercuteretur, nec poſſet penetrare. Vnde quorſum ibat idolum ſuum aduerſa facie ſeſe pręcedere arbitrabatur. Similiter ſpeculorũ quorundam artificio, quas volumus, in aere imagines etiam remote extra ſpecula producuntur, quæ tunc imperiti homines videntes. Dęmonum, ac animarum vmbras ſe videre putant, cum tamen nõ ſint niſi ſimulachra quædã ſibi ipſis cognata, ac vitæ omnis expertia. De vaticinio, ſcribit Plinius, quod Hipparchus nunquam ſatis laudatus vt quo nemo magis approbauerit

uerit cognationem cum homine, ſyderum, animaſque noſtras partem eſſe cœli, nouam ſtellam, & aliam in æuo ſuo genitam deprehendit, ſed cum in hoc loco horum ſermo ad rem non facit, pro nunc horum indagationem omittam. Quamuis cum huiuſmodi imagines apparent, aerem ambientem iam pati inſinuant, cuius ſimili paſſione peſtis ſuboriri ſolet.

Lib.2,c.26.

CAP. XV.

De auguriis futuræ peſtis ex vitio terræ.

MALIGNVM, putre, ac verſutum peſtis virus non exaturatũ inſidiis quibuſdam breui augendo eas, quæ animantium corpora regunt, temperant, actiones, paſſim ac lætaliter non ſolum inficit, occidit, verũ etiam elementa, & elementata eius vi venenata commaculat, corripit. Itaque cum elementorum qualitates ſint ſeparabiles ac commutabiles, neceſſario ſequitur, quod in eorum tranſmutatione eorum excellentiæ agant, & patiantur. Nam cum excellentia aeris ſit humiditas, quæ aquæ humiditatem præcellit, humiditatis concordantia omiſſa eius caliditate in aquam facillime tranſmutatur, tunc aqua humidior efficitur, cumque aquæ excellentia ſit frigiditas, & terra cum frigida ſit, ex frigi-

frigiditatis concordantia aqua relicta eius humiditate, fit terra. Ex terræ excellentia cum ſiccitas ſit relicta ſiccitate, ex frigiditatis concordantia fit aqua & aqua relicta frigiditate, fit aer. In hoc diu non commorabor, cum iam in præmiſſis de horum mutua generatione & corruptione ſatis abunde exaratum ſit. Ita fit mutua eorum generatio & corruptio actio & paſſio, quibus ſi vnum ex iis aliquo vitio corripitur, id alteri conſentit, & in primis cum naturæ ordine comparatum ſit, aerem eius etiam tenuitate perdenſiſſima corpora expedite penetrare, & vti medium & glutinum, & cætera elementa contraria, ne mutato ſe deſtruant, concordare, aſſimilare, tranſmutare, & coniungere & in miſto vti ſpiritus mundani inſtrumenti reboans componere & vnire. Cum ergo ex tabifico vel ſyderum influxu, vel ex terræ vel aquæ coinquinato ſpiritu, vel alia venefica putris cauſa aeris ſubſtantia, vel qualitas vitiata ſit, cumque aer elementorum ſit fomes & mediator, & cum ex eo fit aqua & terra, forti, & venefico agenti tabefactus. Neceſſario ſequitur, vt elementa & elementata, quæ per hoc medium per hunc fomitem gignuntur, permutantur & conſeruantur putr s eius venefica qualitatis & proprietatis, cuius eſt aer, fomitē hauriant & coinquinantur in eorumq;

elementari vnione & commixtione huiusmodi virtus consertum conseruetur & retineatur, quod postmodum in elementalis exitiale malum passim molitur. Hoc idem è conuerso aqua & terra efficiunt, eum etiam in primis coinquinantur, aerem putrem vitiatum, tum eorum squalloribus, tum alterna eorum transmutatione reddunt. Quemadmodum quando ponitur vna gutta vini in vno cyatho aquæ, licet in transmutatione vinum fit aqua, attamen aqua quoquomodo sapit vini saporem, Ita in elementis cum aliqua putredo, aut vis venenata in vno elemento contineatur, cum in altero transmutatur retinens proprietatem venenatæ putredinis, illud eodem veneno afficit. Itaq; ea vi venenata pestifera, cum aer vel aqua polluti sint, venenatam vim terræ consentiunt, vel ab ipso subterraneo aere putre labefaciente, vel ex semetipsa putrescente hanc vim venenatam terræ contrahat spiritus, qui cum terram humectet, arbores & herbas virescere, ac crescere, ac moueri faciat. Tunc terræ sudor, quo inutiles herbę suboriuntur, humor eius, qui vtilis succus eius, quo viridentia & germinantes fructus producuntur, & halitus & eius spiritus, quos satis & arboribus terra infundit, & quibus tot herbarum & arborum genera fouentur, huiusmodi vi venenata ægre efficiun-

afficiuntur & coinquinantur, ſi contingat, quod in craſſa terræ albæ, arenoſæ, aliquantulum aridæ humiditate ex craſſis putridis ſubterraneis halituum guttis calore præter naturam ſupercedente illius terreus ſpiritus putrefiat: Tunc vites, pomiferæ arbores, & ex cerealibus nonnulla genera inquinantur, & ſæpius pereunt. Si autem illius terræ humiditate ſpiritus inquinetur, tunc arbores fere omnes & cerealia omnia male ſe habent, & pereunt. Si autem ex frigidiuſcula terræ nigræ humiditate putreſcente, quæ cum moderata ſit, ſpiritus corrumpantur, arborum nonnullæ & earum fructus inquinantur & pereunt. Si vi terræ rubeæ temperamentum, quod medium habent inter humidum & ſiccum, eo nunquam plurimi in vna arbore procreantur. Ita fructus eorum multitudine ad perfectã maturationem peruenire non poſſunt, ſed à tempeſtatibus non facile læduntur, quod autem temperamentum ſi vitietur, tunc fructus omnes eo afficiantur vitio, ſatis perſpicuum eſt. Quamobrem vegetabilia ea nidorulenta virulentia vitiato alimento nutrita ſi comedantur, eo viru occidunt. Vnde teſtatur Auic. *Mortalitas corrumpit arbores, & vegetabilia corrumpuntur & animalia, quæ ea comedunt.* Vnde Virgilius canit. 3. *Æneid.*

2. Primi. ſum. prima. cap. 7.

Subito cum tabida membris,
Corrupto cœli tractu, miserandaq; venit.
Arboribusq; satis lues & læsifer annus,
Linquebant dulces animas, aut ægra trahebãt.
Corpora tum steriles exurere syrius agros.
Arebant herbæ, & victum seges ægra negabat.

Hipp. *Quæ è terra proueniunt terræ ipsius naturam resipiunt, & sequuntur.* Itaque sic constat, cum vitiata sit terra, vitiata sint similiter, quæ ab ea producuntur: quo fit, cum terra plurimum infectorum generationem producit, putrefactiones iam conceptas præsagit, tunc fruges, & arborum fructus iniucundi, insipidi, mali saporis sunt, cito corruptibiles. Gale. *primo, 1. de elementis fol. 9.* sata, atque plantæ cum terram subeunt, trahit vnumquodque, quod terræ inest suæ naturæ conueniens, sed cum id, quod attrahit inquinatum sit, coguntur ea etiam inquinari, fungorum & putridarum rerum copia augetur, breui putrefiunt. Terræ tunc germina, arbores, plãtæ pereunt, dissiccantur; frumenta antequam ad maturitatem deueniant, rubigine vitiantur, vel non nascuntur, vel si nascantur, non in citrinum mutant colorem, vel similia ærugini vel mellifiunt, & eorum esu bruta intereunt, tuncq; inter infecta, & immunda pulicum, cimicum, & muscarum, culicum, papilionum, aranearum, erucarum, ricinorum, buprestium, scrabeo-

In lib. de aere, aqua & locis.

pheorum. Quæ animantes ex putredine na-
, cum quoties in aliqua regione naſcantur,
æ in ea naſci inſolitæ ſunt, vel maior quan-
tas, quam naſci ſolet, peſtis in vitam homi-
nm inuadet, cum maximam putredinem ar-
ant. Tunc euenire contingit, cũ venti au-
i ſpirant à ſtagnis, à paludibus ærugines ta-
s faciunt. Quæ nil aliud ſunt, niſi quædam
hærentiæ fumoſæ, puluerulentæ, cauſatæ
materia humida, mala, & tenaci per talem
ntum diſpartita, à qua talem calorem vege-
bilia acquiſiuerunt, in nigredinem vergen-
m, & tunc talis auſtralis ventus eſt turbidus,
luerulentus, nebuloſus, generans ſuper-
am humiditatem, quæ putrefacit, & ex hac
tredine ſuboriuntur multorum pedũ ani-
alia oblonga, viridia, atq; cantharides, quæ
imalia ex humiditate calida extranea, in
mporibus calidis, humidis auſtrinis ventis,
rflatibus generantur. Si vero auſtri venti ex
ari duntaxat perflarent, conferunt plantis,
ddunt ipſas conſtantes, fertileſq;. Innume-
bilis copia huiuſmodi tædia ſupra modum
parent, tuncq; peſſimi, & necabiles paſſim
aſſari incipiunt morbi, qui tũ ex putri aere,
m ex terræ vitio animãtia occidunt. Quam-
is aſtra determinatum quod, rem, quæ alteri
rit venenum, tutius comedere poſſit, indiui-
uum diſponunt, ſimilemq; efficiunt putri-

dam, & veneficam qualitatem, qua excepto homine, cætera animantia pereant, & è conuerſo, putri & venefica tamen aeris qualitate, & ex mutua conſuetudine, & approximatione, & contactu, cuncta animantia eodem peſtis genere affici poſſunt, ſi canis, aut felis, ſi in vna familia peſte affecta cōmorentur, putrem aerem deferentes, diſcurrenteſq; per vicinorum domos in illis ex eo aere putrido peſtem ſeminare poſſunt, licet illi ea non pereant, nam anguis in ſe continet venenum, quod illi non nocet, alterum tamen eo occidit.

Simile inſuper terræ vitium locuſtæ etiam portendunt, quarum ſæpe innumerabilis, ac pene infinita generatio fit, hæ enim magnam terræ putredinem præceſſiſſe, non duntaxat demonſtrant, verum etiam nouam faciunt. Tolluntur enim quaſi exercitus ingens, & in certas regiones euolant, quas vbi late depopulatæ ſunt, illic ſæpe commoriuntur, vnde mox immenſa corruptio ſequitur, qua quandoque peſtis ſuboritur, quæ forſan his annis comitatui Tirolenſi eueniſſet, niſi prępotentis Dei clementia, ex mortalium cura prouidiſſet, quo tempore tantam huius generis animantium copiam vidimus, quanta antea nunquam viſa fuit, malum quidem omen portendunt.

Præterea terræ & halitum ſpiritumq; pu-

trem

rem præſagiunt animalia, & in primis oues humum verſus capita prona ferentes, cum ex his abſque alia cauſa lata nonnullæ intereant, cum dirum halitum circa humum ipſam excipiant. Qui ſi maior difflet, hominibus quoque exitialis eſt: ſed illum interdum ſinceri aeris copia cohibet, antequam ſe à terra in altum eleuet, & ab homine trahi poſſit, cum terræ viſcera putredinem per terram aere expoſitam exhalauerunt. & ſimilis terræ halitus, & ſpiritus exitialis nequitia inoleſcit, & graſſatur, animalia, quæ in abditis terræ meatibus degunt, tunc dirũ virus terræ hoc concipientis percipientia ſubterraneas proprias eorum ſedes, latebras deſtituunt, tunc per terræ ſuperficiem curſant. Vnde talpæ, mures, angues, & vermes, qui antea non erant, & qui radices herbarum erodunt, & aliqui arbores aſcendunt, vt vix ab illis homines tueri ſe poſſunt, & alia ſimilia ſæpe & continuo numeroſa præter morem videntur, & gradientes beſtiæ feræ in ſyluis, cicures in nemoribus, & paſcuis, vel domi mortuę concidunt. Vnde Homerus canit:

Inuaſit primo hinulos viroſa ſagitta.
Atque canes celeres.

Cum depaſcant herbas putridis exhalationibus tunc imbutas. Volatilia etiam, quę prope terram volare aſſueta ſunt, conſtructos

nidos suos destituentia, præ cæteris passeres primi oua, & partus pullos relinquentes ad altissima montium cacumina, quam citissime euolant. Ac pedestria ad ea loca altissima cursitant, cumq; maximũ fumosarum exhalationum aceruum insubterraneum præsentiant, quæ cũ expirant fœtentes, aerẽ inquinantes, Terræmotus frequentes futuros præsagiunt.

CAP. XVI.

De auguriis futuræ pestis ex vitio aquæ.

AQVÆ tanta necessitas est, vt absque illa nullum animal degere possit, nulla herba, nec planta quæuis citra aquæ humectationem progerminare possit, in ipsa est seminaria omnium rerum virtus. Animalium primo quorum semen aqueum esse manifestum est, sed & fruticum, & herbarum semina (licet terrea sint) tabefieri tamen aqua necesse est, si fœcunda esse debeant, siue id fiat humore terræ imbibito, aut rore, vel pluuia, vel de industria adiecta aqua. Hæc enim tũc his omnibus contraria operantur, cum ea etiam tali putri vi venenata corripiantur, vel ab aliquo abdito, & putri loco defluat, eo maxime cum terræ viscera putredines expirant per cauernas, quibus maria, lacus, stagna, paludes sustinentur, vel per alueos fluminum, vel cum restagnat, vel in eius generatione, cum aer,

vel

vel terra in ea transmutantur, & pestifera vi in eis asseruata, vel ex terræ, aut aeris per contactum cum aqua nexum habent, in supremo eius interstitio, cum aere. In infimo cum terra, in quibus humidum finabile est, labuntur in eiusdem dispositionem naturæ proportionalem, qua humiditate finabili adhæsiua passibilia redduntur, apta omnes malas & putres qualitates suscipere. Quo fit, vt quæcunque, quæ per metallorum & thermarum cuniculos ab vno ad alterum permeant, eorundem odorem, saporem, vires in se cõcipiant, cum autem ea vi venenata & pestifera aquæ inquinatæ sint, aut eam efficiant, tunc malum spirant odorem, saporemue, & agri effumant, & caligines frequentes male olentes suboriuntur. Tuncque pisces moriuntur, aut cum capiuntur, in ripam eiecti statim pereunt, ac cominus putrescunt. Quã-uis videtur Aristoteles *in libro de natura animalium* sentire, quod vniuersis piscibus nullus pestilens incidat morbus, qualis plerumque hominibus, tuncque aquæ sunt præter earum naturam crassiores, molliores, male olentes, & circa earum superficiem apparet quoddam veluti pingue, quasi araneæ tela, ubi talis continget putredo, non tantum hoc apparet, sed virere incipit, & facit muscum fætidum; tunc putredo insignis est; præterea

color aquæ ad viriditatem tendit, calidior præter solitum, tunc ranæ præter modũ multiplicantes reptant in viis, & littoribus, & ranunculi tẽporarii rubere, culices super aquas supernatantes, & superuolantes: Cancri, aues aquaticæ eas deserunt, & ad eas non reuertuntur, sed ex his quamplurimæ moriuntur. Cygni præsertim aquas fugiunt, cum ipsi aquarum secreta prænoscant. Tunc etiam in aqua vermes, muscus, lentes, & aliæ in aquis multæ herbæ multiplicari videntur, cuius rei argumentũ est, annum esse humidum, plurimumq; aquas putrescere ex solis aut terrę interno calore, exhalante aqua cum terra commista putrescente. Nam caliditas ad exteriora educta, & dissipata, apta est & conueniens ad gignẽda animalia, ea autem segregata facit congregari, & concrescere, materiam fouẽs. Ita ex rebus putrescentibus ortum habent animalia, non quia ista animalia pestem faciant, at quia indicant in aere, & in aqua maximam putredinem, qua pestis oriatur.

Signa aeris corrupti.

Sed pestis quæ ex vitio terræ grassatur, cæteris deterior est. Notæ, & experimentum, an aer sit corruptus. Et cum ex animaduersione, & artis prouidentia aliqua ex parte admirandas naturæ actiones percipimus, vnde cum aer est putrefactus, hæc sumimus manifesta inditia; in primis multiplicantur nume-

rosæ

rosæ muscæ, à putredine generatæ, & præcipue circa matutinas horas, & occasum, vt vix occurrere possimus, quia offendimur. Quæ si perseuerabunt, & numerosæ sint; signum est efficax; quod si bis vel ter videantur, impressionem non faciant. Animaduertant Medici, tunc enim iam appropinquat aeris putredo, aut iam fit: pariter, cum rustici, qui in syluis & montium nemoribus agunt, cum obseruant fugam auium, ex agris ex mõtibus, in alias scilicet regiones salubriores migrare, destituentes partus suos, consulentes earum saluti, tunc est maximæ aeris putredinis signum: adhuc efficacius, vbi quæ in aere exponuntur, vt ouum, panis, pomum, statim putrescant, per noctem vnam, præter solitum, vt magis in tempore non deberent. Indicat iam in aere, putredinem factam esse, & nonnulli ita experiuntur, ex siligine panẽ, aut eius frustum ex Clibano protinus calidum extractum in conti siue lanceæ capite figunt, ac sub dio per noctem eleuatum demittunt, quod si mane marcidum, putremque viderint, & tunc canibus, aut gallinis exhibeant, cumque comedere renuant, aut si comederint, eo moriantur, tunc aerẽ corruptum iam verissimum hoc dat indicium. Efficacissimũ autem indiciũ est aeris putredinis, vbi domus parietes non in locis subterraneis,

ſed in ſupremis tabulata, muri quoque, & cubiculi præter ſolitum humeſcant, & linteamina, & lectiſternia humectentur; autumnali quoque tempore, cum iam veſtes, lintea, culcitræ, omnis generis obſonia ſub dio, vel in concłauibus patentibus locata, talem ſitu mucorem contraxerunt, qualis oritur in penore in opacis domus cellis collocato, aut in ipſis cellis diu non repurgatis, arguunt aerẽ non ſecundum naturam ſuam eſſe, imo putrem factum eſſe; ac eodem autumno in ſuprema aeris regione non raro cernuntur flammæ ardentes, ſtellæ diſcurrentes, torres, trabes, capræ, cometarum variæ ſpecies, quæ omnes ſunt fœtus exhalationum ſiccarum, vt mucor in rebus natus humidis. Nam nullo fieri poteſt modo, ut terra concalefacta, cum multas humidas exhalationes expiret, non item aliquas ſiccas ſimul expiret. Nonnulli etiam, an aer ſit corruptus, ita experiuntur, cum ros, neque gelu, neque ardoribus, neq; ventis gignatur, ſed ex vapore in die aliquantulum eleuato ob paucum calorem ſurſum ducentem, per noctis ſerenæ temperatam frigiditatem, congelantem liquorem minutum, in aquam vertitur, qui inde deorſum inſtar imbris per minores guttas dicidit, herbas, germina, non autem terram humectet, ſi aer ergo inquinatus fuerit, cum ros eo die aſſer-

asseruetur, contingit, & ipsum inquinari, qui si ante solis ortum collectus fuerit, & sitienti cani propinetur potui, & post talem haustum morietur, aerem iam corruptum esse, comperto habent. Hæc insuper alia aeream iam purulentiam grassari affirmant, cum aeris fœtor sit, hominis similis fœtentis, cumq; Authore Rhase, Color aeris quasi citrinus existat, deprehenditur tunc maxima aeris corruptio, quando non duntaxat homines moriantur, verumetiam arbores, & omnium specierum animalia quemadmodum Thucididis tempore contigit. Quo alter alterum sepelire non poterat, quia vna moriebantur, tunc talis putredinis facillima est cognitio. Quia sata, arbores, animaliaque & homines passim intereunt.

Additur experimentum, vt nonnulli referunt, an aer sit corruptus in loco particulari aut domus, ponantur aliqua vasa in domo, in cameris, aut æstuariis aquæ plena, eo præsertim cum volueris aerem putrem pestiferum extrahere, aut videre oculis tuis, in singulo vase proiiciatur, videlicet in libro 50. aquæ manipulus vitrioli, postea in aquam proiiciatur ignitus lapis, vel ferum ignitum, & toties, vt bulliat aqua, attrahit enim ad se omnem putrem, & venenatum aerem, etiam ex rimis parietum, videbis enim tanquam nubem

nubem crassam supernatantem aquæ, quæ est aer ille putris, & pestiferus, nam si in ea nube intinctum frustum panis cani exhibueris, statim morietur, & hoc visum est manifesta experientia, doctis causam indagandam relinquo.

Finis fasciculi tertii.



FASCI-



FASCICVLVS QVARTVS.

Cap. I.

DE QVIDDITATE PESTIS.



CVM à diuersis ergo causarum generibus pestilens morbus producatur, multiplex & subitus morbus merito appellari potest, vno & eodem tempore multitudini animantium communis contingens. Multiplex enim dicitur, ex multiplici varietate animantia opprimens, cum quandoque sine abscessu, quandoq; cum abscessu, aliquando cum sanguinis sputo, aliquando cũ pulicaribus diuersorũ colorũ maculis tingentibus, commaculantibus, febre, & aliis symptomatibus eá corripiat, ac eorum membra corrumpat. Subitus dicitur, quia non eo, quo endimialis morbus, modo fit. Communis vero eo, quia vno & eodem tempore omnia animantia rapiat, Quamuis non

semper

ſemper neceſſarium eſt, quod ſit ſemper actu communis cum frequenter in peſte vnius patriæ, aut regionis vnus primo ægrotat. Quod multitudini hominum communicabilis ſit, rationabile eſt, cauſæ namque communi debet effectus correſpondere. Quod autem poſſibile ſit, nulla exiſtente peſte, ſimili peſtifero morbo vnum duntaxat hominem affici, haudquaq̃ dubitandum eſt, nam ſi quod veluti antrorum, & antiquorum ſepulchrorum ſecretiorem aerem in ea ingreſſus anhelando attraxerit, is peſte ſolus necari poterit, aer ille vnico homini effectum ſignat, quemadmodum teſtificatur Albertus Pataui vni foueam fodienti contigiſſe. Hoc idem anno 1550. Sbacii in menſe Maii tres argenteorum cuniculorum effoſſores in cuniculum quendam meantes illico ex fœtore quodam perierunt. Ille tamen morbus peſtilentialis proprie minime nuncupandus eſt, quia non inſequitur peſtem proprie ſumptam: quamuis enim aer particularis alicuius loci ex aliquo cadauere infici poſſit, & infectus aliquem hominem ibi commorantem inficere valeat, illa tamen illius aeris infectio ex medicæ artis cultorum documentis peſtis propria non dicitur, neque morbus peſtiferus, ſed peſtis particularis, aut peſtis ſimilis nuncupatur. Cæterum tamẽ cum is, qui particulari peſte corripitur,

4. Met.

ripitur, aliis conuersetur, hanc aeris putredinem illis impartire poterit, ex hac simili peste eos affici; cuius exemplum sumi potest ex ea peste particulari, quam milites M. Antonini in se contraxisse legitur, quod cum milites in Seleucia Syriæ ciuitas, iuxta quam Orontes affluit amnis, Auidii Cassii arculá auream in Apollinis inuentā reserarent, atque perscrutarentur rerum preciosarum, quas sperabant in ipso reperiri posse, gratia, nam istum spiritum haurientes peste conflictati sunt, quæ primo in eius regionis habitatores inuasit, deinde in reliquos Asiæ, tum in Græcos, postea in Romanos, in quorum regiones non tam contagio serpsit, quam aer pestilens: at quia hæc sunt pauci momenti, hoc loco pertranseo. Ad rem ergo inconsultum haudquaquam videretur, si huic pestis descriptioni hęc verba adderentur, scilicet, *sua vi venenata plurimum necans.* Nam sunt nonnulli epidemiales morbi, qui verè epidemiales & pestiferi minime nuncupandi sunt, nisi sua venenositate animantia perdant, vnde Auicen. *3. primi cap. de altoin.* in illud diffiniens, altoin in proprio significato, scribit esse apostema perniciosum propter conuersionem materiei in substantiam venenosam, quę corrumpit membrum, & alterat calorem eius, quod sequitur ipsum, & quandoque resudat san-

Altoin.

O gui-

guinem, & virus, & ſimilia his, & adducit qualitatem malam ad cor ex via arteriarum, &c. & infra: *altoin multiplicatur in peſte.* Verum *prima quarti*, vbi agit de febribus peſtilentialibus, nullam de huiuſmodi venenoſitate mẽtionem fecit, omnia hæc in putredinem reſoluens: Sed cum illæ febres ſint plurimum interficientes, & in pauco tempore, non autem ita aliҿ febres putridæ, ſicuti cauſones, & ſynochҿ, in quibus materia propinqua cordi putret, exiſtimandum eſt, in illis eſſe aliquem venenoſitatis modum, ſicuti alicuius proprietatis pernitioſæ. Et eo magis, quia illҿ febres peſtiferæ ſatis mites ſunt, quoad qualitates manifeſtas, quia oportet in formas occultas has mortes tam feſtinas & vniuerſales reſoluere, & proprie, cum non videatur aliquando in pulſu, neque in vrina, neque in anhelitu alteratio notabilis, hoc enim accidit, cum ſubſtantia aeris ſit mutata, & tandem æger tendit ad mortem. Iuxta Auicen. *c. proprio de ſignis febrium peſtilentialium, iuxta finem*: peſtis dupliciter humana corpora depaſcendo corrumpit: vno communi modo, ſcilicet febre, & apoſtemate, alio autem modo licet raro, febre & ſputo ſanguinis. De hac autem peſte, cum ſputo ſanguinis hoc loco pertingere ſtatui.

CAP.

CAP. II.

De Peripneumonia pestifera cum sputo sanguinis.

IMmane ac horrendum pestis hoc genus cũ sputo sanguinis, Anno à nato Christo 1348. tempore Martiniani Imperatoris Orientales, Occidentales, Europam denique totã, quinque annos nonnulli peritissimi viri, qui tunc tempore, degebant, inuasisse testantur. De quo etiam Hieronymus Fracastorius vir singularis eruditionis in eius syphilide sic canit.

Bis centum fluxêre Anni, cum flammea Marte
Lumina Saturno tristi immiscente per omnes
Auroræ populos, per quæ rigat æquora Ganges
Insolita exarsit febris, quæ pectore anhelo
Sanguineum sputum exagitans (miserabile visu)
Quarta luce frequens fato perdebat acerbo
Illa eadem Assyriæ gentes, & perfidos, & quæ
Euphratem: Tigrimq; bibunt, post tempore paruo,
Corripuit, ditesq; Arabas, molemq́; Canopum.
Inde Phrygas, inde & miserũ trans æquora vecta
Infecit Latium, atq; Europa sæuiit omni.

Orientales in primis depascere incœpit, & eius continuo more procedens inolescens omnes fere vsque ad occasum rapuit. Referuntque temporibus, memoralibus tam di-

Immanissima pestis qualis à nullo vnquam fuit descripta.

diram mirabilem pestilentiam, tam in malitiã comparabilem alteram extitisse nullam, ac non tam horrendam luem conscripsisse Galen. & Thucydidem vel Auenzoar, neque huic illam famosam ciuitatem Craton pestẽ comparandam esse, quoscunque qui sibi obuii fiebant, non duntaxat ex mutua consuetudine, aut ex propinquitate, aut ex contactu, verum etiam affectorum oculis sanos aspicientibus in eos miseros mortales crassans necabat. Quo horrendæ pestis genere mortales omnes tantus inuasit terror, quo omnes mutuo se deserebant. Quamobrem sine assistentibus ægri destituti moriebantur, ac non duntaxat sine sacerdotibus, sed vix sepeliebãtur. Tanta fuit huius insatiabilis beluæ immanitas, ac sæuities, vt ab oriente vsque ad occasum mortalium decimã partẽ vix superstitem reliquerit, quotquot rapiebat, tot necabat. His artibus, his gliscentibus insidiis generi humano insidiabatur, cum in vná regione grassabatur, primis duobus mensibus febre indesinente sanguinem cõspuentes, ac vehementer anhelitus difficultate laborantes homines secundum situm aliquem iacere minime poterant, sedere vero assidue cogebantur, tanta erat anhelandi impotentia, qua bibere, cibum ingerere vix poterant. Infra tres dies irremiserabiliter occidebat, prostrati

ti

ti hinc inde ducebant corpora, vehementi rubore ſplendebant genæ, tuſſis valida in primis ſine ſanguinis ſputo eos cruciabat, deinde paulo poſt cum pauco ſanguinis ſputo, poſtmodum ex tuſſi maior ſanguinis quantitas expuebatur, pulſus eorum erat diſſimilis. Poſt hos autem duos menſes febre indeſinente cum ſanguinis ſputamine, exanthematibus & abſceſſibus extima occupantibus, breui, aut infra quintum diem omnes fere interimebat. Quamobrem ſi qui hoc dirum peſtis genus in mente ruminant, ab huius exordio ſæculi in tanto temporis curriculo vſque in hunc hodiernum diem nullum tam dirum peſtis genus huic comparabile eſſe, neque fore, nec illud, quod ciuitatem Cratinã, nec illud, quod ſcripſit Auenzoar. Nec illud quod Æthyopiæ mortales, inde ad Græcos translatum, deuaſtaſſe memorat Auic. huic cum ſanguinis ſputo æquiparari fatebuntur, ſimile fere peſtis genus, ſed non tam ſæuum Galen. *in* 5. *Meth. med.* deſcripſiſſe videtur. Vbi refert ex peſte in aſperæ arteriæ interiore tunica de ortu vlcere, & de eius pulmonum in ea peſte exanthematibus.

CAP. III.

De caussa huius pestis.

TEstatur Guido de Gauliaco, quod in aliquibus partibus ita tenebatur, quod Iudęi venenassent totum orbē terrarum. Quare ab illis Iudæi occidebantur, huc illuc Iudęi cursantes in ciuitates, in rura ingredi non admittebantur, nisi optime noti fuissent, cūque admittebantur, si pulueres, electuaria, vnguenta, & similia medicamenta penes Iudæos reperiebantur, à portarum ciuitatum rurum custodibus ea mandere, ingerere, cōpellebantur. Nonnulli tam immanis pestilentię Saturni, Iouis, & Martis in domo octaua in Aquarii signo, & in oppositione Leonis anno 1345. die vigesima octaua Martii Conuentum in caussam extitisse autumant, cum maiores conuentus admiranda, & valde horrenda, & regnorum mutationes, prophetarū aduentus & maximos & pestiferos morbos (quemadmodum Astrologi sentiunt) minātur. At cum sydera huiusmodi in signo humano tunc coiuerant, immane, ac in mensura in humanam naturam talis conuentus direxit, & cum ista sydera fixa fuerint, coram vires diutius propagatura insinuabant, quod postmodum effectu euenit. Quamobrem ex his suborta pestis, quę oriētales in primis occi-

ci-

cidendo invasit, sicque serpendo, necando, quinque annis vires suas extendens in occidentales tandem grassata fuit: Hæc illi, qui tũc degebant. Cæterum huiusmodi pestis genus, quid nominis sit, à nullis hucusq; descriptum reperii, ego autem ex eius symptomatis peripneumoniam pestiferam hoc pestis genus nuncupare auderem, cognitis eius symptomatum causis: an recte sentiam, vnusquisq; iudicare poterit, cum huiusmodi syderum conuentus in aere venenatum pestiferum virus impresserit.

Cap. IV.

De causis febris in hac peripneumonia pestifera.

AEr is putris in pulmones inspiratus cor eius mala & viciata puri qualitate corripiebat. Spiritum in primis inquinans, humores inde putrefaciens, eosque adurens, ac per adustionem incrassans, tanta erat putredo in aere, qua non solum cor aut eius substantia putrescebant, sed pulmones etiam ita inflammabantur pariter. In eisque eam vim veneficam sigillans, per cordis, & pulmonum capsulas permeans, his humoribus ita veneficis putrescentibus in præcordiis febris pestifera suborta fuit.

CAP. V.

De causis difficultatis anhelitus in hac peripneumonia.

HOrum autem humorum putrium copia in pulmonibus accumbẽtium aspera arteria,& quæ ex ea in pulmones distribuuntur propagines omnes augebantur, & extendebantur, qua de re anhelandi impotentia suboriebatur.

CAP. VI.

De caussis tussis.

CVmque febre indesinente flagrantibus inquinatis humoribus eorum pulmones exuperassent, incendio æstuque pulmones adflictari cogebantur,quo fiebat, vt tussi inprimis sicca cruciarentur,& expolluti erodentis acris sanguinis copia vlcerosa in pulmonibus exanthemata gignerentur, quibus inde tussis cum sanguinis sputamine subsequebatur. Quamobrem ex indesinente febre, & anhelandi difficultate, ac ex tali sanguinis sputo iam mihi constat hunc effectum pulmonum phlegmonem, quæ dicitur,apellari posse. Mutuatur enim ex Galen.in 2.*meth. med.*peripneumoniam pulmonum phlegmonem esse, & in *libr.de definitionibus Medicis* peri- *Cap.12.*
pneu-

pneumoniam esse pulmonis phlegmonem cum febre acuta, & spirandi difficultate, & ex *4. de locis affectis: Igitur quando cum spirandi difficultate, cui & angustia, & grauitas, coniunctaq; acuta quoq; febris inciderit. Is affectus inflammatio pulmonis est: at si intolerabile fuerit incendium, angustiæq; vero grauitatisq; minus, erysipelas ipsum vexare censendum est*, & ex Dynadiis Peripneumonicis pulsus est validus, spissus; quando ad periculum deuenerit, pulsus fit tardus, veluti non apparens, & formicans, & ex *lib. 4. de causis pulsuum*, peripneumonicorum magnus est pulsus, languidus & mollis, quem in hoc pestis genere talem Guido de Gauliaco extitisse testatur. Quamobrem non admirandum erat, si huius pestis principio huiusmodi exuperantibus veneficis humoribus subito in præcordia detrusis, ac ibi decumbentibus peribant. Tanta & repentina erat in præcordiis eorum copia, & venefica malitia, quibus virtus resistere nequierat, Dicebat Gal. *in tertio de Crisibus, moriuntur autem in principijs propter subitum ad interiora motum, veluti suffocata atq; extincta natura non aliter, quam si lignorum viridium aceruum super flammas conijcias sic in augmentis plerunq; moriuntur.* Et *in 10. meth. med. si cum eiusmodi febri à corpore momentanei membri phlegmone sit coniuncta, omnino morietur æger: magis id certum est, si pulmonis vel membrana, quæ*

Cap. 9.

Cap. 12.

Cap. 9.

Cap. 5. circa finem.

costis subtenditur, vel ventriculi, vel iocinoris phlegmone sit, etenim quæ has partes phlegmone occuparunt, non modo ijs, qui tam imbecillis sunt viribus, sed etiam ijs, qui valentiores ipsis sunt, mortiferum esse solet, vnaq; salus tum pleuriticis, tum peripneumonicis, adde etiam synanchicis, id est, qui angina laborant est ipsum virium robur. Præterea dum ab initio huius immanis pestis generis vis venenat, validior fuerit, quæ, vt placuit Gentili in eius consiliis, & Guidoni ex proprietate potius syderali, quam ex aperta alia qualitate noxia erat, quoscunq; rapiebat, occidebat, sed postquam per tempus determinatum syderum conuentus ex eius vitiata proprietate vim veneficam in inferioribus imprimente opus eius expleuerit, desinente syderali actione, proprietas huiusmodi vires veneficas suas amisit, & tanto etiam mitius agebat, cum talis vis venenata tamdiu de corpore in corpus transiẽs, à natura partim, partim à probis humoribus pugnata, mitior ac benignior reddebatur. Quo fiebat, vt non duntaxat prosternere, verum etiam nec vitæ humanæ principia imbecillia reddere minime poterat. Quamobrem huius pestiferi virus eneruatis viribus, iamq́ue natura validior effecta, ad subascellas, & inguina, & secundum aures humores propellebat, eos, qui ab initio in pulmonibus illos æstuanter putrefacien-

ientes ex putre eorum ſanguine exanthema-
a gignentes, oraque venarum aperientes, vel
as erodente, tuſſim ac ſanguinis ſputum effi-
cientes, tandem necante accumbere ſole-
bant, his humoribus validiore effectu: nam
d alia prænotata loca, quam ad pulmones
perruſis, non omnes tam paſſim necabantur,
quamplurimi enim ſoſpites fiebant.

Cap. VII.

De præſagio futuræ criſis in hac peripneumonia.

HOc etiam loco nonnulla ex Galeno ſalutem præſagia mutuantur. *Quibus abſceſſus fiunt ex inflammati pulmonis morbis, circa aures & ſuppurantur, vel ad inferiora loca, & ad fiſtulam perueniunt, iſti euadunt, conſiderare autem oportet & talia hoc modo, ſi febris perſeuerauerit, & dolor non ceſſauerit, & ſputum non proceſſerit ſecundum rationem, neq; alui excrementa biliosa fuerint, neq; facile diſſolubilia, aut pura fuerint, neq; vrina plurima, & multam habens ſubſidentiam, reliqua autem ſigna ſalutem ſignificauerint, his oportet & tales abſceſſus futuros ſperare. Fiunt autem nonnullis quidem ad loca inferiora, quibus aliquid phlegmonis affuerit circa præcordia, quibuſdam vero ſuperioribus, quibus præcordia, & mollia, & ſine dolore perſeuerauerint propter aliquod tempus difficilem anhelitum habuerint, abſque alia occupatione quieſcent, & quid de tumo-* 3.de Criſib. cap.11.

tumoribus circa præcordia verba faciens: Ita, inquit, significant aut tumores in principio quidem mortis non multo post secuturæ periculum, si vero processerint vltra 20 dies, & febris & tumor non desierit, ad supputationem conuertitur. Fiunt autem his in prima periodo, & fluxus sanguinis ex naribus, & fortiter iuuant, sed interrogare oportet, an doleant magis in capite, aut oculi caligent. Si enim horum quid fuerit, ad eum locum repit. Magis tamen fluxum sanguinis è naribus expectare opus est in ijs, qui iuniores sunt 35. annis. Quicunq; autem mingunt vrinam tenuem ac crudam multo tempore, siquidem alia ipsis signa salubria affuerint, his abscessum expectare oportet ad loca, quæ sub septo transuerso sunt. De signis vero futuros abscessus indicantibus, *in loco prænotato*, inquit Galenus, *coniecturare autem in his oportet naturæ motum. Ad loca siquidem inferiora futuros abscessus ijs, quibus circa præcordia, aliquid phlegmones & caloris affuerit, quoniam huc repunt ij, qui peripneumoniam, humores efficiunt. Vbi vero non ad inferiora repant, præcordia quidem mollia, & sine dolo erunt semper, æger vero ad aliquod tempus sine occasione manifesta difficilem habebit anhelitum, & manifestum est, quia hinc abscessus subsequi necessarium est, hoc est, circa glandulosas carnes, quæ secundum aures existunt: statim enim in ipso & aliquod aliud signum aderit, quod ad caput significationem habebit, veluti grauis somnus & surditas repentina,* ac

In eodem cap. paulo infra.

præter rationem, aut grauitas capitis aut temporum, aut tale aliquid aliud.

CAP. VIII.

An pestis suboriri possit ex causa frigida.

QVidam ex frigiditate venenosa (quemadmodum cætera venena frigida) pestem interimere posse existimant, cuius vis venenata ab astris in aerem imprimeretur. Vnde Galenus memorat, *Vidimus enim quosdam, qui & literas & artem omnino fuerant obliti, imo nec propria nomina meminerant, cuiusmodi aliquid Athenis in peste accidisse memorat Thucydides: quosdam enim ex his, qui euaserant, & seipsos & suos ignorasse iam visi sunt, ex quo manifestum fit, & fatuitatem & obliuionem ex refrigeratione creari.* Hæc Galenus. Sed cum ex neotericis Medicis nemo sit, qui se illud pestis genus vidisse testetur, hoc loco de eo longiorem orationem non habebo.

CAP. IX.

De causis febris pestis, & hecticæ, & ephemerinæ pestilentialium:

FEbris putrida pestilentialis percipitur ab ægro, verum non perpetuo æqualiter, sed initio leniter, quod putredo nondum satis vires

vires magnas habet. Deinceps eius calor in visceribus inclusus intus vrit, foris vehemens esse non videtur. Quemadmodum testatur Thucydides de Atheniensi pestil. vbi scribit, corpus si quis ipsum tangeret, extrinsecus non valde calidum fuisse, cum interiores eius partes sic vrerentur, vt ægri neque tenuia vestimenta, neque lintea ipsis iniecta sustinerent, sed nudi cubarent, pulsus in hac febre, ac spirationes, sunt magni, crebri, celeres, non tantum pulmo pestilentem animam respirat, sed totum corpus per inuisibilia cutis foramina pestilentes halitus emittit, tumores in hac sunt priores, cum ex humoribus putridis oriantur.

CAP. X.

An pestis sit febris.

ORta est à veteribus auctoribus non parua altercatio, an pestis sit febris. Nonnulli enim pestem tantummodo febrem, quam dissimilibus symptomatum generibus consociari autumant, aliqui absque febre pestem fieri existimant. Quemadmodum elthohaim sine febre esse contingit, idque illorum iudicio vere pestis est, quod eo comprobant argumento; Galen, *in lib 9. de simpl. medic. facult, cap. de terra Samia, in fine*, vbi commemorat,

[..]at, *Porro in magna hac peste, cuius eadem facies* [..]*uit, atq; eius, quæ Thucydidis memoria grassabatur,* [..]*uotquot hoc medicamen bibere celeriter curati* [..]*unt, at quibus non profuit, omnes interiere*, scilicet [..]um nec alio quouis iuuarentur. Vnde colli[..]gitur, quod iis duntaxat non fuerit auxilio, qui plane erant incurabiles. Cæterum bibi[..]ur ex vino albo, consistentia tenui, modice diluto, si aut plane febri carent, aut leuiter ea teneantur; sin graui febriant, admodum aqueo. Non tamen calore vehementes sunt febres pestilentiales, & *in 3. de vulg. morb. Gal.* *pestis quoq; illa longißima, quæ nostra ætate vulgata* *est, per excrementa alui omnes prope peremit. Quæ* *euacuabantur, erat syntexis: Quod quidem esse symptoma videtur, in perpetuum febris, quam pestilen*[..]*tem priuatim vocitant, quæ cum mortales etiam ci*[..]*tra pestem corripit.* Item Haliabas *lib. 5. Theo. c. 9.* palam ostendit, complures morbos pestilen[..]tes esse, qui febris nullo modo censentur. Quamobrem colliquescere clarius videtur, pestem vere esse febrem, & in febris genere tantum concludi. Pestis siquidem proculdubio aeris putredine gignitur, qui Auic. sapientumque multorum clariori testimonio abunde & vbertim cordi aduenit, ob perpetuum pulmonis motum cordis refrigerio primum ancillantem, quo fit, vt ipsius humores ac spiritus imprimat, & putrescere cogat,

3. in 3. Epid. tex. 57.

quare

quare mox febrem efficiet, itaque ſolo febris genere peſtis continetur, febriſque tantummodo eſt, quam multiplicia & varia ſymptomata conſequi aſſolent, quod & ratione quadam comprobari poteſt, quoniam peſtilentem febrem duntaxat Auicenna peſtilentiam nuncupat, Anthracem vero & Althoyn cap. ſuo, in peſtilentia, & regione peſtilentiali crebro euenire, inquit, ergo Althoym peſtis non eſt, quia & in peſtilentia naſcitur ſæpius, atque interdum non peſtilenti aere gignitur. Quod ſi viſum ſit Antrace lædi, neque tamen febrire accidat, illam tunc peſtem pati minime arbitrandum eſt, quamquam tum facile, niſi quis opem medelamque præſtiterit, in illam caſurum tenendum eſt. Nam continua putris aeris ad cor immiſſio, maligni humoris vaporationem denuo communicat, valentior redditur, peſtemq; procreabit, enimuero rarius contigit, vt peſtilenti aere Antrax vel Althoym febrem præcedant, quinimo aſſidue ſubſequuntur, quemadmodum ſenſuum teſtimonio quotidie comprobatur; febribus namque peſtiferis biduo aut triduo mortales prius adflictari cernitur; poſt vero Antrax Althoym ſuboriri conſpicitur: quod Auenzoaris authoritate comprobari poteſt, qui *lib.3. eodem cap.* hæc ſcribit: *Ex his, quæ pluries & pro maiori parte vidi accidere in epidemia,*

emia, sunt febres putridæ, quæ lentæ in tantum esse identur, vt non percipiantur, nisi à Medico. Hæc le. Id quoque rationi omnifariam conue-it, quoniam copiosa putris aeris inspiratio d cor cumulatius peruenit, quare illius hu-nores ocyssime inficiet, ergo Althoym, uod pestem insequitur, creberrime pestis on est, Galenique sermo de bolo armeno, lteri de vulg. morb. nequaquam contrarius xistimatur, cum hoc loco Gal. propinet bo-um armenum sanis, qui sunt sine febre, aut um leuiter febriant cum vino diluto, cęteris ut vehementer febrientibus febre pestilen-iali cum aqueo, Rhases 17.9. *fin. cap. 6. Habe-nus ex experto, quod hoc lutum armenum conferat nirabiliter epidemiæ, cum datur in potu cum vino ubtili lymphato, si non adest febris, nunquam vidi liquem assiduantem ipsum, qui non liberaretur ab is auxilio Dei, & eius potentia.* Quo ad illud de ulg. morb. ita sentio respondendum, quod estis citra febrem, id est, perceptibilem, nortales corripiat. Quoniam, dicit Gal. *loco renotato*, quod non calore vehementes sint ebres pestilentiales. Reliquorum vero scri-ta sapientum sic intelligere par est, vt si dy-enteria, & id genus morbos pestilentes vo-ant, largius ibi pestem accipiunt, cum syno-ime peste & epidemia vtantur, cum tamen issimiles sint morbi, sed conueniunt, cum

aeris qualitate plurimum commutata exoriantur; aut veræ pestis symptomata morbi ipsius nomine vocitant. Concludendum itaque, pestem febrem esse cum putredine, vnde putris aer cor inficit, eaque frequentius remissi, & hebetis caloris esse deprehenditur, testibus Galeno *de bolo armeno*, Auenzoare *annotato nuperrimè loco*, Rhase *in eo ad Alm. tract.* 10.

Differentia inter pestem & pestilentialem febrem.

His patefactis, quod pestis sit febris, operæ pretium hoc loco esse existimaui, si perquiram, qualis differentia sit inter pestem & pestilentialem ipsam febrem. Nam febris pestilentialis bifariam intelligitur, vel quia malitiam pestis omnẽ habeat, ita vt publice grassetur, & vt plurimos necat, quemadmodum scribit Galenus *in* 3. *præsagationum ex pulsibus*, & 1. *de differ. febr.* quod febres pestilentiales talem malitiam habeant, qualem in peste. Proprium febrium pestilentialium est, vt putredo sit in corde, vel quia omnes pestis conditiones haudquaquam habent, sed vt dicatur denominatiuum secundũ suum participium, exempli gratia, ille dicitur vir bestialis, non quod ex toto cum bestia conueniat, at quia secundum aliquos eius bestialitatis mores particeps sit; pari modo febris pestilentialis dicitur, non quod omnes pestis conditiones habeat, sicuti vt passim grassetur, at quia ali-

quam

quam pestis vim malignam, ac prauum morem in se contineat, cum s. necat, ex hac nece, ex hac malitia, ex subiecto terminante, ex causis efficientibus, & à materiis putrescentibus cum peste communicat, attamen quamuis febris pestilentialis sit pessima, dummodo à cordis putredine ortum non habeat, non tamé incurabilis. Ex his itaq; hác pestilétialem febrem ita definiendam esse existimo, quod febris pestilentialis, cum ab ipsius cordis putredine oriatur, sit intemperies calida vel sicca præternaturalis, suborta vel ex putredine in cordis substátia, vel eius humorũ: Quo fit, vt ista febris pestilétialis ab aliis febribus putridis multifariá dissimilis sit. Quáuis n. conueniant in subiecto terminante; dissimiles tamen sunt caloris qualitate à toto genere, cum calor pestilentialium vix percipiatur, sed in putridis calor feruet; deinde febris pestilentialis ortum habet vel à putredine cordis vel substantiæ; sed putrida suboritur à putredine humorum extra cor, quamuis vapor in corde inde accendatur: possibile tamen esse potest, aliquam febrem pestilentialem ex humorum aliorum membrorum à corde distantium putredine pendere, cum in illis præsertim per cutanea spiraméta inquinato aere ad intima penetráte maxima facta sit putredo quę veneficos ac pessimos ad cor vapores dif-

Febris pestilentialis quid.

Differentia febris pestilentialis, & aliarum putridarum.

flaret, quo difflatu febris pestilentialis suboriri potest, sed vt talis febris nuncupetur pestilentialis, requiritur causa determinata, sed aeris corruptio non ita in reliquis. Insuper pestilentialis febris putredo est maligníoris & deterioris speciei, quam aliarum febrium putredo, & multotiens cum qualitate venenosa, non sic frequentius cæteræ; & cum sæuioribus symptomatibus cæteris aliis interficiens, requirensq; aliud ab aliis regimen ex fortitudine causarum imprimentium, quibus vna & eadem tempestate non sic ab aliarum causis animantia cuncta corripiuntur. Conuenire tamen possunt, cum ab humoribus ortum habent.

Febris pestilentialis species.

Ex his enim constat, quomodo febris pestilens sit similis & dissimilis pesti, & quomodo sit dissimilis febribus putridis. Reliquum est, vt perquiramus species febris pestilentialis, quæ videntur tres esse; vna sumitur à subiecto terminante, vt in ephemeris, putridis, & hecticis; secunda à causis efficientibus; tertia à materiis putrescentibus. Prima ergo species terminatur in humoribus & substantia cordis, tunc, cum ob putredinem in eis existentem cordis humores incaluerint: cum autem terminatur in cordis substantia, dicitur hæc febris pestilens hectica, & tunc non nisi cordis substantia laborat, & dicitur pestilens,

A subiecto terminante.

quia putredo est in corde, vnde Gal. *de præsagatione ex pulsib. Sicut putrida febris se habet ad pestilentem febrem, ita & hectica febris ad pestilentem, quoniam ab aere putrido in cordis substantia caliditas putrida facta est venenosa, aut in pessimam qualitatem venenosam mutata.* Et hæc ab initio pestilens effici potest, quemadmodum Gal. *in 3. de præsagatione ex pul.* testatur, vbi asserit, non paucas inde vsque ab initio hecticas pestilentes contingere, cum vero caliditas sit venenosa, figens se in corde, pendens à calefacto esse spiritum cum putredine pestilens ephemerina nuncupabitur febris, quę est secundũ plurimum mortifera ob venenosam sibi impressam malitiam, antequam noui succedant & corrumpentur spiritus: si autem causalitas fiens in corde pendeat, à calefacto esse humorum putridorum cum venenosa qualitate, humoralis nuncupabitur hæc febris pestilens, quæ est secundum plurimum. Cæterum licet ephemerina aliunde inchoet, in putridam tandem facilime transit.

Secunda autem species à causis efficientibus, talis est vel extrinseca, vel intrinseca; extrinseca tunc erit, vel medicamentum, vel venenum, vel cibus & potus, vel aer. *A causis efficientibus aer.*

De aere scribit Gal. de differẽtiis febrium, quod sæpe febres pestilentiales fiant ob extrinsecum aerem, & 1. *epidemiarum*, aer magna *Lib. 1. de diff. feb. c. 3. ab initio.*

est causa pestilentiæ, eo præsertim, cum aer alia extrinseca & vera putritudine putrescit, quemadmodum ex constitutione calida & humida, vt refert Galenus de temperamentis *ex 3. Epidemiarum.* Aer etiam ab aliarum qualitatum excessu alteratur, sed qualitatum conuariationes non faciunt pestem, sed epidemiales morbos, ceu vel ob nimiam siccitatem, vel nimiam frigiditatem, vel humiditatem, vel caliditatem, vel frigiditatem, & humiditatem, vel siccitatem & frigiditatem, vbi enim varii & dissimiles sunt aeris excessus, pariter quoque dissimiles morbi suboriuntur, cum præsertim vniuersales sint, & vniuersales habeant causas, vnde fiunt morbi epidemiales secundum aeris excessum proportionati, quos describit Hippocrates in tertio aphorismo: *Si calidius & siccius ver fuerit, fient dysenteriæ, & similes: si vero constitutio frigidior pituita multa colligetur: si calidior & humidior, tunc suboriuntur febres pestilentiales:* aer enim inspiratus magna est occasio, qua inducitur febris pestilens, ex1 ficciori etiam aeris constitutione quamplurimi morbi epidemiales & non pestilentes fiunt, quoniam aeris siccitas putredinem in corde non gignit, sed humidæ constitutiones, cum ab humiditate putredo suboriatur, à qua febres pestilentiales, & pestis ortum habent, quamuis

Sect. 3. aph. 12.

tiis ex calidiori & humidiori aeris constitutione non duntaxat pestis fiat, verum etiam cum aeri aliquis pollutus putrescensque vapor commisceatur, quemadmodum hæc omnia in superioribus prædeclarata sunt, & ideo hæc breuiter hoc loco pertingere volui.

Secunda causa extrinseca venenum est potissimum ad febres pestilentiales, cum tale sit venenum, quod paulatim putredinem facit, & quanto longius in corpore manet, tanto maiorem efficit putredinem, vel in cordis substantia, vel in eius humoribus, de quo Galenus 3. *de simp. med. facult.* scribit, sed non quale. *Venenum.*

Tertia extrinseca causa est cibus & potus, quia cibi aut corrupti, aut humidi sunt; qui autem corrupti sunt, sicut triticum, milium putrefactum, de quibus Galenus *in lib. de cibis boni aut mali succi*, testatur fuisse in Asia pestilentia, cum homines putrefactum frumentum deportassent, in febres pestiferas recidere fecerunt, idem vinum corruptum, vel cibus humidus, de quo Galenus *secundo de victus ratione, de cucumeribus*, quod, etsi bene, & in omnibus fortioribus coquantur, malum succum generant, & euidens, quia humores putrescunt, cum facile putrescant, cui subscribit Aetius *in sermone primo*, ob cucumeres, *Cibus & potus.*

quidam ipsos concoquunt familiaritate quadam naturæ ad ipsos, & vbi in hoc confisi secure eos ingesserint, ignorant, quod temporis progressu vitiosum & moderate crassum succum, ex ipsorum esu in venis coaceruarunt, qui sane succus vbi putrescere inceperit, febres malignas inducit.

Causæ intrinseca. Causæ autem intrinsecæ febrem pestilentem efficientes sunt illæ, quæ à putridis sumuntur in corde humoribus, quod putres fiant non qualibet putredine, sed ea, quæ ad certam venenosam qualitatem deueniat, de qua mentionem facit Galenus *in 6. de locis affectis*, vbi de corrupto semine loquitur. *Cap. 6.* Ita, vt putredo ad talem malignitatis gradum deueniat, vt quamprimum, cum accedit ad cordis humores, statim eos corrumpat, & fiunt febres pestilentiales, quas nõnulli tenent, quod præter qualitates manifestas occultas etiam habent. *Cap. 4.* Quemadmodum inquit Galenus 3. *de præsagatione ex pul. contra Archiginem*: *Eorum qui nihil docent, duplex est institutum; quidam ad proprietatem, quæ exprimi nequeat, confugiunt; alij proferunt quidem nomina, tamen nec quæ significant, obseruant, nec quam illis significationem attribuant, interpretantur*: occultam autem qualitatem nil aliud credendum est esse, nisi vehementem putredinem, quæ ipsos cordis humores putrere facit. Quo

fit,

sit, vt sit symptomatum omnium caussa, quæ tanta & tam magna putredo cordis humores adeo disponit, vt acquirant vim quandam venenatam, vnde talis qualitas putredinis, quāuis videatur occulta, tamen manifesta existit.

Caussa ergo febris pestilentialis ephimerinæ est illud putridum calefactum esse spirituum, cum forma venenosa ex magna putredine in spiritibus impressa sit.

Caussa hecticæ febris pestilentialis subsequēs est caliditas ex magna putredine facta in cordis substātia, aut fuit calefactū esse humorem aut spiritum, aut non habet, neque habuit caussam subsequentem, sed caussam dūtaxat primitiuam, quæ ex magna putredine venenosam caliditatem impresserit, donec fixa fuerit. *Caussa febris pestilentis Ephemeræ Hectica.*

Caussa autem febris pestilentis præcedens est præsertim cordis imbecillitas, cuius imbecillitatis caussis iam commemoratis putrentibus resisti nequit, ad hoc faciunt meatuum, & cutis lata spiramenta, quibus aer pollutus facillime p̄meat, plethora, cacochymia, praua victus ratio, & reliqua annexa, & proprie aere inquinato, aut venenoso, cum sit omnium morborum pestilentialium potissima caussa, qui inspirando & respirando per arterias, & per lata cutanea spiramēta ad cordis sedem cum diffundatur, & per ea attrahatur *Caussa febris pestil. præcedens.*

tur,quo ſpiritus & humores, à corde diſtantes in primis inficiuntur & tandem ea,quæ in corde continentur.

Cum harum febrium peſtilentialium cauſæ ſubſequentes ſint humores aut humiditates putridæ,venenoſæ,cum vaporibus inde eleuatæ putrentes,in corde,vel in contentis in eo,quamuis etiam humor venenoſus à corde diſtans in præcordiis,vel in venis, vel in arteriis maioribus accumbens putridam fuligině ad cordis contenta difflans peſtilentialem febrem efficere poſſit,quę cum contingat, hęc minus maligna erit,cum participaliter putredo non ſit in corde: Humores ergo putreſcentes febres diuerſas faciunt peſtilentiales, cum humores in corpore diſſimiles ſint,diuerſi ergo humores diuerſas febres peſtilentes faciunt, tunc & contingit,quod vnus ex his humor citius altero putreſcit,vt Galen.*in* Cap.6. *1. de differentiis febrium* inquit, quanto enim magis ſubiectum præparatum ad putredině fuerit,tanto citius agens putrefacit, & ita fit peſtilentia, vt in febribus cutis diuerſimode commaculata,&periodi humorum dominiũ putreſcentium in principio indicant, in aliquibus bilem,in aliquibus atram bilem, in aliquibus pituitam,quamuis tales humores in venis putreſcant,cum autem ad augmentum febres peſtilentiales deueniant, nec periodi

nec

ec humorum dominiũ videbuntur,ſed tota nguinis maſſa iam putruit,ſic ad huiuſmodi utredinem totum cõſpirat corpus, tunc ex-ectanda non ſunt humorum ſigna,nulla alia utrida febris in venis & ſanguine putredi-em habet,niſi hæc ſola peſtifera,bene quod anguis putreſcit,Gal.2.*de criſib.2. de differentiis ebrium*,vbi inflammatio eſt in loco certo in-lammato,& non in venis,ſed non videbitur ebris ſanguinis à putredine in ſanguine , ita-que humores,qui in tali febre putrẽt,vt plu-rimum ſunt ſanguis, cum de eo in corde ma-xima reperiatur quantitas,deinde bilis in pul-mone pro ipſius nutrimento reperta, poſt-modum pituita,quæ enim in humano corpo-re poſt ſanguinem ſuper alios humores mul-tiplicatur,poſtremum atra bilis.Hæc tantum peſtilens febris ab humorib. mixtis crebrius pendet,in quibus ſanguis dominatur,ſicut e-nim humores ſunt mixti, ita in quib. ſanguis dominatur,ſicut n. humores ſunt mixti , ita mixti putrent,quod enim tangitur à putrido, putreſcit,eo tunc magis,cum illud putridum eſt vehementis impreſſionis , hi autẽ humo-res ſecundum plurimum ſunt aduſti.

Signa corru-pti ſangui-nis.

Poſtquam iam peſtem,aut peſtilentem fe-brem graſſari cognouerit,tunc ſibi in primis perquirendum erit,quiſnam ex his humori-bus primo pollutus ſit.Nam ſi corruptꝰ fuerit ſan-

ſanguis, illius initium hæc indicabunt: ſcilicet ægri temperamentum ſanguineum, annique conſtitutio, veris præſertim, victus ratio ſanguinem aceruans, cutaneæ maculæ, abſceſſus rubor, rubedine quadam purpurea in fuſcum tendente, vrina rubea, craſſa, febris concluſa nullam habens exacerbationem, inquietudo, angustia, vigiliarum instantia, quibus inde ſubeth ſuboritur, caliditas carnis humida tactu percepta, ſuauis dulcedo, quæ omnia ſanguinis dominium atteſtantur.

Humoris biliosi. Cum humoris biliosi putredo eſt in cauſſa, hæc tunc indicabunt temperamenta bilioſa, tempus anni, ſcilicet æſtas, victus ratio bilioſos humores aceruans, abſceſſus citrinitas, vel ſubrubedo rubore citrino, vel liuor, huius coloris cutaneæ erunt maculæ, febris, quę licet indeſinens ſit, de nocte tamen magis, quã de die affligit, aliquis tamen exacerbationis modus apparet de tertio in tertium, diuturna vigilia cum anguſtia, inquietudine, & alienatione furioſa, febrilis, caliditas ad tactum aliquo modo mordax, niſi ſudor eam mitem fecerit, oris amaritudo, bilioſus vomitus, & egeſtiones bilioſi humoris, vrina citrina.

Pituiſi. Cum vero peſtiferi morbi in pituitoſo impreſſi ſint, hæc inſinuant ſexus, anni tempus, ſcilicet hyems, victus ratio pituitoſos humores coaceruans, abſceſſus albedo, vrina aquoſa,

,tenuis,cruda,ſpiſſa,craſſa non tincta,febris
dies exacerbans,ſomnus profundus,immo
ubeth leuior præcordiorum anguſtia,mitior
quietudo reſpectu præcedentium, ſitis re-
niſſa, egeſtiones pituitoſæ,ſudor prauus, &
ebris quamuis indeſinens,tamen periodum
uotidianam magis habebit.

Cum inſuper ex atra bile eueniant, hæc *Atra bilis.*
emonſtrabunt temperatura melancholica,
empus anni, id eſt, Autumnus, victus ratio
tros ſuccos procreãs,abſceſſus vel cutis ma-
ularum nigredo,aut cineritius color, vrina
enuis,aquoſa,vel ad nigredinem tendens,&
um hæc febris dat inducias, videtur magis
xacerbare de quarto in quartum,vigiliæ au-
em magis & minus multiplicantur, ſecun-
lum maiorem & minorem atrę bilis aduſtio-
nem,ſomnia horribilia ſcilicet mortis, & re-
um nigrarum perterrefacientium alienatio
uriosa.

Si autem talis putredo ſit firmata in hu- *Humorum*
moribus præaſſatis,hæc indicabunt caliditas *praaſſatorũ.*
ad tactum aeris,mordax,aut minus incenſa,&
mordax ſecundum maiorem & minorem
humorum præaſſationem,ſitis,ſudor minor,
quam in aliis,lingua arida,nigra, vomitus, &
egeſtiones nigræ,aduſtæ,inſuper ex humori-
bus compoſitis æqualiter, aut inæqualiter,
hęc euenire ſæpius contingit.

Signa,

Signa, quæ ſpeciem, & tempora ſingula pestis, & eius febris curationem & cruditaté, criſim futuram, vel mortem, vel ſalutem diſcernunt, & indicant, hoc loco mihi occurrũt excurrenda. Signa ergo ſunt vera ſymptomata, quæ morbum conſequuntur, quod præter naturam corpus male afficit. Tria enim ſunt præter naturam, cauſſa, morbus & ſymptomata, quæ cauſſas, ægritudinem & morbos conſequuntur, vnde Galen. *lib. de differen. ſymp.* vti vmbra corpus, ſic morbum ſymptomata ſequuntur, dicuntque euentus accidentia: ſi vero ad cauſſas, & ad morbos referãtur, ſigna, notæ, indicationes appellantur. Si ergo talia ſunt fons ſignorum, oportet in cauſis & morbis exerceri, cum tales cauſſæ corpori accedunt, quæ accidentia parere ſoleant, ex Philoſophia, & medicina percipientur, vbi talis morbus, talis cauſſa, qualem effectũ producit verbi gratia: Nam omnes non ignorant hãc eſſe ignis naturam, cum ardet, fumum ac flãmam facere, & cum fumus videtur, omnes dicunt, ignem ardere. Quare inprimis nobis in vniuerſalibus exercendum erit, poſtea in particularibus vnde dicemus peſtem, ſiue febré peſtilentialem in cordis ſubſtantia, vel in eius ſpiritu, vel in eius humoribus putredinem eſſe: vbi talis putredo ſit in cordis ſubſtantia, aut in eius contentis, talis febris erit cognita, nam

Gal. lib. diff. ſymp. c. 1. Cap. 1.

nam rei perito inde ad alios euentus diſcurrere non erit difficile, immo tunc omnes à corde venientes operationes ſequentur deterrimæ, quod per ſingulas corporis partes calor diſtribuitur: vbi enim putredo ſpirituũ fontem occupauerit, nō ſolũ virtutes vitales reddentur deterrimæ, verum ét, & animales ac naturales immo corruptę: vera ergo ſigna per horum ſingulum genus ſumenda, diſcurrere oportet. Quoddam autem eſt genus virtutum animalium, vitalium, & naturaliũ; vbicunque hę tres lęſę, vel aliqua iſtarum vel omnes, vel plures corruptæ fuerint, harũ mẽbris detrimentum ſubſequitur. Primus ergo ſignorum fons eſt membrum læſum, cuius operationes lęſę ſunt, & è contra: ab hoc igitur fonte exordium ſumatur, animales vero facultates in cerebro intrinſece, quę propter cerebrũ cognoſcitiuæ ſunt, quę vero propter cerebrũ ſenſus exteriores, cognoſcitiuæ ab imaginatione & memoria ſunt. Si in his febribus quandoq; peſtilentialibus læduntur, inprimis ſi fuerit æger prudens, tunc, vt puet pręinſenſatus efficitur, ac ſicut fatuus, & quia putredo eſt in corde, ex quo ad cerebrum calor eueniat præternaturalis, animales facultates bonę eſſe non poſſunt, vnde æger nō bene diſcurrit, vnde langueſcũt ſenſus exteriores: inter cæteros, v. ſenſus tact⁹ labat, ita hebeſcit

Primus ſignorũ fons.

vt

vt nihil ſentiat,& ſi doleat,dicit ſe ſanum eſ-ſe,ita æger eſt obtuſis ſenſibus,vnde Hippoc. quicunq; aliqua parte dolent, & non ſentiant, his mens ægrotat. Si vero à bile ſuborta fuerit talis putredo,fiunt furioſi,mordent,vt canes,inſi-liunt:Si vero à craſſis humoribus,Cataphorici fiunt,immoti ſegneſque & ſemimortui:Omnia iſta ab vna radice, cum ſpiritus animalis putreſcat.

aph.6.

Cum vero putredo in ſubſtantia cordis contineatur,tunc hæc febris hectica,peſtilés, nullos in corpore facit tumores,cum hæc ſola ad habitum duntaxat in corde perducta ſit, æger non ſentit eam habere,cum ipſa perpetuo ſui ſimilis ſit,& cum natura huius febris acceſſio nulla ſit,neque magis corpus incaleſcit,nulluſque conſiſtit calor,nullaque ſequitur remiſſio. Quare æger negat ſe febrire,pectus,cum quis manibus tangit,caloris & acrimoniam & ſpeciem percipit,arteriarumque pulſus non maiores & crebriores,quam eſſe ſolent. Sed tantummodo celeriores, & imbecillos, vt omnes ſunt, qui corporis ipſius intemperiem conſequuntur, is enim ducit crebros, magnos, & celeres ſpiritus & tales emittit,vt quandoque febrem æger non ſentiat,tamen cor,quod ipſum putredine ſit infectum, angoribus affici ſentit, & vires imbecilles fieri, eiuſque pulmo peſtilentem ani-

Signa peſtilẽtis hecticæ. Gal.lib 3. de præſag. ex pulſ.c.2 in fi.

animam reſpirat, quam fœdi eſſe odoris aſtã-tes, & aſſiſtentes omnes ſenſu percipiunt, color oris partium pallore mutatur, qualis eryſipelatis, vel ſacro igni; vrinæ ſanorum ſimiles ſunt, oculi rubent, in vrinis quandoque quædam, quæ mortem denuntiant, ſubliuida innatãt, vel ſimilia latis araneárum telis, quarum aliæ ſuper alias lanarum inſtar iniectæ ſunt, aut prorſus nihil innatat, vel in eis ſubſidet, quod ſpem vitæ oſtendat, vel mortis periculum portendat. Hic autem è tenebris quæritur cauſa, quare in hac hectica peſtilente non videatur nec calor, nec pulſus mutatio à naturali? Nonnulli ex neotericis exiſtimabant, cum viderent, quod nulla, aut parua in pulſu, in odore, aut vrina facta mutatione, tam merito qualitatis manifeſtæ, quam occultæ ad mortem æger tenderet, hanc eſſe cauſam, aut quia materia non adhuc exiſtens maligna breui ad malignitatis gradum intenditur ſufficientem occidere; aut quia ad putredinem verſus cordis regionem materia noua, ſcilicet venenata, quæ antea erat quieta, moueatur; aut extraneam materiæ malitiam & venenoſitatem virtus percipiens quieſcit, latet; & non mouetur, cuius quiete mitiora videntur ſymptomata, tandem, quam primum ad miſerabile, & immane duellum natura violenter concitata ſuccumbit, & illico æger

Cur in hectica peſtilente nulla videatur mutatio pulſus aut caloris.

co æger moritur Sed mihi huius causæ indagatio magis arridet, cum putredo sit in cordis substantia, tunc fit intemperies æqualis calida, quæ tamen non percipitur, neque ab ipso ægro, neque à Medico, cum calor ille factus sit æqualis, quo fit, vt non mutetur, neque calor neque pulsus. Vnde Galenus vbi loquitur de febre pestilétiali, in hectica, cum dispositio sit in cordis substantia, statim dispositio per vniuersales corporis partes distribuitur, quia facta est æqualis dispositio per totum percipi non potest, quia id, ꝙ percipitur, tanquam extraneum corpori occursat, ꝙ factum inæquale cum sit, sed non simile, vbi enim alteratio facta non sit, non fit aliquis sensus, ita non mutatur neque pulsus, neque calor. Quare Gal. *in 3. de præsag. ex pulsibus* admonet, quod vbicunque in cordis substantia adest putredo, statim deficit calor, virtus, & spiritus, cum non possit spirituum multitudo generari, nec caliditas secundum naturam, fit tamen maior calor, quoad qualitaté; sed minor, quoad substantiam, cum calor non possit per corpus diffundi, refrigerantur partes, quia non potest distribui quantumlibet in se reuocet corpus frigidius, sed quia calor secũdum substantiam calefacere non potest, calefacit autem secundum qualitatem, vnde similis naturali videtur, ac si caliditas, & frigida res immi-

Cap. 2. in fin.

commiſcerentur, tunc caliditas videretur ſecundum naturam eſſe, vnde talis calor maior, quam antea, non percipitur pulſus, eadem etiam ratione naturalem non excedit. Nam non extenditur, quia non adeſt virtus, tamen quoſdam motus ob neceſſitatem facit, qui cũ naturales apparuerint, violenti tamen ſunt, & hæc eſt cauſa, cur ſecundum ſanorum pulſus eſſe videantur. Pariter vrina ſecundum ſanorum naturam eſſe apparet: Nam cum putredo ſit in corde, natura imbecillis excrementa non propellit, vnde vrina ſubtilis remanet. *Cur vrina ſanis ſimilis.* Quamobrem cum hæc eueniunt, naturæ administrator Medicus, vt ægro rectam opem præſtare queat, quamuis nec calor, nec pulſus, nec vrina à naturali diſpoſitione ſint mutati, omni ſtudio, ſolertique diligentia examinet, an ægri anhelitus fœtet, an materia, quæ expuitur, ſit à naturali alterius coloris, an alui excretiones fœtidæ, an vrina multa, craſſa, & aliquando tenuis, & aquoſa, & vt plurimũ ſit ſimilis vrinæ ſanorũ, & ſi in ea nebula, nigri coloris, hypoſtaſis aurẽ liuidi, aut ſi ſint diuulſæ, & permixtæ, ſicuti farina ſparſa, aut ſi eſt prauorũ excrementorũ alui pfluuiũ, in ore, ſi aliq̃ eius partes aliquo liuore, aut colore ſint eryſipelatis aut formicæ ſimilis affectꝰ, aut in morbi initio extiterint in eo fiſſuræ, & pectus calidũ, ſi nõ poſſũt erigere collũ, an

oculi decuruati, turbidi, torui, ob ſpirituum aduſtionem, & paucitatem, liuida facies & Hippocratica, an dum cumbunt, ſine pudore coram mulieribus, an culcitras eleuant, oſtendant pudenda, tunc non apparent cutaneæ maculæ; quia virtus eſt debilis, aut cum maculæ apparent, ſtatim retrahuntur, quoniam extra venas materia apparet, & diſſoluitur; ſubnigræ ſunt peſſimæ, poſt autem mortem maculæ magnę nigræ in dorſo apparent, ac ſi fuiſſet fuſtigatus, quia ob caloris mortificationem, talem colorem ibi ſanguis craſſiſſimus præ ſe fert.

Signa putredinis in cordis contentis

Cum autem putredo iam ſe contineat in cordis contentis, hæc ſigna eam in illis eſſe inſinuant. In primis, ſi ægri febre ſe correptos eſſe conqueruntur, & cognoſcunt ſe laborare febrili calore, attamen non tanto, quantum habent, tunc ſignum eſt putredinem eſſe in humoribus cordis, & quouſque febris percipitur, eo vſque putredo in humoribus erit, pulſuſq; non ita imbecillis fit, quoniam putredo non eſt in cordis ſubſtantia, in qua non percipitur differentia pulſus, natura iſta inæqualitate cognoſcit operationes interiores, vt intellectus; exteriores declinant, ad cataphoram, ſomnus etiam erit ſubeticus, aut phreneticus, cum vapores aſcendant cum ſpiritibus in cerebrum, qui ibi phreneſin effici-

ficiunt, vel coma, vel vtrumq; videbitur, quãdoque ad phrenesin, quandoque ad coma, in principio cataphora, & quousque hæc videbitur, indicabit putredinem contineri in cordis contentis, anhelitus erit creber, & potens, quia virtus non tam imbecillis est, caliditas insignis circa præcordia manu admota percipitur, igneum calor spiritum efflat.

Hoc nempe indicium in cordis humoribus putredinem esse insinuat, vrinæ turbulentæ crassæ visuntur, quia in tota sanguinis massa totus sanguis ebullit, nam ex hoc communis est fere error, cum conturbatas vrinas vident, nonnulli perterrentur, & aufugiunt; nempe male, quia quamuis tales vrinæ sint malæ, tamen minus malum est, vrinas conturbatas videre, cum significent putredinem esse in cordis contentis, quam videre vrinas claras, limpidas, tenues, quæ arguunt putredinem esse in cordis substantia.

Signa putredinis in cordis humorib.

Vrinæ cõturbatæ quid proprie significent.

Cap. XI.

De dignotione febris pestis.

NECESSVM est etiam in hoc loco ea symptomata, quę pestem indicant, & quę sequuntur, vna cum eorum causis perpendere, quoniam auxilia recte adhibenda veram causarum cognitionem præsupponunt. Iam ergo de-

go declaratum eſt, quomodo peſtis febribus ephemerinis, putridis, hecticis copuletur. Quæ cum ephemeræ coniuncta ſit, cæteris truculentior eſt, & citius interficit, quoniam in ſpiritibus ſiccis radicatur, eoſq; corrumpit, atq; conſumit, ſine quorum ſubſidio vita exiſtere nequit. In putridis etiam id contingit, cum furioſi febri coniungantur, velocius interimere, & cum calido humori adiungitur, quam cum frigido. & harum febrium dignotiones ephemerarum & hecticarum copioſe deſcribuntur *in primo de differentiis febrium*, & ab Auic. *in primo* 4. *&* *à Rhaſi* 10. *ad Alm.* Reliquum modo eſt, vt declarentur ea, quibus peſtem cum febre coniunctam exiſtere notitia haberi poterit, cuius peſtis dignotio quædam ſumitur à procatharcticis cauſis, quædã ab exeuntibus, quædam à ſubſtantialiter inhærentibus, quædam ab humoribus.

Dignotio autem febris peſtis à cauſis vniuerſalibus procatharctica à iam commemoratis oſtenſa eſt, quæ cum adſint, ex eis in omni ſubiecto affecto peſtis formidanda eſt, & maxime cum multiplicatur morbus ille, aut in regione, aut in ciuitate aliquem quotidie mordens, aut auferens, & præſertim ab eo, qui cum infecto conſuetudinẽ habuerit, aut praua victus ratione vſus fuerit. In præſenti vero inſtitutum eſt, ad dignotiones magis particulares deſcendere.

CAP.

CAP. XII.

De dignotione pestis ex vrina pestilentem affectum indicante.

EXEVNTIA in primis his præsentem pestilentem affectum indicabunt, quoties, qui pestifero morbo affectus fuerit, actione facultatis naturalis eius iocinoris & renum haudquaquam læsa (cum lotium à corde non decidat) vrinam sanorum similem excernet, vel hoc tunc etiam contingere poterit, cum in substantia cordis putredo sit, tunc vrina, quemadmodum prædictũ est, sana videbitur: Si autem putredo fuerit in contentis in corde, vel in præcordiis, membris naturalibus, tunc vrina subiugalis inspicitur, & cum natura vel temerario motu materiam congredi cupiat, quæ tamen materia, aut cor, spiritualia membra, aut cerebrum inuadat, tunc vrina fœtens, liuida, aquosa, palearis, nebulam habens eleuatam, & circulum liuidum in nigrum vergentem, excernitur. Cum autem ex morbi vehementia ac malitia calor naturalis extinguitur, tunc sine hypostasi & odore, liuens, palearis, alba apparet vrina. Cum a. ex materiæ adustione praua fit crisis, tunc ad nigredinẽ vrinæ color tendit; cum vero adhuc mala, tunc vrina clara, quæ inde statim turbida fit, excernitur. Cæterum tamen satius est,

cum vrina excernitur turbida, postea claram effici; Itaque ex his vrinis subiugalibus, aut sanorum similibus, aut fœtentibus, liuentibus, palearibus, cum circulo nigro, nec non ad nigredinem tendentibus, peste affectum esse indicatio vera assumi poterit.

CAP. XIII.

De dignotione pestis per ea, quæ per aluum excernuntur.

NEC non dignotio ex his, quæ per aluum excernuntur, affectus apprehenditur, cum in his ex imbecilli facultatis naturalis actione per aluum, non in excessiuo, nec frequenti modo, neque in quantitate, quandoque excernuntur humores, qui ex sanguine polluto partim procreati defluunt, cuius tenuior pars in bilem versa est, & pars eius crassior in atram bilem. Quamobrem humores æruginosi quandoq; excernuntur, quandoq; cum pinguedine, cum calor conclusus corporis pinguedinem liquefacit, quandoque spumosi & aquosi, cum humores ebulliunt, & in flatum digeruntur, quandoq; fœtentes odoris horribilis, cum eorum inest maxima putredo, aliquando excernuntur, ac profluunt ex aluo excretiones, quale est ouum in aquam fœtidam dilutum.

Cap. XIV.

De dignotione pestis ex sudore.

Etenim ſanguinem defæcare expurgareque nonnunquam tentat natura, id ab eo, quod vitioſum eſt, ſecernens, tum à partibus præcipuis, modo in ventriculum atque inteſtina, modo ad extimam ſuperficiem depellens. Sed quæ eius generis tenuioris ſubſtantiæ ſunt, ea partim per difflationem, quæ ſenſum refugit, partim ſenſibiliter, vt per ſudores cutem perrumpunt. Quæ autem ſua craſſitie per cutis denſitatem traduci nō poſſunt, ſed intus coercentur, detinenturque, ſi calida ſint, carb ones; ſin minus talia, cancros progignunt, ſicque quandoque his ſudor fœtidus, & proprie particularis euenit, & non in die critico, quandoque frigidus cum extremorum frigiditate.

Cap. XV.

De dignotione ex pulicaribus maculis cutem commaculantibus.

Ita cum ſanguis putrefactus ebullit, quandoq; apparent bullæ tenues in corporis ſuperficie, tumentes, albæ, ſanioſæ, ſimiles variolis, aliquando ſubrubeæ; cum autē ſanguis magis aduratur, apparent violaceæ nigræ, virides, quæ peiores ſunt; & cum minus adura-

tur, croceæ, & subalbidæ in cutem erumpunt. Cum vero calor naturalis extinguitur, pallidis, plumbeis maculis cutis commaculatur. Cum vero sanguis ebulliens foras erumpit, tunc exanthemata apparent. Cum autem retrahitur, delitescunt, extremis corporis partibus frigidis existentibus, signum tunc malum.

CAP. XVI.

De dignotione pestis ex abscessibus.

NATVRA absque eius participatione benignitatis intactum nihil esse voluit, omnibus propemodum membris propellendi indidit facultatem, quæ nisi noxa percepta, haudquaquam operatur, irritata igitur insurgit, & pugnat, vt illam propellat; sin propellere nequeat, in peste corpus moritur; Si autem præualet, illam expellit, quare cum iam venenum huiusmodi eam irritat, illud ab intimis ad extimas partes transmittere nititur, vnde abscessus suboriuntur, opus valde expediens, & quanto crassiores & maiores fuerint, eo melius est opus; cum vero nulli appareant, aut exigui fuerint, tunc magis metuendum est; at etiam cum plures apparuerint, eo melius sperandum est, huius tamen rei conditione, si exigua fuerit corporis repletio. Quamobrē natura loca, ad quæ membra

bra principalia exonerandi se gratia quamcunque materiam præternaturalem transmittere valeant, instituit cerebro loca secundum aures, cordi ascellas, iocinori inguina; si vero huiusmodi abscessus nigri apparuerint, tunc existima in humoribus prauis tale virus esse confirmatum; si citrini, in biliosis; si rubei, in putrido sanguine; si albi, in pituitosis. Quamuis hoc pestiferum virus humorem raro limitat. Nam ephemeræ & hectica nonnullæ possunt esse pestiferæ, vt calidum venenum citius necat, & eo magis, si cum calida materia coniungatur, in tempore præsertim autumnali, deinde æstiuo, tertio verno, tandem hybetno.

Cap. XVII.

De dignotione pestis ex pulsu.

Cvm pulsus sit naturalis motus, sine voluntate, caloris; quod in corde & in venis est, & eleuetur & supprimatur in arteria, quæ naturali quodam facta est instinctu, vitæ gubernacula teneat, eius crebro aut languido ictu valetudinem indicat. Nonnunquam percipitur in corde temperamentorum pugna. Nam modo frigidius visceris corpus æquo est, & in ventriculis contenta substantia calidior, modo è diuerso substantia frigidior, cor autem calidius, vbi etiam pulsus

fiunt moderatis ſimiles. Nam medius quodammodo ſtatus hic afficitur ex duobus contrariis conflatus, qui ſane affectus vel optimos Medicos fallunt, quod nunc quoque Gal. 3. *de præſagatione ex pulſibus. in maxima peſtilentia* accidit, vbi corrupta eſt aeris ſubſtantia, quidam inde ab initio ad finem vſque, alii per totum morbũ probum pulſum habent, qui perparum deflexiſſet de natura, qui quidem præter cæteros perierunt, animaduertimus eos primis ſtatim diebus & peſtilentia laborare, & peſſime affectos eſſe, ex acrimonia caloris, atque ipſo caloris genere, denique quod pulſus parum præter naturam immutari iis in eo ſtatu perpetuo maneant, vbi aer, quem ſpirando atrahimus, infectus putredine ſit, ac putredo ad corpus peruenerit cordis, illi pulſus fiunt, nec iam quicquam habet admirationis, ſi eos pulſus, quos memorauimus, tali affecti peſte habeant, nec peſtilentem animam, nec ſi omnino morituri ſint. Nam quibus calor hic putridus ad humores, quos continet cordis ſinu vniuerſus, deflexit, non autem ad corpus ipſius viſceris, multi horum fuerunt ſuperſtites. Deprehenduntur autem hac peſte affecti, ſi febrem primum percipiant, deinde ſi non æqualiter perpetuo febricitent, ad hæc, ſi pulſum non habeant præualidũ, ſiquidem ꝙ intemperiei

Cap. 2.

comi-

comites ſunt, corporis ipſius cordis, imbecilli ſunt omnes, habentes pulſus, quos cor intemperatum calore creat. Itaque cum actio virtutis vitalis à tali materia venenoſa opprimitur, pulſus alteratur, & cum vires corporis huiuſmodi veneno deiiciantur, & humorum putridorum aceruo magnopere perturbentur, pulſus tunc fit paruus, inæqualis, diuerſus, & inordinatus, & eo magis, cum actio facultatis vitalis apponatur, aut reſoluatur, aut deiiciatur iuxta pugnam inter virtutem, & morbum; cum vero refrigerii & euétationis neceſſitas augeatur, fit frequens, & velox, & præcipue in nocte, qua actio facultatum vitalis, & naturalis fortificatur, ad intima enim tunc earum actiones reuertuntur.

Cap. XVIII.

De dignotione peſtis ex febris caloris qualitate.

NAm peſtis febrilis calor exterius quieſcit, interius conturbat, multo & breui facultates membrorum imbecilles proportionabiliter reddit, pluſquam talis febris gradus debilitare debeat. Hoc namque euenit ex materiæ prauitate, cum aeris præſertim ſubſtantia corrupta ſit, qua non duntaxat inficit, quia immenſi caloris, ſed quia talis eſt ſpe-

speciei venenosæ, quæ vitæ principiis plus in die, quam in nocte continue exacerbans inimicatur. Quamuis credi possit aliquam interpolatam pestilentem febrem contingere, cum aeris præsertim qualitas corrupta sit, aut ex praua victus ratione, quæ febris ad tactum non extensiuæ caliditatis exterius sentitur, licet interius multum conturbet, & inflammet, & tamen caliditas interius & exterius, secundum plurimum excessiua non apparet, quanta in causone sentitur.

CAP. XIX.

De dignotione febris pestis ex symptomatibus membrorum principalium.

IN primis sciendum est, quod hæc symptomata vniuersaliter indicant, & febrem pestilentem, & pestem ipsam; dolor capitis, vigilia, dementia, cordis angor, interior pectoris ardor, cibi fastidium, nausea, vomitus, singularis animi defectio, præcordiorum tensio, sitis, gutturis ardor, linguæ scabrities, & nigrities, animæ graueolentia; crebræ deiectiones, sanguinis è naribus perfusio, quæ symptomata etsi febres etiam non pestilentes consequuntur, tamen tunc minus plerunque grauia sunt, & raro tanta eorum vis in ipsas coaceruant, quanta in pestilentibus solet coaceruari.

In primis qui peste correpti ſunt, ex humorum in præcordiis venenoſitate quieſcere nequeunt, peruolutant ſe de latere ad latus, de ventre ad dorſum, de capite ad lecti pedes, corpus ducentes inquietum in aliquo ſitu requiem reperire nequeunt.

Cap. XX.

De dignotione ex capitis ſymptomatibus.

HVMORVM vapores putres cerebrum petunt, in quo ipſius alterãdo temperaturã anterior capitis pars maxime corripitur dolore, & cum in eo ſanguis ebullit, ac ſpiritus inflammatus, facies horribilis aſpectus, ac purpurea efficitur, ex ſpirituum reſolutione aerem videre nequeunt, cumque cerebri facultas imbecillis fuerit, ſuſceptũ virus in glandulis extrinſecis deponere nequeat, oritur in ipſo cerebro, vel eius membranis phrenitis, ſi primas cerebri partes inflammatio ea occupauerit, fitque rationis vana permixtio, ſi mediam partem cerebri, eadem recte neque res cogitatione complectitur, neque ratiocinatur, ſic illos crebra deliria inuadere ſolent, diuerſaque in imaginatiua facultate ſibi apparent, quibus diuerſa, quæ non ſunt, diſcurrunt, & loquuntur, diuerſaq; agere tentant, è lecto ſalire nituntur, ſi poſtremã partem, multarum rerũ obliuio

capit,

capit;quę ſymptomata ſi in morbi initio conſtante virium robore contingerent, in glandulis, quæ ſub auribus ſunt, ſuſceptum virus, vt plurimum deponere ſolet poſt aures ſic, vt plurimum ſuboriri tunc ſolet Althoyn; quod ſi exierit & deliria deſinent, ſperanda ſalus erit; ſin autem contrarium eueniet, item eiſdem in principio, cumque caput in initio putridis humoribus oppletum fuerit vigiliarũ inſtantia accidit, ſomnus profundus, à quo difficillime excitantur, & interdiu vigilatiua dormitio ſubſequi ſolet, in qua illis viſiones horribiles, & diſſimiles apparent. Quamobrem cum dormiunt ſomnus illis laborem præſtat. Tuncque magis pulſus imbecillior percipitur, tuncque facultatis animalis læſa actione tepefacto naturali calore omnium mollities, ac torpor ſequitur membrorum, adeo ex impotentia, & imbecillitate facultatis adminiſtrantis pulſus, & caloris, naturalis à corde ad cerebrum, vbi animales fieri debent, ſe erectos ſuſtinere nequeunt, & quicquid agunt, ignorant, tuncque ex ea maxima humorem corruptione alchola, & alia oris vlcera labiorum, & faciei nigra ambulatiua, erodentia, fœtentia contingunt, & quandoque tota facies nigreſcit, naſi muci exſiccantur, lingua febris ardore torrida fit, cum fœtore, quandoque ſtillicidio nares laborant,
cumque

cumque ſanguis ex febrili calore tamen cum bile attenuatur, è naribus profluit, non raro vocem miſſam reflectunt, quod guttur, & fauces ab humore putrido ſint occupatæ.

Cap. XXI.

De dignotione ex præcordiorum ſymptomatibus.

CVM ingens in præcordiis flamma ardet; fit ſitis inſatiabilis, tam potus, quam aëris frigidi inſpirationis cupida, quo aere thorax multum impletur, nareſque patefaciunt, & ex refrigerii maxima in corde neceſſitate, plus aeris aſpirant, ideo magnus fit anhelitus, & ex vaporibus putridis, qui in præcordiis acetuantur, vehementer exaltatur; conſentiente ore ventriculi inflammatur, & eius per os exitu lingua ſicca, areſcens, ſitibunda, nigra & limoſa efficitur, ac guttur ardore infeſtatur; & ſi expirandi & fumos expellendi, quam inſpirandi & euentandi, maior contingat neceſſitas, tunc anhelitus abbreuiabitur, nec longus fit, ſed virtutis imbecillitate curtatur, quo fit, vt anhelitus intercidatur, & conſtringatur ad modum pueri lachrymantis, & ſingultantis, fitque quandoq; magnus, & exaltatus, ac frequens, donec ob vehementem in præcordiis ebullitionem, ſublimiſque cõtingit, ex dilatationis neceſſitate; frequens autem; quia magnitudo ſola ad refrigerium

non ſufficit, cumque in viſceribus ſubiectis retineantur humores præcordia tenduntur, cum inſuper aer expiratus fœteat, venenum in corde confirmatum eſſe inſinuat, inſuper ex venenoſitate quandoque præcordia ambiente pulmoni communicata abſque ſputo ſicca ſuboritur tuſſis; Ex humoris præterea pectoris aut pulmonū venulas rodentis acrimonia ſputum interdum ſanguinis illis euenit; angore cor peſtilens conficit putredo, qua vel eius corpus infectum eſt, vel humores, quod ſunt in ipſius ventriculis.

CAP. XXII.

De dignotione ex ventriculi ſymptomatibus.

EX humoribus inſuper putridis ventriculi ori adhęrentibus, nauſea, faſtidium, appetitus caſus, & ablatio ſequuntur, & ex illorum præſentia, & cordis compaſſione, ventriculi cum inquietudine, & anguſtia vehemente dolor clamoſus in ventriculo ſuboritur, quandoque ſingularis, quandoque animi defectio. Et cum ventriculum diſſimiles putres humores occupant, aut in eum deriuantur, ſi ventriculi potentiarū facultates, haud imbecilles ſint, illi per vomitum quandoque è ventriculo expelluntur, in primis flaua bilis, deinde atra, humores quandoq; æruginoſi in terra bullientes, ex quibus muſcæ fugiunt. Si

autem

autem ventriculi potentiarum vires imbecilles extiterint, in huiusmodi per vomitũ, nec alicuius alterius euacuationis vllus ab eis seruatur ordo, & tunc ex huiusmodi humorum præsentia, & praua eorum qualitate præcordiorum incendia & cruciatus ac animi deliquium sæpius illis eueniunt, nec non ex virium corporis imbecillitate è lecto surgere nequeunt, quandoque de lecto ad lectum se transferunt, vel in lecto iacentes à veneno victi, ex cordis noxa, & facultatis animalis imbecillitate, vix aut plane non loqui possunt.

Cap. XXIII.

De dignotione ex iocinoris symptomatibus.

EX naturalis facultatis imbecillitate tunc per aluum humores putres, fœtentes, dissimiles, quemadmodum commemoratum est, excernuntur, ac iidem humores in intestina defluentes crebras deiectiones concitant.

Cap. XXIV.

De dignotione ex lienis symptomatibus.

EX spiritus vitalis mortificatione, & aeris inspirati venenositate, nec non ex imbecillitate caloris naturalis lien flammoso spiritu tumescit, & ab eo inde fuligines putridæ cum sanguine per totũ corpus difflantes ser-

punt, quibus inde ſanguine corrupto, carbunculi maligni de natura anthracum producuntur, ac ex caloris naturalis imbecillitate coaceruantur ſpiritus flatuoſi, qui non digeſti tendunt hypochondria, & inferiore ventre veluti tympanitem, & quandoque vti hypoſarcam, aliquando veluti cachexiam. Quæ ſymptomata talem peſtilentem morbum, interdum omnia pariter, interdum ex his plura, interdum pauciora, interdum nulla fere ſequi ſolent. Quo fit, vt medicinæ periti quandoque decipiantur, cum æger nec de calore, neque de huiuſmodi ſymptomatibus conqueratur, & Medici ipſi corporis qualitatem tactu perquirentes, nec caloris, neque pulſus à naturali motu, aut vrinæ in colore & ſubſtantia alterationem percipiant, qui febricula leui ęgrum laborare concludunt. Vnde interim æger perit, de cuius tam repentina fere morte aſſidentes admirantur, ob quam rem dedecus maximum conſequuntur, cum antea ſalutem promiſerant. Attamen ſi qui in medica ſcientia peritus diligenter examinauerit, licet merito gradus caloris, aut qualitatis manifeſtæ calorem, & pulſum notabiliter permutatum nō inueniat ſecundum tamen plurimum aliquas ex differentiis qualitates occultas in ſequentibus inuenire poterit, in ſumma à ſua naturali diſpoſitione per-

permutatum, quantum ad diuersitatem, quæ merito ægritudinis leuis prouenire non debet, debilem, dissimilem, aut ordinatum aut inordinatum reperiet pulsum.

CAP. XXV.

De dignotione membrorum affectorum.

PRÆTEREA ex prænotatis symptomata qualem humorum putrium compositionem, & eorum non duntaxat differentias, verum etiam quam ex membris principalibus affecta sint loca, indicabunt.

CAP. XXVI.

De Iecinore affecto.

NAM cum iam declaratum sit, pestilentem febrem non duntaxat ex contactu, aut aeris corruptione, verum etiam ex praua victus ratione, & ex his, quæ cedunt ad victum, contingere, itaq; cum pestis à praua victus ratione initium habuerit, primũ membrum, quod læditur, erit iecur, tunc vrinæ, & egestiones mutãtur, dolor grauatiuus membra naturalia inuadit, cachexia, tumor ventris, priuatio eorũ symptomatũ, quæ aliorum membrorum affectus insinuant; iecur vero si validum fuerit susceptum virus depellit ad inguinum glandulas, & suboritur panus, in imbecillo iecore augetur inflammatio.

CAP. XXVII.

De præcordiorum affectu.

CVM vero ex aere corrupto, & ex contactu pestis initium habuerit, tunc primum, quod afficitur, erunt præcordia, scilic. cor, pulmo, & spiritus, quo fit, vt pulsus & anhelitus conuariantur, non autem ita protinus vrinæ & egestiones mutantur, animi deliquium, ex magna facultatis vitalis imbecillitate, abscessus sub ascellis, dolor cordis & præcordiorum grauatiuus, tussis, linguæ ariditas, maximum aeris frigidi inspirandi desiderium concomitantur, priuatio symptomatum aliorum membrorum affectus indicantium.

CAP. XXVIII.

De cerebro affecto.

CVM alienatio inchoans cum febre, dolor capitis intensus, grauatiuus, diurnæ vigiliæ, aut subeth, magna faciei permutatio, lacbrymarũ fluxus inuoluntarius, neruorum affectus subsequẽtes, quemadmodũ conuulsio, oris tortura, & similes, abscessus secundum aures, aliorum remissio symptomatum, de quibus supra, vrina lucida, palearis, tenuis; parua permutatio in pulsu & anhelitu, saltus neruorum; per nares, & palatum humorum fluxiones.

CAP.

Cap. XXIX.

De præsagio peste affecti morituri.

VT commoda Medico & aſſidentib. contingant, hoc loco de præſagientibus futuram mortem ſcribere ſupereſt. Itaque ſi in peſte affectis abſq; rationabili cauſa alienatio indeſinenter perſeuerauerit, ſi conuulſio, ſiue tetanus Alchuzet, ſi ſaltus neruorum, ſi perpetuæ vigiliæ, ſi vigilatiua dormitio, ſi ſomnus laborem pręſtat, ſi aliquorum ſenſuum exteriorum, & proprie oculorũ facultas aliqua deperdatur, ſi oculorum eminentia, aut eorum nimia profundatio, ſi lachrymæ inuoluntariæ e naribus. Experimentum, proiice lac mulieris lactantis maſculum in vrinam peſtiferi, ſi cadit ad fundum, morietur in 6. vel in 7. aut non cito euadet. Sanguinis fluxus non in die critico, neq; iudicatus, vndecunq; fiat; ſi liuor naſi, aurium, vnguinum fœdior, quam in aliis mortuis conſueuit, ſi bothor, quaſi muſca canina in lingua, ſi ſtridor dentium, ſi ſputũ ſanguinis nigri fœtentis, ſi æger dixerit omnia fœtere, ſi impedimentum deglutiendi, ſi anhelitus ſit difficilis cum magna neceſſitate, & attractione pectoris ad ſuperiora, ſi tremor cordis, animi deliquium ſi nauſea, appetitus ablatio, ſi vomitus tã cibi, quam potus vel antidoti ſemel atque iterum

exhibiti vel atræ bilis, cum oculis nigris, & pereminentibus, si extremitatum frigiditas, si sudor frigidus circa pectus, & faciem, extremitatibus frigidis cum animi defectione, si pollutio inuoluntaria sine membri erectione, si corporis color niger, aut pallidus, aut fuscus; si æger non percipiet febrem, & tamen symptomata sint sæua; si collectio pilorum; si emissio fœcum insensibilis; si tumor ventris ad modũ hydropis; si cutis viridibus, nigris maculis commaculata; si æger supinus cubat, manibus, & cruribus porrectis; si post altoim alienatio non desiuerit; si post primum althoim, alterum suboriatur, & proprie in nobiliore loco, & hoc adhuc perseuerante primo, ita quod non sit crisis permutationis, cumque crisis permutationis sit ab ignobili ad nobilius, si althoim, & cætera exanthemata non deficiente febre delitescentia ad interiora reuertantur; si pustulæ naris similes, ante diem decretorium exortæ, statim in liuorem, vel in nigrorem, vel in eundẽ ruborem mistum, vel in violaceum colorem, vel in viriditatem quandam mutantur; si egestiones diuersorum colorum, siue cũ lumbricis viuis, aut mortuis, cum aliquo, ad quem nõ sequatur alleuiatio, profluuio excernantur; si aluus nihil aut parũ excernat, aut crebro pelliquidum, & pingue, & odoris fœdi. Nam Galenus com-

commemorat, ſic vero, & quicunq; per calidam, & ſiccam intemperiem fiunt morbi, vt ardores, cauſiue, craſſum atrumq; ſanguinem referunt. Simile quoque iis effecit longa hæc prolixiore æſtate peſtilentia orta, nec pauci eorum, qui ſeruati fuere, nigrorum dictorũ excretio per inferiorem ventrem fiebat, die magna ex parte 9. vel 7. vel 11. quorum etiam ipſorum complures differentiæ apparebant, quippe cum aliqua ad atram bilem proxime accederent, quædam vero ne mordicationẽ quidem, nec fœdum odorem in deiectionibus haberent, multa quoq; inter hæc media conſiſterent. Quibus vero ægrotantibus excretio per inferiorem ventrem haud talis fiebat, iis corpus totum puſtulis, quæ nigris exanthematis ſimiles eſſent, circum vndique ſcatuit, interim quoque, & veluti ſquamma decidebat, ſicciſſentibus nimirum ipſis euaneſcentibuſque cæterum paulatim pluribus poſt decretionem diebus, at qui puram exactamque atram bilem deiecerunt, omnes periere, talis namque aſſatum ſanguinem eſſe indicat. Si veſica nullam aut paucam vrinam reddat, aut muſti inſtar turbidam, in qua nihil ſubſidet cum fœditate odoris magna, ſi vrina turbida, ſubiugalis, aut clara, tenuis cum ſæuis ſymptomatibus, aut nigra, quæ niſi proueniat per modum criſis, ſi vrina mingatur,

cum prius immediate micta fuerit turbida, nulla apparente alienatione, facultatis expulsiuæ imbecillitatem, aut ad aliud membrum humorum raptum præsagit; si pulsus sit alteratus cum anhelitus fœtore, si pulsus sit intersectus, aut tremulus, aut cedens, aut formicans, aut vermicularis, aut deperditus; si nullus tumor apparet, aut si apparuerit, subito subsidet, quod naturæ tanta vis non sit, vt humorem putrefactum possit expellere, aut si expulit, pus gignere, atque sanare, & cum minor apparet, si qualibuscunq; medicamẽtis superpositis non mutatur, sed corrumpitur, & cum inflammatio, ferro incisus, fit liuida & sicca, & ex carbunculis incisis neque pus, neq; sanies exit, sed quædam quasi spuma, & cum carbunculus, vel inflammatio circa fauces incidit, spiritum enim repente frequenter elidit atq; sic hominem strangulat, si hæc omnia, aut aliqua ex his ægro contigerint. Quamuis hæc signa cum multis aliis morbis communia sint magna ex parte in peste mortem portendunt, quæ ex vsu facile deiudicabuntur, & quoniam omnis crisis magis ad salutem, quam ad mortem fit, ex Galeni sententia in fine contenti illius, *quibuscunque crisis fit, nisi in pestilentibus, in quibus econtra.* Est enim secundum plurimum non vera crisis, sed motus symptomatibus ob numerosos mali-

ignos humores, ſtimulantes, non eo- n præcedente concoctione. Dato et- , quod præceſſerit concoctio nocumen- n tamen in corde impreſſum iam eſt, quo rmius moritur, criſis tum per ſudorem nus timenda eſt. In epidemialibus mor- ſi eryſipelas pus non gignat, ſed ſani- putridam mali odoris, colore pallidam, liuidam, quæ & ipſum vlcus, & iun- m ei partem adeo erodit, vt quibuſdam purationes, magis vero putredines pu- non aſſimiles tantæ fiunt, vt non modo lta caro, ſed etiam nerui & oſſa decidant, ſi non deciderint, denudentur, quod et- n in punctis, & ictis accidit, item cum in- mmationes ac eryſipelata orta mox euane- nt, item ſi ſacer ignis, vel carbunculus, perculumue in fauces putreſcant, com- res & iis mortem obeunt.

Cap. XXX.

De præſagientibus peſte affectis ſalutem.

IN ſuper per locum à contrario ſalutis præſagia facile compræhendi poſſunt non- lla tamen dearticulate deſcribam, vt ex his tera innoteſcant. Cum enim videmus

virium robur tam in facultate vitali, quam a-
nimali, & naturali, cum priuatione frequen-
tiæ, aut difficultatis, aut fœtoris anhelitus, &
ægrum ad oblationes bene se habentem, &
si vrina fuerit boni coloris, & substantiæ, in
qua apparent concoctionis bona signa, aut
vrina mingatur subiugalis, deinde post tem-
pus pusillum clarescit, & cum exanthema
sint boni coloris, & in quantitate, cum sym-
ptomatum remissione, & in declinatione v-
niuersali vermium fluxus superueniat, tum
non existentibus aliis signis mortis extremi,
de ægrotantium salute sperandum est, & mi-
nus periclitantur, qui antidotum sumptum
non euomant, nec cibos, nec potiones, &
cum natura in plures ocius corporis partes
exonerans, procul à corde plures gignit tu-
mores, & quidem in glandulis magnos sup-
purantes, maxime si febris aliquantulum re-
mittat, & cætera mala fiant leuiora, quorum
corpus æqualiter totum sudore madet. In
epidemialibus autem morbis, si humor pu-
tridus è corpore erumpat, si aluus turbata ex-
cernat biliosa, & vesica biliosam vrinam red-
dit, hæc salutem prænuntiant. Additur si et-
iam omnis generis pustulæ si multæ fuerint
inter bona indicia sunt; si paucæ, inter mala
si ab initio in corde putredinis circa quartũ
vel ad summum septimum diem concoctio-
ni

signa apparuerint; si pulsus tangetur, & cadat virtus, sed augeatur, & operatio animales vigeant. Verum quando non æ febres pestilentes quandoq; terminan in 14. quandoque in 22. die. Hoc autem tingit, cum putredo ortum habuerit ab putridis febribus, quarum putredo tan auxerit, & putrefieri fecit contenta in de, adeo quod ex putrida effecta est pestialis, quales tempore epidemiorum infinitæ videntur, prius incipiunt tertianæ, vel similes, postea euadunt in pestilentes.

Finis fascicu'i quarti.



FASCI-



FASCICVLV QVINTVS.

CAP. I.

DE PROVIDENTIA, NE QVIS *peste corripiatur.*

INSVPER reliquum est, vt genus humanum ab hac pernitiosa peste custodiendum, præcauendumq;, quod conduc lius existimauerim, Excell. rorum auctoritate sancitum, & ex eorum nu depromptum, scribere exordiar. Nec enim istud abs re fuerit, quandoquidem leni, sublimiumq; complurimorum mon compertum est, agentium causarum vires bilitari, frangiq; sæpius, vbi subiecti ad p entiam rerum dispositiones contrariarū p parantur. In primis ex Galeni monitu, op tet in omni causarum genere diligenter uertere, ex qua maxime potentia ægro

con

contingat, deinde corporum dispositiones, tam quæ eidem consentiunt, quàm quæ ei aduersantur, considerare oportet. Nam quæ consentientes sunt, facillime læduntur, contrariæ vero retinentes, quantum viribus, & magnitudine contrarietas valet, tantum inuictæ resistere queunt.

Cap. II.

De methodis præseruatiuis.

VNVSQVISQVE ergo, qui pestis vires frangere, ac se ab ea custodire desiderat, examinabit in primis pestis efficientem caussam, subiectum, & effectum. Causa autem efficiens cum sit duplex, extrinseca videlicet, & intrinseca; extrinseca vero sit cibus & potus, ac præpotentis Dei flagella; intrinseca humores, temperatura; subiectum vero impressionem recipiens sit cordis substantia: Effectus sit putredo ipsa. Cum ergo ex natura rei ab isto effectu subiectum præseruare voluimus, tollendæ sunt efficientes causæ, & præparandum est ita subiectum, ne paratum sit ab effectu lædi, sed vt resistat.

Ex causis itaque extrinsecis optime consideret, an pestis suboriatur ex putri aeris substantia, vel ex putridis, & alteratis eius qualitatibus, vel ex ambabus, aut ab excessiua ambientis caliditate, aut humiditate; cum enim aeris

Præseruatio à causis efficientib. externis.

aeris assueta præsertim temperies à naturali suo temperamento ad calidam, & humidam intemperiem immodice conuersa, pestilentes quidem morbos suboriri necessum est, vel an ex malorum præterea syderum conuẽtu in aere recepto absque eius putredine, an ex fatali numine, an ex terræ vel aquæ squalore, an ex his, quæ cedunt ad victum, an ex praua victus, tum coacta, tum voluntaria ratione. Quoniam omnia in causæ contrarium pestem facientis dirigi & præparari debent. Sunt nonnulli temerarii, audaces, qui solum in quadam antidotorum compositione, non considerata pestis causarum diuersitate, mirum in modum confidentes, omnes morbos, & quodcunque pestis genus, eo antidoto sanare posse existimant, vnde tali audacia, & temeritate, quin potius circulatoriæ rapinæ gratia id ægris adhibentes illos occidunt, Cum ergo videntur aeris qualitates immodice tendere ad calidum, & humidum, tunc tutior cura, erit ab eo fuga, vel aeris qualitates ad temperiẽ cum contrariis deducere; Si autem intensissimo calore aer alteratus fuisset, talis conuariatio alteretur frigidis, tunc illi gradui æquali, haudquaquam administrãda sunt, sed remissiora, quoniam intense infrigidantia non conueniunt, sed relinquendus est illis talis caliditatis gradus, vt sit potẽs

super-

supercedentem humiditatem exiccare. Vnde tunc operæprecium erit, quæ calidis, quæ frigida sunt admiscere, inter calida sunt, vitis, iuniperus, cypressus, cyparisus, pinus, excisa tæda, rosmarinus, sauina, laurus, & arbor, quæ parit citrum, & illa, quæ limones, & quæ aurea mala, pulegium, calamithes, origanum, vtraque saluia, lampsucus, absynthium, tamariscus, thymbra, satureia, serpillum, menta, mentastrum, nepeta, sisymbrium, ocimum, betonica, nardus celtica, & montana, stœchas arabica, celtica, camæpythis, polium, saluia, hysopus, thymus, abrotanum, antecypressus, santonicum, charyophyli, radices Iridis illiricæ, & rhodiæ, flores leucoi, iussamini, croci, lychnides: aromata, cinamomum, cassia lignea, nux muscata, macer, caryophylli, resina, styrax, thus, resina cedri, lentiscina, quam masticen appellamus: lachrymæ, abietis, terebinthina, myrrha, bdellium, benzoin, balsamum: animantium excrementa, muscus, zibetum: succi in terra geniti, succinum, maltha, camphora. Cum his possunt admisceri, quæ gelidam habent facultatem, quemadmodum sunt arbores frigidæ bene olentes, cum aeris putredini immensus calor copulatus extiterit, per commodam opem adportãt, caloremque demulcent, refrigerant, & inflãmandi vim frangunt, veluti myrtus, salices,

Calida simplicia contra pestem pugnantia.

Frigida.

ſandali,arbores pyrorũ, pomorum, malorũ, granatorum, ſorbelarum, prunorum id genus:flores violarum,roſarum,ex his admiſtis
Fumi. ſternantur domus, plateæ: & relucentes in plateis publicis,ac domibus flammiferi accẽdantur ignes,ac nutriatur ſiccis lignis non ex putri loco collectis, quernis, iligneis, roboreis,cerreis,fagineis,abiegnis, lachrymis pineis,piceæ,piceaſtri ſarmentis, in quæ coniiciantur odorati flores,herbæ, radices, frutices arborum, rami, cortices,fructus,reſinæ, lachrymæ: & fornaces,in quibus lateres decoquuntur,aſſidue accendantur,quoniã mira vis in omni tempore eſt ignis,qui in peſtilentia,quæ ſolis,&lunę deliquio contrahitur, multiformiter mane ipſo auxiliatur,aeris que putredinẽ,ac virus,ſi quid eſt,diſcutit, fugat,
Cap. 28. quamobrem Galen.*in lib.de theriaca ad Piſonem* memorat de Hipp.qui luem eam ex Æthyopia Græcos inuadentem non aliter curauit, quam aeris mutationem alterando, ne talis amplius reſpiraret, cum igitur ignem per totam vrbem incendi iuſſiſſet, non ſimplicem lignorum materiam,verum ſerta, flores ſuauiſſimos,alimentum ipſius eſſe, vnguẽtaque pinguiſſima, & odorifera ipſis ſuperinfundi cõſuluit,vt aerẽ purum hoc modo redditum homines in mali ſubſidiũ reſpirarent. Sed qa non ſemper licet,nec vbiq; potentiã, aut au-

ctori-

ctoritatem, vel facultatem habemus in locis, publicis flammiferos ignes construere, attamen vnusquisque domi in mediis ędibus his, quæ subinde, locis, quæ frequentius habitāt, pro censu efficiant crebros ex prędictis lignis exiccantibus, aut refrigerantibus, si nimia æstuat caliditas.

Cæterum si pestis à corporibus cælestibus excitata fuerit, ac immenso calore infestaret, si tunc ignis incenderetur, nullum tunc auxilium præstaret, immo caloris intemperiem adaugeret, aerem ita attenuaret, & impressioni veneficę peruium redderet, vt leuius venenenо peruinceretur. Sed si à causis inferioribus aeris substantia corrupta fuerit, cum terræ, aquæ squalloribus, putris efficiatur, tunc aeris putredo ex flammiferis ignib. delenitur. Si contigerit, ꝙ aeris substātia corrupta esset, tunc theriacalia expedirent: si ambientis vero qualitates mutatæ fuerint, & eius substantia polluta, tunc theriacalibus antidotis aduersandum erit: & si aer ad nimiam fuerit conuersus humiditatem, tunc omne humidum fugiendum est: Si vero contingeret putredinem terræ aerem pestiferum efficere, tunc in locis infimis, & vallibus haudquaquam habitandum esset, sed montium cacumina quærantur, eaq; pestifera tempestate carnes quadrupedum animalium, atque illius anni

fruges minime edantur, ſed alterius anni fruges quærantur, vel eius, ſed alterius ſanę regionis aſſeruatæ: tunc non bibantur, neq; in aliquo vſu adminiſtrentur aquæ puteales, & locorum infimorum, ſed tutius tunc erit in vſu habere aquas fontium, defluentes ex montium cacuminibus, ſed his tutiores ſunt aquę pluuiales, vel ciſternarum, quæ ſitæ ſint in locis altioris domus euentatis. Si autem aer ex aquæ ſqualloribus inquinatus fuiſſet, loca tũc infima, ac vallium non inhabitanda ſunt, aquas tunc eas, exceptis aquis pluuialibus, in vſu habere non tutum erit, neque in ipſis balneare commodum erit, quod ſi ſecus fieri nequit, tunc aqua pluuialis cum rebus putredini aduerſantibus excoquatur, quemadmodũ cum aceto, aut oxymelite.

Cæterum cum aquæ pluuiales ſemper nõ habeantur, ſi quæ fuerint, vel cloacales, vel lacuſtres, aut fluminum ſimili modo putridæ, ita corrigendæ, & defœcandæ ſunt, in linteo ſępius infundantur, & colentur ſępiꝰ, mutandoq; linteum, deinde decoquantur, iterũ per mundum linteum colentur, poſtmodum cũ aceto, vel omphacio, vel alio acido, quemadmodum mali punici acidi, vel citri, aut limonis ſucco miſceantur: tunc negligatur, tum piſcium, tum animalium aquaticorum eſus, nec non, & cætera eſculenta, humidi, vel putre-

trescibilis succi. Tuncque aceti, & oxymelitis, & omnium generum granatorum limonum, arantiorum, citrorum, & eorum seminum, & corticum vsus commodissimus erit, pariter theriacæ, & Mithridati: vsus præstantissimus erit, vel similia magna antidota, sicuti electuarium de euphorbio, de iis antidotis quolibet die summo mane, ad quindecim granorum pondus ingerant, post horum assumptionem à cibo vsq; ad meridiem abstineant, sed post horum ingestionem protinus desuper bibant aquam defæcatam, & decoctam, in qua fuerit gingiber conditum maceratum, aut yringus, additis, vel oxymelite, vel aceto, tunc coriandrum præparatum cum cibo non in congruum erit, tunc fœniculorum coriandrorum, ac eius seminis, aut radicis, vel yringi esus expedit. Quamobrem, qui vrbes, qui castra radicitus ædificare constituunt, nõ prope aquas corruptas condere animaduertant, cum apud aquas, & flumina salubria, vel prope, & loca, ad quæ duci possunt fontes, vel flumina construenda sunt, ad imitationem M. Hostilii: Is enim cũ Salapiam ad lacum sitam quatuor millia passuum ab eo transtulisset, Salapinos annua peste liberauit: vt Empedocles Selimuntios cum in male olentem lacum eorum oppido vicinum, vnde pestis orta fuit, duos fluuios suis impensis deriuasset.

Itaque hoc loco concludendum esse existimo, cum ex praua vel terræ vel aquæ dispositione, quæ non, talẽ tamen corporibus noxã, qualem aeris corruptio præbet, contrarium his causis pestem facientibus regimen instituatur.

Si insuper contingeret, ex corporum inhumatorum non tumulatorum, aut aliarum rerum fœtidarum squalloribus aeris substantiam putrefieri, tunc flammiferis ignibus illi putredini resistendum erit, aut cum his, quæ secundum aeris qualitatis tunc dominantis exigentiam, siue calida, siue frigida sint, tuncque corporis obstructiones aperiãtur, humoresq; supercedentes purgentur, cauendumq; insuper est interim ab omnib. reb. tam nõ naturalibus, quã pręter naturam ad putredinem disponentibus, sumenda è cõtra sunt ea, quę à putredine pręseruant, calida, aut frigida, aut sicca fuerint, prout aeris dispositio fuerit.

Si vero pestis, quæ talis propriæ pestilentia est sumpta, ex maligno cœlesti influxu in aere absque eius putredine recepto, aut alia in qualitatibus primis mutatione, extiterit, tunc considerandi erunt morbi, qui eo tempore passim grassantur, & eorum qualitatum Dominium, & tunc contrariis resistendum erit, & animantium corporra tuenda erunt inculpata victus ratione inferius describẽda, in

in quibuſcunque peſtis generibus. Nam influxus cœleſtes per alia media naturalia, quẽadmodum commemoratum eſt, occidunt, vt mediante aere cordis ſpiritus, & ſanguinem, & eius ſubſtantiam putrefaciendo.

Si vero ex aeris qualitatum diſtemperantia peſtis ortum habuerit, omne regimen in dyſcraſiæ contrarium erit inſtituendum, humoresque ita diſponendi ſunt, vt putrediné, aut aeris conuariationem haudquaquam recipiant, & qui iam diſpoſiti ſint ad eam concipiendam, conuenientibus medicamentis præparentur, concoquantur, & inde ſubducantur, eademque intentione, vt cibi ſint boni ſucci, & pauci excrementi: intelligatur tamen talis aeris intemperies, nõ ſuffocati, aut conſtricti, ſed euentati.

Cæterum ſi peſtis vti flagellum ex fatali numine contigerit, quæ ita cognoſci poteſt, cum aliquis ſyderum coitus, cum aeris, aut terræ, aut aquæ corruptio, aut aliarum rerum ſquallor, ac putredo hæc viſa non fuerint, & cum vna regione in vna ciuitate, eademque tempeſtate quamplurimi ſubita, aut repentina morte: abſque ægritudine aliqua præcedente in inſtanti pereãt, & cum in primis appareant phantaſmata prædicentia futuram peſtem, & cum nec fuga, nec peregrinatio ſit tuta, nec à Medicis auxilium expetendum

ſit vllum, & cum genus humanum eius rato, & inemendabili vitio in Dei contemptu omnia perpetrat, tũc à fatali quippe nemini ſuboriri pro comperto tenẽdum eſt, Scopus autem præſeruationis verus tunc erit, ieiuniis, pœnitentiis, eleemoſynis, vitiorum abſtinẽtia, & eius præceptorum obſeruantia præpotentem Deum expiare, flere, vt mortalibus culpam remittat, exitioſamq; luem hanc re-
4. Meth. c. 1. primat. Scribit Auicen. *ob has cauſſas proſunt hominib. orationes, & ſacrificia.* Homer⁹ in principio Illiados refert, in exercitu Græcorum, ab Apolline irato ſagittis immiſſis fuiſſe contortos, & multos, ante omnia animalia ægrotaſſe. Plinius memorat Dipœnum & Scyllem
Libr. 36. c. 4. Cretenſes primos omnium, quorum memoria exiſtit, marmoribus ſculpendis claruiſſe, cum hi ſe Sicyones contuliſſent, Deorum ſimulacra locauerũt Sicyonibus, verum priuſquam abſoluerent, artifices queſti iniuriam, in Ætolos abire: Protinus fames, ſterilitas, & peſtilentia Sicyones inuaſit, cumque remedium ab Apolline præcarentur, reſpondit, ſi Dipœnus & Scyllus Deorum ſimulacra perfeciſſent, quod magnis mercedibus obſequiisque impetratum fuiſſet. Auicen. Intende
10. Meth. ergo, & attende iſtorum omnium diſpoſitionem, & quod dicitur de flagellis diuinis, quæ deſcendunt ſuper ciuitates flagitioſorum, & ſu-

ſuper homines iniurioſos, vnde Seneca, *Quicquid patimur, venit ab alto.* Auenzoar *tertio theyſir: Peſtilentia procedit ab illo, qui eſt ſumma & vltima ſcientia.* Scribitur etiam, quod Romani in ingenti calore vrente vrbem, atque agros exortam peſtilentiam non alia via abiicere potuerunt, quam abducto ex Epiſmonte vrbe Aſię Cibalis ſimulacro, & ex Epidauro ſub anguis forma Æſculapii ſimulacro, ceu Medico Deo, quibus Romam intrantibus, ſtatim poſt venerationem, peſtem, qua Romana ciuitas triennio continenti vexata fuerat, è veſtigio depulerunt, ac ſæpenumero ortam Athenis peſtilentiam, ob ſacrificiorum ac votorum ſolemnia extinctam fuiſſe legitur, & iſti Chriſticolæ non fuerunt. Nonne etiam in Teſtamento veteri ſcribitur, vti in libro Regum, quod præpotẽs Deus in populum ſuum Iſrael epidemiam miſit, qua ſeptuaginta millia periêre?

Legitur, quod poſt mortem Remi oborta fuit peſtilentia, conſulto oraculo, reſponſum eſt, placandos eſſe manes Remi, ob quam rem ſella ſedia currulis, cum ſceptro, & diademate, & cæteris regni inſignibus, ſemper iuxta Romulum aliquid ſancientem ponebatur, vt mortuus etiam Remus pariter imperare videretur. Noſtra vidit ætas Mediolani Gallorum gliſcente obſidione, fame, peſte,

circa centum millia homines periisse. Discrimen imminet, ne ex criminibus nostris, ea tam dira pestis, quæ Athenienses, aut ea, quæ totam Europam cum sputo sanguinis quinque annis grassata est, nos inuadat, itaq; omni ingenio auerruncanda est ira præpotentis Dei, ne illis pestilentiis corripiamur, quæ tanta violentia & atrocitate inuadere solent, quibus feruore capita incendebantur, oculi suffusione rubebant, lingua cruore manabat, aures tinnitu sonoræ, vultus toruus, crebra suspiria, eaque graue olentia, sternutatione, raucitate, mox tussi anhela pectus & præcordia concutiebantur, singultu quoque, in quibusdam cito desinente, quosdam diutius torquente; corpora forinsecus subrubicunda, vlceribus intrinsecus fœdata ita æstuabant, vt velamenta vel tenuissima tolerare haud poterant, multi æstus impatientes, & sitis cruciatu in puteos semetipsos præcipitarunt, adhæc accedebant inquietæ continentesque vigiliæ, ardore vrente vitalia populabantur. Nonnulli in genitalibus, extremisque manibus ac pedibus vim morbi prorumpentem cruciabiliter senserunt. Nonnullorum brachia, tibiæ, manus, & pedes putredine cadauerali esthiomemata cadebant. Vnde nonnulli, cum illorum membrorum iactura atque dispendio liberati, quidam amissis oculis

Descriptio pestis Atheniensis.

oculis in misero cæcitatis exitio superstites vixêre, quibusdam tanta fuit obliuio, vt cognatos, amicos, & nomen proprium obliuioni traderent, & etiam semetipsos ignorarent, in tam diro malo nullum salutare præsidium excogitari poterat, curatio omnis irrita, vota in cassum suscepta, precationes auribus Dei surdis frustra ingerebantur, cateruatim dabant stragem, passim iacebant cadauera hominum insepulta, quæ nec alites, neque bestiæ attingebant, quod si quæ gustauerint, illico perierunt, & vbi quis se morbo affectum videbat, conscius languoris, protinus salutem desperabat, & deficiens animo mœsto cum corde iacebat. Quamobrem quotidiana funera, & ob omnium oculos mors erat. Vndique dies noctesque ploratus audiebatur, funera funeribus cumulabantur. Galenus testatur, *quod pestis sæua in summos pedes grassata, & crudelitas prædonis circa Coracesium Pamphiliæ: pestilentia namq; putrefaciebat, prædo autem abscindebat extremos pedes, vt sine baculo non possent ambulare, qui in huiusmodi incidissent infortunium, non quod ad motum crurum à baculo iuuarentur, sed ad firmitatem, quam prius habebant ex pedibus.* *Lib. 3. de vsu par. c. 5.*

Si autem pestis suboriretur ex his, quæ cedunt ad victum, ex terræ putredine inquinatis,

natis, tunc illa ex regione ſana perquirenda ſunt, quæ ſi haberi non poſſunt, corrigantur cum his, quæ ſunt cauſis agentibus contraria, quæ faciunt, vt illi cibi & potus peſtiferi ſint.

Si vero peſtis & epidemiales morbi, quales anthraces, febres peſtilentiales ex prauis ſimiliter cibis ſubortæ fuerint, quibus homines veſci ſolent, quemadmodum ex rerum indigentia, aut in ciuitatibus gliſcente obſidione, aut ex praua & voluntaria helluonum victus ratione euenire ſolet, tunc ſtudeant veſci cibis ac potibus boni ſucci, de quibus infra, & inter cætera à morbis ex praua victus ratione contingentibus præſeruandi, ius præſertim pullorum, gallinarum principatum obtinet, & hæc eſt, quantum ad efficientes cauſas extrinſecas, methodus præſeruatiua.

Præſeruatio à cauſis efficientibus internis.

Quo vero ad cauſas efficientes intrinſecas, è tenebris inprimis vniuſcuiuſque corporis præſeruandi, diſpoſitio ac temperatura perquirendæ ac eruendæ erunt, videlicet, num peſtilentes cauſæ ſint ſimiles, aut diſſimiles: quod ſi diſſimiles & contrariæ ſint, tales conſeruentur, quoniam tanquam minus aptæ, minus etiam conflictantur, cæteris paribus, cum mutati aeris temperiei ſint contrariæ, Quo fit, vt vnius duntaxat temperatu-

ræ, & non aliarum quandoque homines corripit, vnde Auenzoar admonet, quod illi magis parati ſunt dictam concipere corruptionem, qui ſunt eiuſdem complexionis. Itaque cum ſint ſimiles, ad gradum temperamenti contrarii reducantur, quemadmodum *in primo de differentijs febrium* docet Galenus, vbi inquit: *Cum incipit talis aeris peſtilentis conſtitutio, quæcunq; corpora humida videbamus, omni via exſiccare conabamur, quæ vero ſicciora, in his antiquum habitum conſeruabamus: at quibus ſuperfluitates redundabant, hæc purgationibus ſanabamus, obſtructiones autem foraminum aperire atq; abſtergere ſtudebamus.* Quoniam quæcunque corpora munda ſunt, ac ſuperfluitatibus carent, nonnulla quidem nihil, nonnulla vero minimum mali ſentire, ac facilem ad naturalẽ habitum habere regreſſum apta ſunt. Itaque cum peſtis orta fuerit ab aeris intemperie calida & humida, & quibus temperamentum ſit calidum & humidum, ne in maiorem caliditatis & humiditatis lapſum delabantur, eorum victus ratio declinet ad frigidum & ſiccum, vnde veſcantur lactucis, portulacis, & ſimilibus: ſed cum tales herbæ in ſe etiam humidum ſuccum contineant, admiſceantur cum eis, quæ ſiccant, qualia ſunt anethum, pulegium, menta, origanum, naſturcium; ex fructibus thymus; ex radicibus por- *Cap. 6.*

rum;

rum; ex seminibus anethum, apium, carum,
lybisticum, cuminum, panis hordeaceus,
carnes assatæ, pisces assati. Vitandæ sunt car-
nes elixæ lactantis vituli, hœdi, agni, porcelli;
vitandæ sunt aues, quæ in paludibus degunt,
piscesque elixi, vitanda iura, multæ potatio-
nes. Quibus vero temperamentum est tan-
tummodo calidum, vescantur obsoniis, quæ
interius refrigerant, remissius siccant, quibus
autem humidum extiterit, vescantur iis, quæ
vehementius siccant, & remissius refrige-
rant, ita obseruetur cum balneis ab illis, qui
eis sæpius se balneant, quibus vero calidum,
at siccitate & humiditate temperatum, ve-
scantur frigidis tantummodo; quibus humi-
dum, sed calore & frigore temperatum, ve-
scantur siccis; quibus calidum & siccum, ve-
scantur frigidis; quibus frigidũ & humidum,
vescantur siccis; quibus prorsus tempera-
tum, vescantur iis, qui temperatũ & bonum
sanguinem procreant. Sed animaduertẽdum
est, cum aeris qualitas fuerit mutata, aut pu-
tredo in eo existat, non affatim mutetur vi-
ctus ratio monitu Cornelii Celsi *in lib. 2. c. 10.*
quibus seruatis, ex reliqua victus consuetudi-
ne, quam minimum mutari debet. Si tenuis
cibum substantiæ ederit, aut tenui victu vta-
tur, vbi aer tantum peccat, corporis tunc ha-
bitus rarefit, & laxior euadit, ex qua raritate
virtus

virtus imminuta minoratur, quo fit, vt etiam rarefactum corpus tunc ad contrahendas aeris impressiones magis præparatum sit, in percutanea spiramenta rarefacta, & corporis meatus; ac per anhelitum aer putris recipit, vnde sanguis & spiritus putrescunt, quia virtus debilis facile noxam suscipit: Igitur ab assueta victus ratione non temere declinandum est, sed caute, & paulatim. Si vero pleniori, & crassioris substantiæ cibis vescantur, vt condensetur habitus, & corroboretur, tunc suboriuntur ex humorum copia obstructiones ingentes ac putredines, quibus inde moriuntur, ergo non expedit bonum immutare victum vel in pleniorem, vel in tenuioré, sed in antiquo potius remanere. Sed si interim corpus malis succis oppletum esset, tunc ex corpore, cum medicamentis potius benedictis subducentibus, quam exoluentibus purgentur humores; sed si virium robur extiterit, ac aliquod timendum indicium ex futuro malo & pessimo appareat, quod ex praua victus ratione eneuturum sit, tunc ex virtutis robore, medicinæ acriter soluentes scammoneatæ propinandæ sunt, quæ licet à proprietate quadam principalibus membris noxam præbeant, earum tamen facultas ad ea peruenit, vt illud cum corruptis ac putridis humoribus educat venenum, quod

cor

cor ambire paratum eſt; his tamen medicinis ſcamoneatis, ea, quæ eorum veneno ſitati reſiſtant, aut eorum noxam oppugnent, ac principalia membra validiora reddant, commiſceantur. Nec non exhibenda poſtea ſunt ea, quorum qualitate occulta, aut lata, aut à proprietate ſubſtantiæ talis exiſtat vis, qua membra & ſpiritus potentiores efficiantur, quales ſunt hyacinthi, ſmeraldi, margaritæ, theriaca, mithridatium, electuarium euforbii, & alia ſimilia, de quibus infra. Ita corpora, quæ humorum copiam collegerunt, purganda ſunt: quiſquis enim humor à ſanguine diuerſus medicamento, ſanguinis vero copia, qui etiam ex boni ſucci cibis oriatur, vena inciſa minuenda eſt; talem enim corporis op-

Signa plethora quo ad vaſa.

pletionem, quo ad vaſa, hæc inſinuant; tumidiores ac tenſiores non calefacto corpore, nulloq; præmiſſo exercitio venæ, dolor cum inflammatione, & hæc ſæpius euenit, vbi quis multi ſucci nutrimento vſus ocioſam & tranquillam vitam duxerit, ſi aquæ dulcis balneis poſt cibum vſus fuerit, ſi excretiones fluere conſuetæ retentæ fuerint, ſi repletionis vitio excitatis morbis infeſtari aſſueuerit, ſi in regione temperata, vel non admodum ab illa remota, & in medio veris tempore; hæc namque ſi vna coierint, non paruum huiuſce rei dant teſtimonium: Sed inter has

huius

huius plenitudinis notas pulſus magnitudo & vehementia quoque reponitur.

Oppletio autem quoad vires ita noſcitur: nam eam conſequuntur grauitas ac pigritia, præſertim cum particulæ ſenſu præditæ affiiciuntur.

Repletionum vero quantitas, & magnitudo, ex concomitantium eas ſymptomatum magnitudine dignoſcitur, veluti peccantium humorum qualitas ex colore, & dignoſcitur ex ſymptomatibus, vel in vno membro, vel in toto, ſi corpus pallidius, aut ſolito flauius, flaua bile abundat; ſi fuſcius, aut nigrius, atra; ſi albidius, pituita; ſi rubicundius, ſanguine; ſi puſtulæ flauæ per totum corpus diſperſæ fuerint, bilis flaua exuberat; ſi fuſcæ vel nigræ, atra; ſi albæ, pituita; ſi rubeæ, ſanguis.

Oppletionis quoad vires. Humorum peccantium.

Si ventriculus quodam morſu male afficiatur, cibi faſtidio, ſi magis ſitiat, quam eſuriat, ſi ſapit nidorem, ſi ructuat, ſi excrementa biliosa vel ſponte euomat, aut aluus reddat, ſi in eſcis vel potationibus amaritudinem ſentiat, ventriculus tunc oppletus eſt flaua bile. Si vero alicubi eryſipelas vel ſacer ignis, ſi lien turgeat, ſi cancer, ſi lepra, ſi ſcabies, ſi hæmorrhoides, ſi varices nigræ, atræ indicant bilis copiam. Si mentis & corporis ſegnities, ſi ſomnus profundus, ſi capitis grauitas, ſi ructus acidus, ſi alicubi tumor albidus, laxus, pituitæ

copiam demonſtrant. Si plenæ venæ tument, ſi alicubi inflammatio ſanguinis præter modum excedet.

Has etiam oppletiones declarant morbus, anni tempus, regio, cœli ſtatus, corporis temperamentum, ars, victus ratio, morbus.

Sic febris tertiana bilis flauæ copiam inſinuat, quartana atræ, quotidiana pituitæ, continens ſanguinis.

Tempus in vere corpus pluſculum ſanguinis colligit, æſtate flauæ bilis, autumno atræ, hyeme pituitæ.

Regio, quæ ſi temperata erit, ſanguis ſubit, ſi calida & ſicca, flaua bilis, ſi frigida & humida, pituita.

Ætas, ſi pueri, ſi adoleſcentes, ſi ordinate vixerint, ſanguine abundant; ſi iuuenes, flaua bile; ſi ſenes, pituita; ſi ſeniores, atra.

Cœli ſtatus, nam ſi temperatus erit, ſanguis exuperabit; ſi calidus & ſiccus, bilis flaua; ſi frigidus & humidus, pituita; ſi frigidus & ſiccus, atra.

Temperamentum corporis ſi fuerit temperatum, ſanguinem; ſi calidum & ſiccum, bilem flauam; ſi frigidum & humidum, pituitam; ſi frigidum & ſiccum, atram procreant.

Ars, qui venas metallorum excoquunt, & opera metallica fabricantur, & fabri ferrarii bilem

bilem colligunt: doctrinarum studiosi atram bilem, piscatores pituitam; & alii pariter secundum eorum artes humores colligunt.

Victus ratio, de ea copiosius infra describã, cum diuersa sint genera ciborũ, diuersi etiam ab ipsis humores in corpore procreantur, & secundũ eorum ingestionem talis humorum fit copia. Quamobrẽ cum cõtingat ex his oppletio, vel quoad vasa, vel quoad vires, tunc minuẽdi sunt humores, vel in particulari mẽbro, vel in toto accũbentes, vel venæ sectione, vel pharmaciis eligentibus suos proprios humores. Sed si cõtingeret, ꝙ cõstitutio aeris esset calida, & humida, & putris, & humores essent in corpore deprauati, cauendũ, ne confertim euacuentur, quia in febrẽ pestilentialẽ repente incident. Nam hanc experientiam cõpertam habemus, cum anno 1528. qui confertim purgabantur, omnes moriebantur, quoniã primo agitabantur humores, quemadmodum Galen. 2. *de victus ratione*, in pleuresi testabatur, quia nescimus ex arte purgare, vel nimis, vel parum, destruitur virtus illius, quod residet, augetur putredo, & ad viscus aliquod nobile transit, quia mouetur, & non euacuatur, quia omne pharmacum soluens & attrahens est venenosum. Ideo Cornelius Celsus *in lib. 2. cap.* 10. de obseruatione in pestilentia admonet, quod neque ieiuno, neque

Text. 11. & 12.

Teste Gal. ibid.

cœnato vomendum ſit, neque mouenda aluus, atque ſi per ſe mota eſt, eſſe comprimendam. Attamen ſi corpus purgari contigerit, cum confertim euacuando agitantur humores, & rarefiat cor, ipſiusque facultates imbecilles reddantur, quod periculoſum ſatis eſt, operæpretium erit Auicennæ doctrinam ſequi, inquit: *In præſeruatione, quod cum corpora humoribus plena euacuanda ſint, euacuanda ſunt parum pro vice, ſed ſæpe*, vnde non euacuanda cum his, quæ virtutum mineras deſtruunt, ſed aloe, myrrha, & croco. Ruffi admirādum pharmacum, teſte Rhaſe de Ruffo, qui fuit ante Auic. Ego hoc medicamentū expertus ſum, quia habet omnem methodum, & ſemper bene ſucceſſit, & cōficitur ſimili modo, *Rec. aloes partes duas, croci, myrrhæ an. p. j. ex vino odoriſero diluatur*: In præſeruatione datur mane in forma pilulari; in vino citius membra penetrat, ſed neque Ruffus, neque Auic. ſcribunt doſin, quia ætates & temperaturas diſſimiles viderunt, ſed tuto. drach. j. poſſit exhiberi: aloe enim purgat, putredinem prohibet myrrha: etiam illinitione eius corpora à putredine conſeruantur, aperit obſtructiones, crocus cor corroborat, innouat ſpiritus: cum enim cordis ratio habenda ſit, hoc Ruffi dignum pharmacum expedit, cum corroborat, aperit, remouet, exiccando cauſas intrin-

Pilulæ Ruffi.

4. ad alm. de peſtilentia.

ſecas

secas & extrinsecas, cum summa etiam cura pestilentialium morborum exiccatio. Vnde si aeris qualitas declinet ad nimiam caliditatem, tunc custodiatur cum frigidis non intense frigidis; & tunc subducantur humores biliosi, si corpus illis fuerit oppletum; si ad nimiam humiditatem humores pituitosi, si exuperant, purgentur, vt corpus exiccetur, & tunc vtatur victus ratione, quæ vim exiccandi in se contineat; sic intelligatur de cæteris anni temporibus, ac corporis humoribus.

Insuper in aliis etiam omnibus obseruandum ac considerandum est, an pestis grassari incipiat, an ipsius suspicio duntaxat sit futuræ pestis, quamuis nondum inceperit. Quoniam nonnulla expediunt, cum sola futuræ pestis suspicio sit, quæ non conueniunt, cum adsit, sicuti exercitium, & nonnulla inferius describenda.

Interim cauendum etiam erit ab omnibus rebus, tam nō naturalibus, quam præter naturam, quæ extra sanitatis modum, imo extra sui latitudinem temperamenti homines ducere valerent, quæ extra sanitatis latitudinem tempore non pestifero raro duxissent, aut quæ alias ad neutralitatem, aut ad morbum sanabilem duxissent, hoc tamen pestis tempore consentiente aeris malignitate, ad morbum deducerent insanabilem.

Inter reliqua etiam operæ pretium erit, si in omni pestis genere, cum rebus frigidis aut calidis, secundum causæ pestilentiæ exigentiam, cui debent admoueri intus & extra cordis & spiritus facultates validiores reddantur, vtendo rebus putredini & venenis resistentibus, ac proprietatem habentibus, inferius describendis.

Restat, vt methodum eam, quam medicinalis scientiæ interpretes de medicinalibus præseruatiuam nuncupant, hoc in loco pernecessariam, perscrutari incipiam: In primis admonet Auicenna *in cap. de præseruatione à pestilentia: Primum annotandum est, oportet, vt extrahantur à corpore humiditates superfluæ, & inclinetur regimen eius ad exiccationem ex omni modo, quæ exiccatio tribus methodis, scilicet venæ sectione, victus ratione, & congrua medicamentorum administratione perfici posse existimatur.* In primis inspectis conditionibus, quas 4. *primi cap. quinto* Auicenna scribit, in his carminibus collectis:

Ars, ætas, virtus, regio, complexio, forma,
Nec non symptoma, repletio, tempus, & vsus.

Ex quibus colligitur, non omnia corpora à peste præseruanda euacuatione indigere; corpora enim optime sana, quorum cibi fuerint boni succi, & facilis concoctionis,

corpora ſimul laudabilium humorum euacuatione non indigent : at cum alterantibus duntaxat peſtiferis cauſis contrariis cuſtodienda ſunt, vt ſi peſtiferi morbi ex humido & calido contraxerunt cauſam, præſeruentur cum frigidis & ſiccis, & ſic de aliis: virtus imbecillis, temperies calida & ſicca, vel multum frigida, ac macies magna ſuperflua, pinguedo, ætas pueritiæ, decrepitatis, ſymptomata mala euacuationes conſequentia, tempus anni, vel regio multum calida, vel multum frigida, euacuandi conſuetudo, artes laborioſæ corpus multum reſoluentes: Hæc nempe neque purgationem, neque venæ ſectionem fieri admittunt, ex quo infertur, male & inepte operari illos, qui quoſcunque præſeruandos indifferenter euacuant, aut ſanguinem minuunt, nulla habita ſuper his conſideratione. Præterea ſi his exceptis, quos purgare, aut minuere non oporteat, alia namque exiſterent, quæ eſſent cacochymia, aut plethorica, vel quorum vaſa vel eſſent oppleta, aut corporis vires eſſent oppreſſæ, ad ea præſeruanda, tunc animaduertendum erit, an purgandum ſit corpus, an minuendus ſit ſanguis, an ad vtrumque intentio ſit. Diuerſas ac diſtractas auctorum opiniones comperio, nonnulli, quibus hoc forſan negotiũ breuius abſol-

An & in quibus ſit purgandum, & vena ſecanda ad præcauendã peſtem.

uere animus fuit, venæ secandæ mentionem taciti omiserunt, reliquos bipartitos offendi, inter quos Matthæus Gradiensis, vbi ætas concedit, natura & virium robur admittunt, sanguinis minutionem peropportunam semper existimauit, huius opinionem *lib.6. qui colliget vocatur, capite nouissimo* Auer. comprobauit, addens vlterius: *Sed aeri corrupto in substantia similiter resistendum est euacuationibus vniuersalibus.* Hæc Auer. Gentilis autem, ac præeminentium aliqui sanguinis minutioné tunc duntaxat necessariam esse iudicant, vbi æquam reliquorũ proportionem sanguineus humor superexcreuerit; at si secus fuerit, tũc laxatiuum pharmacum propinari iubent, vti præuincentis natura humoris expetierit. Hęc eadem Auic. sententia fortassis existimatur, qui *de pestilentialium febrium curationibus capite* tradit, *Sanguineo exuperante humore sanguinem tunc minuere salubre erit, reliquos vero humores iusta proportione exauctos pharmaco expurgare conducet, si quandoq; peste laborantes venam secare non expedit, neq; sanum illum, quem præseruare volueris, sanguinis missione custodies.* Ad hæc *de præseruatione cap.* idem asserit, *superfluos humores eijcere opus est:* qua de re, si sanguinis moles æqua fuerit, eadem intensiori qualitate haud afficiatur, tum sanguinem mittere detrimentum affert, nec ambigendum est,
quin

quin hæc Auicen. fuerit opinio. At hoc magis subuereri oportet, an hęc sententia recta existimanda sit. Nam quippe quam maxime auctoritatis vir Auenzoar horum contrariũ imperat, qui *lib. 3, eod. tract. c.* 1. planius referat, sanguinis missionem opportunam semper esse censendum. Ita enim scribit: *& sic iam diximus curam epidemiarum, quæ est cum frigidis, & & siccis, & cum his, quæ habent, aperire, & abstergere, & trahere malos humores, sed antequam fiat vniuersalis purgatio, & hoc cum venæ sectione, & subtiliando regimen, quam fieri potest.* Hæc ille: cuius etsi ad magnificandã auctoritatem, & in parte, quæ de negotio operatiuo potissimum esse arbitror, attamen, quæ rationi conformantur scripta, firmiora semper habentur, mihi nec imbecilla ratio in mentem venit, qua Auenzoar, ac Matthęi Gradiensis rationem stabilire possum. Nam nemo ambigit, quemadmodum, & supra peritorum sententia statuimus, pestilentialem inde exoriri febrem, ex putridi aeris cordi frequenti immissione, quæ inde ipsius humores sanguine reddundãtes putres efficit, cum cordi sanguis vbertim affluit, cum ergo putri aere cordis sanguinem infici extimescimus, quem inculpatum conseruare animus est, hunc vero sanguinis minutione in primis custodire conabimur, cum etiam ipsam cordis ęgritudinem,

quemadmodum demonſtrat Auicen.*can.3.ca.6.de curationibus vniuerſalibus ægritudinum cordis*, quamuis febrem peſtilentialem quandoque biliosam, quandoque pituitoſam, quandoq; ex atra bile comperi, conceſſum ſit, frequentius tamen ſanguineam peſtilentem febrem offendimus, quin immo Rhaſes *ad Alm.li.*10. concluſam peſtilentem appellat. Quoniam ergo hoc tempore ſanguiuis putredinem crebrius præcauere ſtudemus, venæ ſectionem ſępenumero efficere licebit. Quamobrem ne diſſerendo longiorem ſermonem faciam, tutius illud putauerim, ſi ętas, virium robur ac tempus admittant, vbi ſuper excedens fuerit humor, ſanguinis miſſione pleraque ſanorũ corpora peſtilenti tempore præſeruare poſſe, illamque & parcius, & copioſius, ſicut ſanguinis vbertas, aut penuria exigerit, efficere, vnde ſanguine refertis copioſam ſanguinis minutionem, reliquis vero cõgrua ꝓportione ſteriliorẽ fieri expedit. Quibus v. venęſectio cõſueta eſt, ii ſanguinem minuere largius poſſunt. Quibus vero inſolita, his moderatus, partiusque detrahendus eſt.

Quoties venæſectio in præſeruatione ſit repetẽda.

Quoties autem venæ ſectio repetenda ſit, Gentilis occurrit, & admonet, ſingulo menſe denuo reiterandum eſſe, cum ſolaribus radiis directo intuitu luna propius exponitur: cuius rei fortem rationem non conſpicor, pertime-

timescenda est enim repetitio:toties sangui-
nis haustu imbecilliores admodum vires effi-
ciuntur, neque antiquorum quisquam sic
nos instituit.Quamobrem cęteris consenti-
entibus,& veris,ac autumni tempore semel
tantum id exequendum esse consulo: vere si-
quidem,cũ sanguinis,tum reliquorum com-
motio vehemens deprehenditur: autumnus
corruptionẽ passim inferre traditur: ꝙ si hye-
mantis anni, ac æstiuo primordio ita pariter
secure agendum aliquis iudicet,ob id,ꝙ Hip.
& Gal.auctoribus non solum ingens in diuer-
sis tẽporum qualitates vicissitudo, verum ẽt,
& ipsorum successus,& ęgritudines pariat,id
a veritate haud prorsus alienum est,quamquã
vere excepto,reliqua tempora pharmaci ex-
purgantis auxilium malint.Quamobrem an-
nuo cursu binam pestilenti aere sanguinis de-
tractionem vena communi incisa saluberri-
mam esse censeo:sed vere, si ea largior,autu-
mno si partior fiet,id magis si lunę incremen-
to fiat,oportunius creditur:ęstate vero ac hye-
me licet nõ ęque salutaris, modicula tamen,
exilisq; sanguinis missio opem aliquam præ-
stabit.Si v.plethoricũ fuerit corpus,& in om-
nib.mẽbris superiorib.aut in inferiorib. ple-
thora fuerit ęqualis, aliis non resistentibus
communis brachii dextri vena incidatur:Si v.
talis repletio fuerit etiam in toto corpore,sed
maior

maior in ſuperioribus membris, tunc humoribus exuperantibus, quieſcentibus dextri brachii ex cephalica ſanguis minuendus eſt, quoniam talis venę ſectio eos fluere prohibet, & eos à ſuperioribus euacuat. Si autem contingeret, iam eos eſſe in motu, minuatur ſanguis ab eadem vena, prout videbitur plus, aut minus fluere. Sed ſi vaſa in toto corpore non eſſent oppleta, ſed cordis ambientia loca magis, baſilicam brachii dextri ſcinde, à dextro enim præcipue cordis ventriculo, vbi plus ſanguis abūdat, ſanguis diuertitur. At ſi in toto oppletio, ſit maxima, primo ex ſaphena, quæ cum euacuet à toto, ac diuertat, ſanguis minuendus eſt, poſtea ex baſilica dextra, quod ſi à ſiniſtro cordis ventriculo diuertere cupias, minuendus eſt ſanguis ex Baſilica ſiniſtra, maxime ſi à corde, & ab arteriis euacuare intentio ſit. Nam ex dextri brachii vena baſilica ſanguinis copia minuitur, ſed ex ſiniſtri brachii baſilica vaporum cordis, & arteriarū copia difflant, vbi Auicen. 13. *tractat. 1. cap. 9 de cura aſthmatis, in aſthmate*, inquit, *& anhelitus conſtrictione ſatis propter vapores fumoſos dominantes in corde, & humores excernentes in arteriis cordis confert phlebotomia, & melior eſt illa quæ fit in latere ſiniſtro: & vndecima tertii tractat. 1. in vniuerſalibus curationibus ægritudinum cordis: & repletio,*
in-

inquit, *sãguinea remouetur plebotomia basilicæ dextræ, & repletio vaporosa phlebotomia basilicæ sinistræ:* vbi tamen cautela habenda est, quoniam scribit Rhasis 7. *ad Alm. & in albucasi eius*, quod huiusmodi venæ incisio sit periculosa, nisi minutor sit peritus, quia habet neruum in latere, & arteriam sub se, & ideo sagitella debet esse non multum acuta, sed lata. Auer. 7. *colum. cap.* 16. non consentit Auicen. hoc in loco, immo tenet, quod phlebotomia venæ medianæ melius operetur omnibus aliis: & Gal. in de venæ sectione *summa secunda cap.* 2. videtur tenere cum eo, sed credendum est Auicen. Si quis enim scabiem habet, aut pruritum, ventosetur in locis aptis, si autem hepar oppletum extiterit, dextram basilicam aperi, admonet insuper Auicenn. 4. *primi capit.* 20. *oportet*, inquit, *vt omnes tres, scilicet basilica, cephalica, & nigra supra iuncturam aperiantur, & non sub ea, & neque in ea, vt egrediatur sanguis bene, taliter, vt saliat, & vt sit securitas à nocumentis neruorum, & arteriarum*, & vult, quod scindatur secundum longum simpliciter, sed parum transuersetur, Damascenus *secunda aph.* senes in 75. annis admonet, quod basilicam incidere desinant.

Huic insuper loco adiicienda sunt, quibus cum incisa vena sanguinem exhaurire non expe- *Quibus loco venæsectionis conveniat scarificatio.*

expedit, membrorum in primis colligantiæ cognitio, de qua Auicen *secunda primi doct. prima cap. vltim.* mentionem facit, considerandа est, quoniam cucurbitulæ vices supplebunt. Nam humeris loco venæ basilicæ sectionis, Naribus loco venæ communis scalpello concisa cute sanguinem extrahentes applicabimus. Cum autem intentio sit, capitis sanguinis oppletionem minuere, tunc minuetur, vel sanguinis è naribus profluuii, vel loco cephalicæ sectionis in nocria, siue fontanella colli, vbi capiti coniungitur collum, cucurbitulæ admotio præstabit. Si vero vasorum mẽbrorum spiritualium oppletionem minuere vellemus, tunc cucurbitulæ admouendę sunt humeris. Si vero membrorum nutritiuorum vasa inanire opus sit, tunc renibus, vel adiacentibus locis admoueantur cucurbitulæ: in medio autem coxarum domestico, aut tibiarum, aut sub talo, aut in poplitis curuatura, in partibus domesticis appositio cucurbitularum vices venæ saphenæ sectionis supplebit, si hæ vero in partibus syluestribus admoueãtur, venæ schiaticæ sectionis fungentur officio. Natum loco hirudines electas, ani etiam orificio applicare conuenit, & hæc quantum ad corpus plethoricum, nunc superest, vt vertam rationem ad corpus cacochymũ, vt subiectum, id est, cor, & in eo contenta ita parentur,

tur, ne tale putre seminariũ pestiferũ in se cõtrahant, vt cordis substantia ad resistendum sit validior, ac sanguis cordis sit ita mundus, purus, & inculpatus, ne facillime putredinem admittat, ac cordis spiritus ita lucidus, & illustris fiat, ne aeris putredine se alterari, & immisceri permittat.

In primo de differentiis feb. admonet Gal. quod quęcunque munda sunt, aut superfluitatibus carent, nonnulla quidem nihil, nonnulla vero minimum mali sentire, ac facile ad naturalem habitum habere regressum : monitu ergo Galeni nobis elaborandum erit, vt corpus superfluitatibus careat, ne ex earum magna putredine, quam ad cor spirant febribus pestilentibus, cor, aut in eo contenta corripiantur, vnde sanguis in primis ad æquam tẽperiem deducendus est, ac reliquorum cumulus humorum, quos sanguini Medicorũ insignis turma mixtos esse testatur, cum non leuem in hoc negotio varietatem efficiat, ad concoquendos eos, his, quæ sanguinis putredinem mirum in modum cohibent, atq; spiritus purius illustrari queunt, medicamentis vtemur, scribit Galen. *loco prænotato*: In pestilenti vero aeris statu inspiratio plurimum est caussa. Fit enim & aliquando ob eos, qui sunt in corpore humores, ad putrescendum paratos, cum breuem aliquam occasionem ad febris *Cap. 6.* *Cap. 6.*

bris originem, ab aere ambiente acceperit animal, magna autem ex parte ex inspiratione incipit aeris circumstantiis à putrescibili euaporatione vitiari: quamobrem cæteris æquādis humoribus ita aduertere æquum est, vt quanto ipsorum alterius sanguini grandior moles insedit, eo validius sanguinem refrigerare, & exsiccare expediat, nunquam sanguinem humidiorem reddere iuuat, præcipuam siquidem exiccandi intentionem esse tradidimus: congruis ergo medicamentis qualemcunque sanguinem opportune disponere ostendam,

CAP. III.

De syrupis.

SI quis addita bile incaluerit, huic septenis diebus diluculo hunc syrupum propinabimus, Rec. sy. ex acet. cit. de granat. an. ℥v j. de agrest. ℥j v. aq. bugloss. acetos. an. ℥j ß. M. Rabi Moyses in *suis aph. par.* 21. dicit, quod syrupus acetosus cum speciebus triasantalorum temporibus pestilentiæ diebus sumptus sit bonus.

Verum si pituitosi succi rigore remissius sanguis æstuet, hic per commode pari numero syrupus assumendus est, *Rec. syr. acet. s. vnc.* 1. *mellis rosacei* ℥.v.

Sy. ex

sy. ex succo endiuiæ ℥. iij.
Aquarum melissæ,
endiuiæ,
acetosæ, vn. 1. misce.

At vbi atram bilem sanguini vberius commistam deprehendimus, syrupum huiusmodi conducibiliorem existimo,

Rec. *sy. de pomis descrip. subor regis ℥. vj.*
an *acetosi. s.*
de succo acetosæ, an ℥. iiij.
granatorum ℥. ij.
Aquarum buglossæ,
lupulorum an *vn. s.* misce.

Qui aliorum humorum æqua proportione commista debitam suo iure sanguini naturam reseruat, liquorem hunc septies hauriet,

Rec. *sy. acetositatis citri vn.* 1.
ex succo acetosæ,
acetosi an ℥. iiij.
Aquarum acetosæ,
endiuiæ an vn. s.

Neque illud absurdum fuerit, si hyemante anno minoris frigoris syrupos hauriendos esse, atque temporum omnium quoquomodo rationem habendam, quis existimet, nam annotatorum nempe syruporum frigidiores aliqui sunt, quidam remissiue rigent. Quamobrem si haud iudicii expers medicæ facultatis professor fuerit, horum accurata commi-

xtione singula opportune exequetur, quamquam & alios hac in re congruos liquores minoris rigoris per multi compertum habeant, veluti rosaceus, ac ille, qui ex lupulorum succo conficitur, quiq; de cichorea vocatur, atq; illi, quos cordiales prærogatiua quadam appellamus, ac alii quam plures, quorum aliquos percurrere animo insedit.

SYRVPVS DE BAPTISECVLA, AVT DE CYANO.

Rec. *succor. baptisec.*
bugloss.
borrag.
acetos.
pom. dulc.
scariolæ,
endiu. an. ℔. j.
Rosar.
fl. nenuph. an. ℥. vj.
aeti,
acetos. citri an. ℥. viij.
santal. citrinor.
corall. rubr.
diptam.
carlinæ an. ʒ. ij.
A. bugloss.
violar.
borrag. an. misc.

campho-

camphoræ. ʒ. i. s.

reubarbari optimi vn. 2. misce. & fiat syrupus cum sacharo. & aromatiza cum scru. 2. vnicornu, aut cum ʒ. ij. cornu cerui. Iste enim æquat biliosum sanguinem, prohibendo venenosam putredinem.

Alter mutuatur à Damasceno, qui laudari potest, cum non tantum præseruet ab ipsa putredine, verum etiam pestiferis morbis, & anthrace affectos curat.

Rec. *endiuiæ,*
lactucæ,
scariolæ,
acetosæ,
sem. citri mundati, à cortice sing. vn. 1.
rosarum rub.
violarum,
florum nenupharis,
florum boraginis,
buglossæ sing. ʒ. iiij.
florum rorismarini. ʒ. ij. in aqua rosata his duobus diebus maceratis per alembicum in balneo mariæ destillentur, cui aquæ stillatitiæ addatur sacharum q. s. & fiat iulep. & acetosetur cum acetositate citri, vel succo granatorum, & aromatizetur cum puluere sandalorum, rosarum, spodii, croci, & in fine addantur aquæ rosaceæ vn. iij.

Alius huiusmodi facultatis,

Rec. *aquarum melissæ,*

buglossæ,
acetosæ,
nenupharis,
violarum,
boraginis sing. lib. I.
succorum pomorum dul. lib. I.
succorum citrangulorum,
limonum,
acetositatis citri sing. vn. ℨ. s. in his macerentur per diem naturalem santalorum omnium sing. vn. ℨ. s.
cinamomi optimi ℨ. s.
ligni aloes ℨ. I. s.
gariofilorum scru. s.
capill v.
scabiosæ,
farfaræ sing. m. I.
florum cordialium sing. m. I.
corticum citri ℨ ij.
sem. citri ℨ. ij s deinde bullito leui ebullitione vsque ad consumptionem tertiæ partis, deinde colentur, & exprimantur, tunc expreßioni ad[...]e sy. iuiubini,
sy. de buglossa sing. vn 6. misce & compone iulep. clarificatum, quod inde aromatizetur cum specierum diamusci dulcis scru. s. saphyri, smeraldi, granatæ, rubini sing. scru. I. sed hi lapides præciosi in primis præparentur.

SY. DE ZEDOARIA.

In tempore hyemante is syrupus magnum subsidium præstabit;

Rec. *betonicæ,*
scabiosæ,
chamædryos,
cichorii,
calamenti,
maioranæ, sing. m. 1.
corticum citri & sem. eius mundati sing. vn. 1.
zedoariæ,
ben, albi & rubei,
calami aro,
stœchados sing. ʒ. 1. hæc omnia grosso modo contusa macerentur in lib. 6. aquæ per duos dies, deinde omnia simul cum ipsa aqua destilletur in balneo mariæ, deinde omni libræ istius aquæ stillaticiæ addantur sachari albissimi vn. 6. & aceti acutissimi v. s. fiat iulep. & aromatizetur cum puluere gariophyllorum, macis, cardamomi, & croci ligato in panno lineo raro, qui sæpe in tali decocto confricetur.

CAP. IV.
De medicinis purgatoriis.

POSTQVAM ex instituto prænotatos cõgruos potus ebiberint, proximo die salubri pharmaco humores eos concoctos purgare

gare decet. Quapropter id etiam memoratu maxime dignum videtur, pestilenti tempore fortia pharmaca summe euitanda esse, sicuti authores quidã admonent, & duntaxat medicamenta, quæ roborandi cordis facultatem sortiuntur, atq; inde humores subducere possint, assumere commodum fuerit, veluti myrabolanorum species omnes, tamarindique, ac rosarum succus; agaricus cordis vires exauget ac turbidos inde humores euocat, eiicit; Aloe, vt testatur Mesue, in ægritudinem insanabilem eo vtentem non sinit incidere, præseruat res à putredine, quod idẽ myrrha facit: Nec non reubarbarum; ex hoc ergo loco huiusmodi aluum soluentes medicinas conficiamus.

Purgatio pro biliosis.

Bile igitur refertum sanguinem pharmacum hoc opportune depurgat,

Rec. *pruna Damascena numero* 12.
tamarindorum vn. 1.
sebesten numero 36.
iuiubas numero 10. *in aquis endiuiæ, acetosæ, buglossæ aliquandiu ferueant, vt excoquantur, in fine autem decoctionis adiiciantur violarum* ℥.iij. *quibus medice concoctis omnia valentius comprimẽdo pure excolentur.* Deinde Rec. *huius decoctionis vn.* 4.
succi rosarum puri vn. 1.
Reubarbari probi scru. 4. *simul macerentur*

er horas 12. Deinde fortiter exprimantur, & expreßioni commisceatur, & dissoluatur triphera persica vn.1. quibus sedulo commixtis potionem hanc horæ spatio ante solis ortum haurire proderit, proximo autem die sachari rosei ʒ. iij. buglosiniq; ʒ. 1. s. commixta assumet. Eandem quoque potionem, cuius corpus sanguine refertum sit, per commode ebibet, at pruna, iniubas, ac violas demito, sed eorum loco tamarindos, ac sebesten pro dimidio substitue adiuncta, proximoque die ex granatis acidis vini vn. 1. sachari rosei ʒ. iiij. propinabis.

Pituita autem tepescentes, ita expurgabimus, Rec. *tripheræ persicæ vn. 1.* *Pro pituitosis.*

agarici ʒ. 1.

reubarbari probi scru. 1. s. quibus commixtis sacharo obuolutũ pharmacum frustulis aliquot dispartiendo præannotato tempore veluti bolos ingluttiet, altera luce, Rec. *sachari rosei ʒ. iij.*

confectionis diamusci ʒ. s. misce & fiat bolus, quem ingerat,

Quib⁹ atra bile sanguis obscuratur, his cõsimili fermè medicina aluus soluenda est, *Pro melancholicis.*

Rec. *tripheræ ex epithimio ʒ. iij.*

triphara persicæ ʒ. v.

agarici vn. 1.

reubarbari probi ʒ. s. cũ sacharo fiat bolus, quod si seri caprini vn. 8. subinde ebibere apperat, recte agetur, postero vero die *buglosini, ac rosei*

sachari sing. ℥. ij. confectionis deamusci dul. scru.ij. superaditis comedere par est.

Huiusmodi pharmaca præebibitis septenis syrupis annuo tempore repetenda consulimus, vere, scilicet & autumno, nec illud obesse censendum est, si hæc omnia quaternorum temporum initio semel exequi maluerint, id enim satius arbitror.

CAP. V.

De pilulis.

PRÆTEREA intermedio tempore hebdomadis singulis pilularum communium ʒ I. plerique bis inglutient. Quarum & si variæ descriptiones tradantur, quã tamen Rhasis 4. *ad Alm. tract. 3. cap. 25.* exarauit, Auerrhoes, & complures alii imitantur auctoritate Ruffi.

Pil. Ruffi. Rec. *aloes partes duas,*
myrrhæ,
croci, an. partem vnam, conficiantur pilul.

Testatur Rhases 17. *continentis nunquam vidi aliquem deuorantem hanc medicinam, qui non liberaretur, aut præseruaretur ab epidemia, & nunquam est inuenta medicina ipsi compar,* & iubet exhiberi singulis diebus quantitatem trium granorum hordei cum ʒ I. vini. Auic. autem auget dosin dando omni die circiter ℥. I. hæc autem medicina frequentanda est de quarto in quartum, aut de tertio in tertium

au

aut ſingulis diebus, & ita in maiori, & in minori doſi ſecundum corporis repletionem, & virtutis tolerantiam, & ætatis, & ſecundum minorem, aut maiorem aeris putredinem, & infectionem, vnde æſtiuo tempore ſalubrius eſt, vt trochiſcorum de camphora ſcru. I. prænotatis pilulis adiungas, ſic namque ipſarum feruor miteſcet. Æſtate etiam poſt ingeſtas pilulas ſæui caprini hauſtus, vbi modiculum aceſcat, ſatis commendatur, quod ſi congruam mellis roſei quantitatem addideris, commodius medicamen erit. Huic autem pilularum compoſitioni poſſent addi bolus armenus, aut camphora temporibus calidioribus, aut humidioribus, vt agaricus mirobalani Indi, vbi humores pituitoſos, aut atros ſubducere opus ſit. In tempore autem frigido pro maiori cordis robore muſcus, ad reſiſtendum veneno zedoaria addi poſſunt, aut anthos, & cum vino albo ſubtiliato, eas reformare, aut cum aqua meliſſæ. In æſtiuo autem tempore cum ſy. de acetoſitate citri, aut aqua acetoſæ.

In tempore itaque frigido poſſunt tales conficere:

Rec. *aloes hepaticæ.* ʒ. *iij.*
myrrhæ ʒ. *i. s.*
croci ſcru. ij.
reubarbari ſcrup. i.

agarici ℥.s. formentur pilulæ cum aqua buglossæ.

In æstiuo autem tempore.

Rec. *aloes hepaticæ ℥.iij.*
myrrhæ ℥ j.s.
croci scru.ij.
reubarbari ℥.j.
camphoræ gra.ij.vel trochiscorũ de camphora scru j.cum aqua rosata formentur pilul. Vel:

Rec. *aloes hepaticæ,*
armoniaci sing. ℥.iij.
myrrhæ,
croci,
masticis sing. ℥ j.
boli arm.cum vino maluatico abluti ℥.s. & cum vino maluatico formentur pilulæ pro qualibet ℥.vij, dosis est tres vsque ad quinque. Vel:

Rec. *aloes hepaticæ vn. ij.s.*
myrrhæ vn j.
masticis ℥ ij.
croci,
boli arm. præp. sing. vnc.s. cum vino aromatico formentur pilulæ. Vel:

Rec. *aloes succocitrinæ vnc.j.*
scabiosæ,
zedoariæ,
tormentillæ,
diptamni sing. ℥.j.
xylaloes,

rosarum rub.
nucis moschatæ,
charyophyllorum,
cinamomi,
santalorum rub.
spodii de canna,
myrrhæ electæ,
croci orientalis sing. gra xv.
agarici albi, leuis ʒ iij.
salis gemmæ ʒ s cum vino maluatico formentur pilulæ. Vel:

Rec. *aloes succocitrinæ ʒ. ij.*
myrrhæ electæ ʒ. j.
croci orientalis scrup. ij.
rheubarbari scrup. iiij.
agarici albissimi scrup. ij.
spicæ Indæ gra. viij.
corticis citri scrup. j.
radicum tormentillæ,
granorum ribes,
se. acetosæ sing. scrup. j.
coralorum rub.
sandalorum rub.
camphoræ sing. gra. x.
boli armeni præparati ʒ. j. cum sy. de acetositate citri, formentur pilulæ. Vel:

Rec. *cinamomi,*
boli arm. præp.
terræ sigillatæ,

mace-

maceros,
radicum tormentillæ,
agarici leuis,
mannæ granatæ,
croci orientalis sing. ʒ. i. s.
spicæ Indæ,
spodii de canna,
mirrhæ electæ,
xylaloes crudi,
carpo balsami,
mastiches sing. gra. xv.
rhabarbari scru. ij.
diagridii scrup. i.
aloes succocitrinæ ad pondus omnium cum aqua acetosæ formentur pilulæ. Vel:

Rec. *aloes optimæ ʒ ij.*
myrrhæ ʒ. i.
croci orientalis ʒ. s.
mastiches,
cinamomi interioris,
spodii de canna,
olibani sing. gra. xv.
agarici trochiscati gra. x.
spicæ Indæ gra. v. cum vino maluatico, formentur pilulæ paruulæ. Vel:

Rec. *aloes hepaticæ vnc. ij. s.*
myrrhæ ʒ. i.
croci,
boli arm. loti sing. vnc. s.

masti-

mastiches ʒ. ij. cum vino arom. formentur
pilulæ. Vel:

Recip. rhabarbari,
theriacæ esulæ.
foliorum sambuci,
foliorum sigil. salomonis,
sem alchachengi, sing. ʒ ij
diagridii,
mastichis,
zedoariæ, sing ʒ s. cum melle rosato, formentur pilulæ ex omni ʒ xij.

Rec. aloes optimæ lotæ vnc. i.
myrrhæ lotæ vnc. s.
croci ʒ ij.
spicæ scrup. i.
mastiches ʒ ij.
cinamomi,
spodii,
olibani sing ʒ. i.
agarici trochiscati ʒ s.
myrabolanorum chebulorum, indorum sing. scru. i. cum vino formentur pilulæ.

Rec. pilul. cochiarum,
de rhabaro sing. ʒ. i.
pilul. sine quibus,
aggregatiuarum sing. ʒ. s.
pestilentialium,
alephanginarum sing. scru. ij.
vnicornu,
theriacæ,

mithri-

mithridatii sing. gra vij. cum sy. de suc. aceto. reformentur pro omni ℥ vij. de quibus omni tertia die summantur vna.

Aliæ: Rec. *aloes succocitrinæ ʒ. j. s.*
myrrhæ ʒ. iij.
croci,
agarici boni,
corticum citri sing. ʒ. j.
se. citri,
rhabarbari, electi. sing. ʒ. ij.
chariophyllorum,
spicæ sing. scrup. j.
boli armeni ʒ. j. s.
camphuræ gra. ij. formentur pilulæ.

Aliæ: Rec. *aloes non lotæ ʒ. x.*
masticis,
myrrhæ electæ,
armoniaci electi. sing. ʒ iiij.
croci scrup. iiij. separatim puluericentur, postea misce. Deinde Rec. *chelidoniæ maioris,*
fumariæ sing. m. j. s.
rosarum rub.
cichorii,
verbenæ,
acetosæ,
scabiosæ, sing. m. j.
se. anisorum,
fœniculi sing. vnc. s.

glyzir

glyzirrizæ rasæ ℥. vj. decoquantur in aquis fumiterræ, cichoreæ scabiosæ sing. vnc. iiij. vel. q. s. vini albi odoriferi tantundem ad consumptionem tertiæ partis. Deinde colato forti expressione, postmodum Rec. *huius colaturæ vnc. viij. in hac decoque vsque ad tertiam partem agarici electi. ℥. vj. scrup. iiij. fiat fortis expressio, & cum hac expressione madefac ter suprascriptos pulueres, & commiscendo exiccentur ter. in vmbra, donec in magdaleon conficiatur, deinde cum aqua fumiterræ camphorata formentur pro omni ℥. x v. pilulæ.*

Pilulæ Ioannis Damasceni de tribus herbis.

Pilulæ Ioannis Damasceni de tribus herbis præseruant hominem ab omni pestilentia, ab apostemate, febre, syncope, & ab omni ægritudine cordis, & non est res alia, quæ inueniatur ita perfecta contra aerem corruptum per naturam loci, sicuti in insula Sardiniæ, vti in Venetiis & Rauennæ, & vti in omnib. locis paludosis, tardant senectutem, & caniciem, inducunt hilaritatem, & gaudium in animo, acuunt intellectum, conseruant memoriam, & visum corroborant, cor, & stomachum mundificant, ac intestina à superfluitatibus omnib. corruptis, & superfluis membrorum, dolores ventosos remouent, & præseruant illis vtentem ab omnibus doloribus, & superfluitatibus articulorum, mirabiliter operantur contra catarrhum antiquum,

quum, & nouum, mundificant pectus, & dolores costarum remoueant, si sumantur debito modo, prolongant vitam, quæ breuiaretur, ob copiam prauorum humorum.

Modus sumendi talis est, possunt sumi ante & post cibum, melius tamen est sumere eas summo mane, vel quando itur dormitũ, Dosis est vna, duæ, tres, vel quinq; vel viij. vel ix. secundũ necessitatẽ, sed in longis morbis ix. exhibeantur, quarum descriptio talis est.

Rec. *Betonicæ,*
pimpinellæ, an. vnc. s.
chamedryos vnc. i. terantur subtilissima, postea recipe myrrhæ electæ ℥ ij.
aloes hepaticæ ℥. i. s.
croci ℥. s. dissoluantur in aqua vitæ, deinde optime colentur, & cum hac colatura admisceatur puluis præscriptæ, & reformentur pilulæ cum oleo pomorum mandragoræ.

Aut Rec. *Reubarbari vnc. i.*
diagridii,
colocyntides sing. ℥. i.
aloes succocitrinæ optimæ ℥. s.
cinamomi,
masticis,
spicenardi sing. ℥. s. formentur pilulæ cum aqua endiuiæ formentur pilul. Dosis ℥. i Hæ enim subducunt humorem biliosum, vel tales quæ appellantur pilul. de myrabolanis.

Pilulæ de mirabalanis.

Rec.

Rec. *aloes succocitrinæ,*
reubarbari probi,
myrabolanorum citrinorum sing. vnc. j.
diagridii ʒ. s.
masticis,
spicæ,
cinamomi, croci,
garyophyllorum sing. ʒ. s. confice pilul. cum vino cytoniorum, perscrutandum tamen erit, ne medicinæ aloeticæ exhibēdæ sint habentibus iecur imbecille, vel sume tale vsuales mutuatas à Marsilio, quæ vocantur pilulæ de gēmis:

Rec. *aloes electæ vnc. vj.*
myrrhæ vnc. iij.
croci ʒ j. s.
reubarbari ʒ. ij. s.
garyophyllorum scru. ij.
tormentillæ ʒ. j. s.
sandalorum rub. ʒ. s.
boli armeni ʒ. iij.
gemmarum,
specierum electuarii de gemmis, ʒ. j. s.
margaritarum drach. j. confice pilul. cum sy. de acetositate citri. vel tales, quæ contra venenum, vermes, & epidemiam operantur, ventriculi, & iecoris, & omnium corporis sensuum actiones validiores reddentes, caput purgant, eiusque dolores sedant, & alios similes morbos curant.

X Rec.

Rec. *aloes vnc. j.*
boli armeni ʒ. ij
terræ sigillatæ ʒ. j.
croci,
ligni aloes sing. ʒ. j.
been albi,
rub.
coralorum rub. sing. scrup. j.
cinamomi,
squinanti,
assari,
xylobalsami,
carpobalsami,
caryophyllorum,
nucismus.
macis sing. scrup. s.
sandalorum alborum,
rub. sing. scrup. s.
myrrhæ scrup. j.
diptami scrup. ij.
tormentillæ ʒ j.
galangæ scrup. s.
masticis scrup. ij.
scamonii ʒ. iij. conficiantur pilul. cum succo arnoglossæ, & aciditate citri. Vel:

Rec. *aloes succocitrinæ vnc. j.*
myrrhæ ʒ ij.
croci ʒ j.
folliculorum senæ,
rheubarbari probi,

aga-

agarici optimi sing. ʒ.ij.s.
corticum citri,
se. citri,
zedoariæ,
salis gemmæ,
tormentillæ,
mumiæ sing. scru.j.s. subtilissime, omnia con-terito. cum sy. de acetositate citri, aut limonum, aut ribes, aut cũ aquis acetosæ, vel cichorii, vel vino aromatico magdaleon conficito, quibus cum opus est purgare dosis est ʒ.j. cum præseruare, ʒ.s. pro vice, sumendo bis in hebdomada, vel vtere talibus mutuatis à Marsilio.

Rec. *aloes vnc. s.*
myrrhæ,
croci, ʒ. s.
bedegar infusi in vino albo subtili, & aqua rosata gra. xv.
agarici infusi in syrupo de acetositate citri ʒ.s
camphoræ gran. j. confice magdaleon, vel hisce mutatis à Cermisono.

Rec. *aloes succocitrinæ ʒ.vj.*
myrrhæ ʒ. iij.
croci ʒ. j. s.
reubarbari ʒ.ij.
agarici ʒ. i.
corticum citri ʒ. i.
se. citri ʒ. ij.
tormentillæ,

granorum ribes,
sandalorum rub. sing. ℥ *ij.* & si nõ inueniatur ribes, ponantur semina acetosæ,
corallorum rub. ℥ *i.ſ.*
camphoræ, gra. ij.
boli armeni ℥ *iij. cum sy. formentur pro omni* ℥ *pilul. ix.* vel talis mutuatis à Gentile.

Rec. *aloes hepaticæ* ℥ *j.*
myrrhæ,
croci, sing. ℥ *s.*
camphoræ ℥ *j. cum aqua endiuiæ formentur pilul.* in hyeme amoueatur camphora.

Insuper pilulis Ruffi possunt admisceri pilulæ alephanginæ, pilulæ de reubarbaro.

Nonnulli ex neotericis de Medicorum insolentia admirantur, quod his Ruffi pilulis aliquid addere vel diminuere audeant, sicuti enim theriacæ facultas consistit in quadam complexione merito proportionis miscibilium resultante experientia, aut forte reuelatione, magis, quam ratione per Andromachum inuenta. Ita quod aliquibus additis, aut diminutis, vel etiam proportione miscibilium variata, eiusdem non est facultatis, nec efficaciæ, vt Medicorum sapientissimum Galenum deludit Auic. quando casu ille Andromachi theriacam permutari voluit, non propter necessitatem si comparet, sicut Andromachus pari modo de hac compositione per Ruf-

Ruffum inuenta, deinde per Galenum Auic. Rhasen, & per posteriores Medicos approbata. Huic aūt opinioni respondendum mihi videtur, quod hæc Ruffi pilularū compositio contra pestem non est adeo approbata & valida, cui etiam non possint aliqua addi, quę eius vires roborare magis possent, non theriaca contra venena. Præterea ista Ruffi compositio operatur merito qualitatum simplicium ingredientium; absque quod fermentetur, & præter simplicium qualitatem noua resultet temperies, ob quam causam addi possunt, quæ humorum, aut temperamenti, aut temporum, aut membrorum varietates prospiciant. In quib. etiam excrementa exuperant, Theriaca vero nisi post fermentationem, cum præter miscibilium qualitates iam nouam acquisiuerit temperiem, haudquaquam propinatur, ipsa enim tempore magni æstus Roseo etiam saccharo admista exhibetur, ita alia admiscenda sunt, secundum varias intentiones, quas quærimus ex Theriaca, vt est Auic *can. quinto cap. de Theriaca*, quid ergo prohibet non posse tempore magni æstus huius validitatem compositionis refrangere cum camphora, bolo armeno, quæ & magis contra pestem sunt laudata? Hæc insuper Ruffi compositio nil nisi bilem & pituitam purgat, si igitur contingeret, humores atræ bilis pur-

gare, quid prohibet secum misceri myrobalanos Indos, agaricum, qui membra spiritualia munda efficit, ac cordi contra venena vires præstat. Verum animaduertendum est, ne pilulæ validiores quemadmodum scamoneatæ nisi præparatis & concoctis humoribus exhibeantur.

Syrupus Petri Tusignanæ.

Si autem quis pilulas abhorreret, harum loco substitui potest syrupus iste, mutuatus à Petro Tusignanæ, non infectis peste dosis est vnc. j.s. infectis vero vnc. ij.s. in æstate cum aqua acetosæ, in hyeme cum aqua buglossæ, cor, cerebrum corroborat, & corpus mundificat.

Rec. *corticum citri,*
corticum radicum capparorum,
verbenæ,
sandalorum rub.
spodii sing. ʒ ij.
caryophyllatæ,
buglossæ,
melissæ,
acori, sing. vnc. s.
acetosæ,
hepaticæ,
prassii, sing. ʒ. iij.
scariolæ agrestis,
se. co. frig.
violarum sing. ʒ. ij.

Thy-

Thymi,
epithymi,
polypodii,
senæ,
myrabolanorum citrinorum,
chebulorum sing. ℨ. *j.*
agarici,
reubarbari,
succorum absynthii,
ebuli,
plantaginis,
fumiterræ, sing. ℨ *j. s.*
diagridii ℨ. *ij. bulliant in q. s. aquæ, deinde cum lib. ij. sacchari fiat syrupus*, vel talis mutuatus à Gentili in eius consilio de peste, qui mundum tenet corpus à superfluitatibus, cerebrum & cor confortat, venenosum humorem expellit subito ad exteriora, & rectificat humores. *Syrupus Gentilis.*

Rec. *corticum citri,*
radicum capparorum,
berberis,
santalorum rub.
spodii sing. drach. ij.
caryophyllatæ,
buglossæ,
melissæ,
borraginis,
cichoreæ sing. m. j.

acetosæ,
hepaticæ,
praßii sing. m. j. s.
se. scariolæ aggrestis drach. ij.
se. com. frig. maiorum. s. cucumeris, cucurbitæ, citruli, melonis, violarum sing. vnc. j. mis.

Et hæc quantum ad humores corporis & cordis, tanquam vnum ex contentis in corde, qui sunt causa intrinseca putredinis, quæ est effectus pestilentialium morborum. Nunc autem restat, & contenta in eo cum sint spiritus, & sanguis, vt ita custodiamus subiectũ, id est, cor, ne fiat aptum, ad recipiendam & in se contrahendam pestilentem putredinem; quia si putredinem non concipiet, pestiferis morbis minime corripientur; corroborandum erit itaque cor, & contenta augendo calorem cum rebus odoratis, postea cibis, qui optime alant, cum vino odorato, postea propinentur, quæ corpora desiccant, & si quæ esset obstructio, vtendum de obstruentibus incidentibus sine calefactione, ne corpus calefiat, cum ex calore humores liquefiant, quo fit, vt tunc colliquatis humoribus, ad putredinem corpus paratur, vnde, quæ exiccant & refrigerant, idonea sunt, vnde acida, & acetosa, & alia similia expediunt.

Recipe *thymi,*
epithymi,

senæ,

senæ,
polypodii sing. ℥. ij.
succorum absynthii,
fumiterræ,
ebuli,
plantaginis sing. ℥. vj.
myrob. chebulorum vn. i.
citrinorum vn. s.
diagridii ℥. ij.
sacchari albi lib. ij. fiat syrupus: thymus, sena, epithymus, decoquantur secundum artem Dosis peste affectis est vn. ij.s. non affectis vn.i.s. in æstate cum aqua acetosæ, in hyeme cum aqua borraginis.

Cap VI.

De odoriferis calidis & frigidis.

Exordium ergo erit à cordis spiritu, qui teste Galeno *de vtilitate respirationis* aere odorato nutritur. Ad odorem ergo efficiendum tria concurrunt, calor, humiditas, & substantiæ tenuitas. Calor qualitatem odorabilem in fumum aeri permistum conuertit & dissoluit; humiditas dissolutioni obedit; pariter & substantiæ tenuitas, sicut, è contra frigiditas constringit, & non permittit fieri dissolutionem; pariter substantiæ crassities resistit difflationi & dissolutio-

Ad odorem efficiendum concurrunt.

1. *Calor.*

2. *Humiditas.*

3. *Substantiæ tenuitas.*

ni. Similiter dicendum de fœtore; calor qualitatem fœtentem in fumum fœtidum aeri permiſtum diſſoluit; humiditas putredini & diſſolutioni obedit; pariter & ſubſtantiæ tenuitas. Nam cum ſpiritus aeris electi varietate ſemper ſit compoſitus, & cum aer & odor ceu ſpiritus eſſe videntur, ſpiritus ergo odorum varietate nutriendus eſt, cum odor bonus ad incolume latus ſpiritum declinare facit, animam enim dilatat, ſpiritus & virtutes reparat, virtutemque cordis mineram corroborat, quamuis grauis odor contrarium operatur. Pariter & fætor, qui ſpiritum cordis corrumpit, cum enim cor ſpiritum creat, & ſpiritui alimentum procreat; ideo ad alendum ſpiritum merito deſiderat aromata, quæ ſuo bono odore ſpiritus nutriunt, ac optimos reddunt; odores itaque ſuauitate flagrantes, qui ſpiritus refouent, & cerebro & cordi ſolamen, ſpiritusque generantes & nutrientes præſtant, ſunt ex ambra, moſcho, ligno aloes, qui in ſpiritus ſubſtantiam conuertuntur, ſicuti alimentum in ſubſtantiam aliti; nam odor bonus principaliter ſenſitiuam facultatem corroborat, quæ eſt virtus odoratus, exinde ſenſum communem, & alias facultates ſenſitiuas, alligatas, cuius ſenſus communis ſecundum rei veritatem
eſt

est cor, ex Aristotele in pluribus locis, cum ergo bonus odor sit obiectum immediatum sensitiuæ facultatis, circa quam immediate causantur delitiæ, ob quam odor conueniens est, vt quando medicina est odorifera, & quãdo fit inconueniens, vt fætor ex delitiis ergo prius sensitiuam facultatem corroborabit, vnde Aristoteles de pomo, & morte, anima sensitiua, quæ communis est nobis & brutis bono fouetur odore. Nam etiam cum odor sit tenuis substantiæ, qualis est spiritus, qui cum eo etiam in qualitate conueniat, per hanc conuenientiam spiritum confortat, dato etiam, quod in spiritum non conuerteretur, tamen spiritum, & cor viuificant, & corroborant, exempli gratia, vti hyacinthus, quamuis in substantiam cordis non conuertatur, tamen ipsum validum reddit. Præterea cum rei odorabilis vapor ad cor attrahatur, spiritibus ad partes minimas admiscetur, cum eis conformis efficitur; si contingeret, quod in spiritu esset mala dispositio spiritum resoluens, illi resolutioni materialiter se obiicit odor, tunc in spiritu desinit resolutio. Pariter si contingeret, quod talis mala dispositio à re calida spiritum resoluente ortum haberet, tunc rerum frigidarum redolentium odor resolutioni materialiter obstat, quia cum spiritu commisce-

miſcetur,&ex huiuſmodi rebus frigidis odoriferis minimis ſpiritus partibus admiſtus odor eam prauam caliditatem fundatam ſpiritum reſoluentem alterat. Pari modo ſi diſpoſitio praua lædens ſpiritum, frigida fuerit, ſpiritus tenuitatem ac motum prohibebit; ſi odorifera calida odorentur, primo quidem ſpiritibus eorum admiſtus odores mobiles, ac æquales efficit, ita ad vitæ munera obeunda habiles, & commodi efficiuntur, inſuper ſpiritibus caliditate frigiditati illis noxiæ reſiſtit & alterat. Quamobrem odor, ſiue vapor rei odoriferæ in quantum naturæ delectabilis, in quantum calidus, in quantum frigidus corroborat naturam, cum talis ſit proportio rei odorabilis conuenientis animæ per eandem facultatem odorabilis, qualis obiectorum proportio, ad alias ſenſitiuas facultates, cum eis conueniant illæ proportiones, cum ſint proprietates occultæ, & eo præſertim, cum odoriferus vapor ſit, quid ſimile naturæ compoſiti ex quatuor elementis, magis conforme eſt, vt vaporis odoriferi qualitas in ſpiritu exiſtens in id compoſitum agere poſſit, quam in aerem, compoſitum plus agit in compoſitum, quam ſimplex, vt ſumitur ab Iſaac 1. *elem. cap.* 1. Itaque vſque ad minimas partes odor ſpiritui admiſtus permanere poteſt, cumque ad cor

cum

cum aere ſimul attrahatur. Aer enim ob calidi euentationem compellitur, & attrahitur. Quare aer odoriferus cum ſpiritu diu manet, & eum corroborat, & in eo contrariæ qualitatis actioni reſiſtit, aer autem ſua ſimplicitate hoc non patitur, nam ſtatim diſponitur ad qualitatem, vel malitiam qualitatis, tam frigidæ, quàm calidæ, quæ ſpiritui noceat, ſpiritus enim aere nutritur, & odore nutrimento improprio, nam aeris & odoris admiſtio, cum ſpiritu nutritioni ſimilatur. Itaque in peſtilenti aeris ſtatu, cum talis aer inſpiretur, aut per cutanea ſpiramenta per arterias attrahatur, & primum, quod illi occurrit, ſi ſpiritus tali aerea putri qualitate cõmiſtus, illius venenum ad cor deferat, bonis ergo odoribus ſpiritus oblectandus, fouendusque, atque quotidie recreandus eſt. Nam cum aer & odor ceu ſpiritus ſunt, ideo in ſpiritum facile conuertuntur. Ad roborandum ergo cordis ſpiritum in primis excellens peſtiferi aeris qualitas bonis ad temperamentum reducatur, & eius veneficæ putredini oppugnetur cum his, quæ validas vires exiccantes habent, & bonos odores emittunt; incendantur ergo aromata, & aquæ odoriferæ fundantur, ſternanturque loca arboribus, & rebus redolentibus, cum roſis, violis, malis citrinis, limonibus, malis aureis,

reis,

teis, cydoniis, pyris, arborum floribus, foliisque salicum, populeis, frondibus myrti, quæ omnia colliguntur, postquam rorem super his existentem sol exiccauerit, & hæc æstiuo tempore expedient, vt auræ noxã corrigant, putredinemque absumant, valentissimo sui remedio, ne domestici aeris corruptio contingat. Hyberno autem tempore seruantur areæ rebus odoriferis desiccantibus, & consumentibus aeris, & vaporum commixtorum humiditatem, vt cortice citri, arantiorum, ozimo, maiorana, pullegio, melissa, serpillo, & similibus ex iam commemoratis, habita tamen temporis aerearum qualitatũ impressione, regionumq; & hominum ætatis, sexus, temperaturæ, proprietatis contemplatione, quoniam quæ calida existunt, frigidis, quæ humida, siccis rectificanda sunt, ideo minime auscultandum est illis, qui frigidis tãtum, ac suaue redolentibus aeris excellentiam procurandam admonent. Id enim à veritate alienum est, at ægrorum causa duntaxat illud efficere par est, cum putri calore illorũ intima calent febri, vtque, propterea frigidis tantum ad aeris salubritatem vtemur, ex Gal. monitu *in libr. 9 meth. med.* vbi scribit, *quippe quantum is à naturali habitu recessit, tantum opus est, vt ægrum refrigeres, & humectes; sane ambiens si contrariam morbo temperiem habet, è præsidiorũ numero*

Cap. 14.

numero vnus est; sanis vero, quos conseruare nitimur, cum calidis, tum frigidis, id exequi licet. Hæc Galeni & Auicennæ rectaq; sententia, cum præsertim Auic. *de pestilente febre* c. 4. hæc scribit, *rectificationis autẽ pestilentiæ pars est secundum sanos, qui sunt in ea, & pars est eius secundum sanos & ægros, illa vero, quæ est secundum sanos intentio est, vt exiccetur aer & fiat boni odoris, & prohibeatur eius putredo, cum quacunq; re sit, & rectificetur, cum xylaloe crudo, & ambra, & similibus.* Hæc Auic. Auenzoar subscribit, vbi in æstiuo tempore suffumigationem cum Kitram, & similibus, vt aer desiccetur, & eius corruptio consumetur, fieri iussit, si vero aeris constitutio fuerit tepida, ac lætifera, omnia præsidia, ad mediocritatem ducantur, verum in omni aereo temperamẽto plurimum proderit aeris ad siccitatem, frigiditatemq; declinatio, quod solæ hæ qualitates Authore Aristot. putrefactionem non committunt, sed intercipiunt, & prorsus excludunt. Quamobrem aeris inquinatio non duntaxat illis, quibus areæ sternuntur, verum etiam suffitibꝰ, & pilis manibꝰ gestandis tollitur, aer ergo suffitibus mane, meridie, & in media nocte factis, cũ his horis aeris qualitas cõuarietur, nõ solũ à mala qualitate aeris, ambiens nos aer defæcatur & depurgatur; verũ etiam, vt defæcatus & optimus cõseruetur, &

cubiculi & aulæ aer rectificatur, ex suffitu quemadmodum thuris, sandaracæ, myrrhæ, laudani, styracis calam. masticis, musci, ambræ, croci quoq; odoris, & gariophyllorum, & xylaloes, quæ omnia, etiamsi non concremerentur, plurimum tamen eorum odor proderit.

Cæterum quoniam æstiuo tempore frigidis putredini maxime obsistimus, suaueolentia frigida, quandoque optare debemus; non mediocrem itaque affert frugem, si opulentorum tapeta, linteæ telæ, quibus parietes obuelantur, guttatim madefiant, ac pauimēta ipsa, & parietes ipsi, & areæ irrorentur aceto, vel simplici, vel aqua rosata admisto, aut aceto camphorato, aut muscato, vel composito ex floribus rorismarini, aut maioranæ, aut basiliconis, vel rosarum, vel violarum; vel componatur aqua rosata cum sandalis, rosis, violis, camphora, croco, xylaloe, cariophyllis, ireos, ponanturque in vase, quod deinde super prunis, ad suffitum fiendum calefiat, adeo quod euaporent. Vbi vero intensior desideratur siccitas, eo plus aceti attribuendum est; quo vero remissior exigitur, eo minus perfundere aceti oportet. Manus, facies & oculi insuper eisdem eluantur, abstergātur, obliniantur, aut infusis in ipsis frustulis, vel bombice, aut spongia, aut formentur pilæ, de quibus

quibus infra,quoniam commode accedit o-
doramentorum ſalutaris vſus,cum his vene-
num abigatur:reliquorum maxime aromatū
ſuffitu illorum,quæ oleaginoſa, odorifera, a-
quoſa,debili aut vehementi caliditate, & ad-
ſtringenti facultate putredini aeri imbibitæ
aduerſantia,tanquam contraria aerem recti-
ficant: At cum contingat, quod quis ob ſin-
gularem diſpoſitionem,ac ob nimium cere-
bri & cordis calorem, aut ob raram cerebri
ſubſtantiam, aut quia cerebrum eorum op-
pletum eſt, calentium odorem ſufferre ne-
quit, aut magis illorum membrorum tem-
peraturas diſtemperent, minus tunc calida
aut frigida illorum membrorum temperatu-
ræ conuenientia eligantur. Nam ſi cerebri
temperatura frigida & humida extiterit, &
cor temperatæ temperiei, vel ad frigidum re-
miſſæ, tunc calidorum aromatum odor com-
petit, & è conuerſo, odorabilia tamen frigida
quorundam permixtione calidorum magni
etiam ęſtus tempore expoliari minime debēt
quoniam calida cum ſpiritu conuenientiam
habent maiorem, & in frigidorum delatione
opem præſtant, ac frigida calidis penetrandi
gratia conſultiſſime fulciuntur. Nam odorē
frigida quietant, calida vero mouent & gene-
rant, ac frigida calidorum ope otius ad inti-
ma cordis penetralia perferuntur: & ſi adhuc

eueniat, quod suffitus sufferre nequeant, tum pomum citri, quod infectam auram purificat, vel limones, vel aromata saltem in camera reseruentur, mirum, quam hæc omnia vitalem spiritum, caloremque genuinum refocillent, aut dum fiunt suffitus, à cubiculo recedant, & post horam in cubiculum ingrediãtur. Ex his vero, quibus suffitus componuntur, quædam sunt calida, quædam minus calida, quædam frigida, quorum secundum temporis constitutiones, ac corporum temperaturas fiat compositio. Calida ergo, quæ sua aromaticitate aeris inquinati fœtentem vim venenatam remouent, talia sunt: ambra cor & cerebrũ roborat: muscus cor validius reddendus, atram bilem ex solicitudine, & cordis tremorem ab eo remouet, vt & nux muscata, macis, caryophylli. Suffitus vero, qui ex reb. oleaginosis, siue vnctuosis cõponuntur, fiunt, ex styrace cal. & liquida, cuius fumus, teste Isidoro, aerem corruptũ, & omnẽ pestilẽtiæ qualitatem fugat, thus, & eius cortex, mastix, qui magis desiccat, quam redoleat, sandaraca, aloe, myrrha, therebinthina, q; plus mũdificat aerem sua caliditate, & siccitate, quam à proprietate: resina pini, cypressi, xylaloes, laudanum remollitum in vino, & oleo de spica, & incorporentur ei pulueres aromatici de ligno aloes, ambra, musco, spica, caryophyl-

Calida pro suffitu.

phyllis, & ſimilibus. Et mel, cum ex floribus exiſtat, non ſolum aerem, ſed alia multa ex cibis & potib. à putredine præſeruat: liquefiat ergo in vino albo, & ſudaria calida in eo madefiant, & odorentur. Hæc n. in ſuffitus compoſitione commode ingrediuntur, nec non iuniperus, & eius baccę, ſauina, ebanus, acorus, bdelium, cortex fiſticorũ, Nenula, vſneæ, laurus & eius baccę, ſquinnathũ, crocus, gallia, lignum amygdalarum amararum, aſarum, camphora: cortex, & arbor granatorum, quę potius exiccando, quam aromatizando præſtant, cum etiam exiccandi principalis intentio ſit, hęc etiam alia pręualent, quę ſuo odore, & ſtipticitate copioſę aerem humiditatis rectificant, quemadmodum cyperus, radix iunci triangularis: tamariſcus: ſi aerem craſſum attenuare quęris, zinziber & cinamomum conueniunt: Rhaſes laudat boriculum, quod putatur eſſe braſilium, ſiue vercinum. Nam *tertio ad Alm.* loquitur de boricio, ſiue boriza, & eſt res aromatica, & confortatiua ſtomachi, & arbitratur eſſe braſilium tinctorum: cortices citri, eorum folia & ſemina, meliſſa, menta, ſaluia, calaminthes, coſtus aromaticus dulcis, ſpica. *Boriculum*

Cęterum ſi calorem minuere intendis, tũc hęc frigida opem percommodam præbent, *Frigida.*

Karabæ, rosæ, coralli albi, rub. omnes species sandalorũ, camphora, acetosella, margaritę, acetum, aqua rosata, aqua cichoreæ habentis stipites, & florem azureum, labrusca, balaustiæ, folia coriandri, flores salicis, nenupharis, violarum, cytonia, mala aurea, limones, cum in cubiculo teneantur, æreæ sternantur, aut ex istorum aliquo fiant suffitus: & illi, qui ex re vnctuosa componuntur, & gummosa super prunis non valde ignitis ponantur, ex his pro suffitibus trochisci, vel pulueres cremandi componi possunt huiusmodi.

CAP. VII.

De trochiscis pro suffitu.

REC. *ligni aloes,*
cypreßi sing. vnc. ß.
thuris,
styracis. cal.
caryophyllorum sing. ℥. ij. contundito, & in subtilißimum puluerem redigito, cuius quantitas vnius cochlearis in medio cubiculi super prunis concremetur: Vel.

Rec. *granorum iuniperi vn. ij.*
baccarum lauri vn. j.
cyperi,
squinanti sing. ℥. ij. contundantur, & modo vteris pranotato. At si fuerit constitutio sicca, tunc

tunc huiusmodi pulueres in aqua rosata macerentur, quę inde cum puluere infuso aspergatur super prunas, aut ponatur in vase æreo pleno istius aquæ super prunis, & ex his pulueribus repleri possunt sacculi ex syndone, & puluinaria in pannis lineis intermisceri. Approbantur insuper, quæ à Mesue traduntur composita ex calidis, quemadmodum puluis galliæ muscatę, trochisci de ligno aloes, nerę, aliptę muscatę, de cyperis & cōposita à Rhasę 17. *continentis*.

Rec. *bdelij lucidi,*
se. nasturtij albi,
gummi granorum viridium, siue terebenthinæ,
styracis,
croci,
blatæ bysantiæ asari,
ligni aloes, sing. ʒ. iij. in puluerem redigantur, vt alcochol, & cum aqua rosea trochiscos conficito, qui prunis imponantur, cum expediet.

Ex frigidis vero approbantur trochisci de camphora Mesuæ, aut isti, qui mutuantur à Marsilio.

Rec. *rosar. rub. vn. s.*
labruscæ,
coriandri sicci sing. ʒ. ij.
acetoseæ siccæ. vn. j. s.
trium sandalorum,

corallorum rub. sing. scrup. ij.

florum nenupharis siccorum.ʒ. ij. subtilissime conterantur, & adde Karabe gran.iij.

Margaritarum non perforatarum, & nouarum sing.gra.ij. & iterum subtilius contere, & incorpora, & fiant trochisci, siue candelæ cum aqua ros. & vtaris super prunis, vel tales fiant.

Rec.*xylaloes ʒ. ij.*

gallinæ muscatæ vn.s.

cupressi vn.s.

styracis cal.ʒ.iij.

costi dulcis, ʒ. j.

cymini vnc. ij.

corticum citri scrup.j.

masticis,

thuris sing ʒ. j.

been albi.rub.sing. scrup. j.

caryophyllorum scrup.s.

moschi gra.vij.

sacchari albi. ʒ. vj.

laudani vnc.j.

puluerizentur: cum mucilagine dragagantis & styrace liquida formentur trochisci, vel candelæ, & his vti possunt in hyeme. In æstate vero addantur *rosar.rub ʒ.j s.*

sandalorum alborum rub.sing. ʒ.s. Vel.

Rec.*thimianæ lib.j.*

olibani,

ireos sing.ʒ. ij.

cary-

caryophyllorum ʒ.*j.s.*
fol.lauri ʒ.*iij.*
iuniperi lib.j.pulverizentur, & misceantur cum aqua rosata, & inde exiccentur, & iterum fiat puluis ponendus super prunis pro suffitu. Vel.

Rec. *styracis cal.*
benzui sing.vn.ij.
xylaloes,
laudani sing.vnc.j.
caryophyllorum,
cinamomi sing.vn.s.madefiant in aqua rosata, & exiccentur, & iterum puluerizentur, pro suffitu. Vel.

Rec. *iuniperi contusi,*
Baccarum lauri,
summitatum absynthij,
thimianæ sing.partes æquales, fiat puluis pro suffitu. Vel.

Rec. *corticum baccarum lauri m.j.*
baccarum iuniperi.m.ij.
sumitatum absynthij,
rutæ,
foliorum lauri sing. m j.
Rosar.rub.m. ij.
thuris vn.j.mis.& fiat puluis pro suffitu. Vel.

Rec. *laudani vn.s.*
styracis cal.drach.j.
myrrhæ drach. ij.

foliorum myrthi, caryophyllorum,
cinamomi electi,
sandalorum citrinorum,
cyperi sing. ℥. j.
calami aro.
rosar. rub. sing. scrup. ij.
zedoariæ,
xylaloes sing. scrup. j.
ambræ,
moschi sing gra. x.
ceræ,
terebinthinæ, & aquæ rosatæ. q. s. fiant candelæ pro suffitu.

Rec. *thuris albi ℥. ij.*
absynthij,
baccarum iuniperi,
corticum citri,
caryophylli sing. ℥. j.
doronici,
sandaracæ,
Xylaloes,
sandalorum rub. sing. ℥. s.
diptami ℥. j. s. cum mucilagine se. citri, & aqua rosata fiant trochisci pro suffitu. Vel.

Rec. *assæ dulcis vn. ij.*
cinamomi vnc. ij.
moschi gran. x.
carbonum salicis vnc. iij. cum aqua rosata, & mucilagine tragacanti fiant trochisci. Vel.

Rec. *laudani vnc. vj.* *thi-*

thimianæ vn.vj.
olibani,
charabe sing.quart.j.
Galliæ mus.
Aliptæ moschatæ,
styracis cal.sing.quart.j.
ligni aloes vn.j.
caryophylorum,
nucis mus.sing.vn.s.
*carbonum tiliæ lib.ij.cum sterace liquida, & muco dragacanti ex aqua rosa. mis. & fiant trochisci pro suffitu.*vel talis non postremæ notæ.

Rec.*benzoin ʒ.iij.*
ligni aloes vn.s.
sacchari candi vn.j.s.
moschi finißimi gran. xj. cum muco dragacanti ex aqua rosata fiant rotulæ depressæ pro suffitu. Vel,

Rec.*myrrhæ,*
thuris,
Galliæ moschatæ,
aliptæ moschatæ sing.ʒ.ij.
laudani vn.j.
styracis cal.vn.j.
styracis liquidæ q.s. fiant trochisci pro suffitu. Vel,

Rec.*styracis liquidæ vn.iij.*
assæ dulcis vn.j.
bacc.lauri vn.j.

olibani vn.v.
bacc. iuniperi vn.j. contundantur grosso modo, mis. pro suffitu. Vel,
Rec. *laudani ℥ s.*
diptami ʒ.j.
castorij gran. vj. cum styrace fiant trochisci pro suffitu. Vel,
Rec. *carbonis salicis vn.iij.*
cinamomi,
caryophyllorum sing. vn.j.s.
styracis calamitæ,
laudani,
ligni cupreßi,
belzoini,
sacchari fini, sing. vn. iij.s.
rosarum rub. siccarum,
florum lauandulæ,
spicæ sing. vn.j.
ambræ,
musci, sing. ʒ.j.
gummi dragacanti in aqua rosata dissoluti, & cum aqua vitæ q.s. formentur trochisci. Vel,
Rec. *laudani lib.j.*
benzoini vn.iij.
styracis cal. vn.j.s.
corticis pomorum citrin. vn.s.
ligni aloes vn.ij.
carbonum salicis lib.j. omnia subtiliter pul-

ueri-

uerizentur, & cum glutine dragacanti formentur trochisci pro suffitu. Vel,

Rec. ireos ℥. ij.
caryophyllorum vn. iiij.
sandalorum citrinorum,
corticis pomorum citri.
styracis cal. singulorum scrup. ij. omnia pulverizata in aqua rosata macerentur, vt supra natet, & pone in olla, quæ pro suffitu super prunis ponatur.

Rec. terebinthinæ lotæ,
laudani,
styracis liquidæ sing. ℥ ij.
foliorum myrti,
corticum arantiorum,
citoniorum sing. ℥. iij.
rosarum rub.
violarum sing ℥. ij.
santalorum omnium sing. vn. s.
caryophyllorum,
croci singul. scrup. j. contundantur omnia in mortario cum pistello calido, formentur trochisci, ad formam lupinorum pro suffitu.

Rec. thuris,
caryophyllorum,
florum buglossæ,
doronici,
sandaracæ,
corticum citri,

boli

boli armeni sing. scrup. ij.
ambræ,
ligni aloes, sing. grana iiij.
moschi grana ij. cum mucilagine se. citri, & modico terebinthinæ formentur trochisci pro suffitu vestium.

Rec. *myrrhæ vn. ij.*
absynthij,
bacc. iuniperi,
corticum arantiorum,
thuris albi,
laudani,
styracis siccæ,
assæ dulcis, sing. vn. j.
aloes succocitrinæ on. s.
ligni aloes,
santalorum rub. sing. ʒ. ij. cum aqua rosata secundum artem formentur trochisci pro suffitu.

Rec. *diptamni ʒ. j.*
laudani ʒ. s.
castorij gran. vj. cum sterace liquida formentur trochisci pro suffitu.

Si quis voluerit præseruare infantes à peste, suffumiget eos omni die cum aliquibus ex his trochiscis odoriferis, & propinet aliquas guttulas aliquarum harum aquarum, vel angelicæ, vel enulæ, vel pimpinellæ cum exiguo theriacæ, vel mithridatii.

CA

Cap. VIII.

De pilis manu geſtandis.

QVoniam admonet Galenus *in lib. de theriaca ad Piſonem*, authore Hipp. quod vnguenta pinguiſſima odorifera ignibus ſuperinfundi debeant, vt aerem purum hoc modo redditum homines in mali ſubſidium reſpirent, quamobrem in conſtitutione ſicca commodum erit etiam, ſi cuiuslibet domus quælibet loca his ſimilibus aſpergantur: *Cap. 28.*

Rec. *aquæ roſeæ vn. iiij.*
ſandalorum omnium bene tritorum ſing. vn. j.
commiſceantur.

Approbantur etiam trochiſci de camphora diſſoluti in vino, quibus aſpergantur parietes, aut intingantur, & madefiant ſudaria magna, & parietibus applicentur. Perſcrutari tamen oportet temporum malitiam & corporum temperaturas, vt amoueantur ab intemperamento & diſtemperantia.

Cùm vero æſtas fuerit calida ſub ardente ſole, dum reſonant arbuſta cicadæ, non debent omnino ſicca diſponi, ſatis enim ea ſicca exiſtit conſtitutio, ſed tunc madefacienda ſunt linteamina in aqua veri frigoris, & ipſa in cubiculis circa parietes extendantur, aut aliqua humida ſunt adiicienda, & lymphato

aceto

aceto cum aquis violarum, endiuiæ, nenuphariis, rosarum, lactucarum aspergantur parietes, & areæ. Idem in sicca autumnali constitutione intelligendum est. Et semper principalium membrorum cura gerenda est, & cordis, & spiritus. Et hæc aerem alterantia varias diei partes siue qualitates concomitantur; cum dies videlicet incalescit, frigidioribus; cum infrigidatur, calidioribus vtendum est, cum sit temperatus, temperatis; quandoque calida cum frigidis ad deferendam frigidorum virtutem commisceantur; & cum aurora, siue hora diei matutina frigidissima contingit, calidis vtantur, cum meridionalis hora calidissima est, frigidis, & sic de singulis diei horis operandum erit.

Venus. Præterea thori habenda est ratio: Nam æstate thorus pauperior sit plurima; hyeme vberior; subucula, & lintea, & cætera lectisternia hyeme acutiori lixiuio lauanda sunt, cuius cinis ex laudatis lignis fiat, rebusque calidis prædictis lixiuium aromatizetur, horum optimum fiat in æstate, mediocriter in tempore temperato, & cum è lecto mane surgunt, linteamina & lectisternia ad ventum exponantur, deinde rebus prænotatis suffumigentur, antequam reponantur, & cum decumbere volunt, eorum vestes extendantur, & antequam eas induant, pro-

por-

portionali suffitu suffumigent, vestesque, & totum cubiculum sæpius ac sæpius, quantum fieri potest, mutent, cubiculumque sit nitidum, spaciosum: puluis aspergendus super vestibus, sit talis:

Puluis vestibus aspergendus.

Rec.*pul.ireos albi vn.iiij.*
nigellæ vn.ij.
caryophyl.vn j.
benZoin, vel assæ dulcis vn.s. humectentur cũ vn.s. olei de spica odoriferi. Cum insuper domi nos non semper continere possumus, elaborandum tamen erit, vt perpetuo domi forisque, & vbiq; spiritui nostro opportunum anhelemus aerem, cum ille sit primus, qui tũ ex respiratione per symboloitatem aeream, tum per arterias, quæ ad cutim pertinẽt, ex attractione spiritus inficitur, iste ergo excolendus est, vt tẽperatus & clarus sit in aere, ergo semper electus custodiatur, suauibusq; odoribus augẽdus nutriatur, quoniam odor & spiritus sunt vapor quidam. Vnde simili simile nutritur; spiritus ergo, & spiritalis homo ab odoribus suscipit alimoniam. Auic. corpus dulcedine, spiritum vero aromaticis odoribus nutriri asserit, quoniam corporis crassitudo nõ nisi crassa natura, qualis est in dulcedine, coalescere valet, spiritus autem tenuitas non alio, quam fumo quodam atque vapore, in quo aromaticitas ipsa viget, refici posset. Ad hanc

ergo

ergo intentionem nonnullæ ex aromatis conformandæ sunt pilæ, continuo manu gestandæ, aut collo suspendendæ, quæ mira potentia cor recreant, sanguinem & spiritum exhilarant, spiritus vires tuentur, & venenati ac putris aeris vim abigunt, cum nota sit aeris pestilentis conditio, velocius scilicet interficere, quam venenosus cibus. Nam velocius & minus alteratus aer in cor fertur. Pilæ tamen secundum cerebri & cordis temperaturas, & anni constitutiones componi debent. Æstate vero, & in cerebri & cordis temperatura calida odoretur spongia in aceto mordaci madefacta, non tamen adeo mordaci, quod sternutare faciat, in eoque addantur sandali, & aqua rosata, & corali, & ambra; & hæc spongia, vel aliæ pilæ in pyxide aurea vel argentea in orbis figuram formata, & foraminum plena includantur, vel pyxide ligni iuniperi, aut fraxini, aut cypressi concauata, fenestrataque incarcerentur, aut manu gestanda, aut collo suspendenda, ac quoties res postulat, naribus admoueantur, & olfaciendo earum odor excipiatur, aut si in pyxide spongia madefacta fuerit inclusa madefacta in aquæ rosatæ partibus duabus; vini Maluatici parte vna, aceti dimidia, & cum in loco, vel in aere pestifero se continet, quoquomodo manu spongia ea extrahatur à pyxide,
& pa-

& parum ſpongiam comprimat, & eo liquo-re nares liniantur : nam rerum odoratarum fumus cum aeris putredine commiſtus, eam valde minuit, quemadmodum rerum fœti-darum ac putridarum fœdus ac granis odor eam adauget. Ex prænotatis poſſunt repleri ſacculi, vel puluinaria, ac in formam pilæ re-ligi, vt

Rec. roſarum rub. ſiccarum vn. s.
ſandalorum omnium ſing. ʒ j s.
camphoræ ſcrup. j. omnia groſſo modo con-tundito, cum granis iij. ambræ ligentur in panno li-neo, vel ſerici. Vel,

Rec. ſandalorum alborum rub. ſing ʒ. s.
camphoræ ʒ s.
boli armeni ʒ j. s.
laudani ʒ. ij.
caryophyllorum ʒ j.
muſci,
ambræ ana gran. v.
dragacanti,
gummi Arabici ſing. q. ſ. laudanum diſſolue cum pauco oleo de been, & conterito cum piſtello calido, & proijce deſuper puluerem ſandalorum, ro-ſarum, boli armeni, caryophyllorum, deinde infun-de deſuper dragacantum & gummi Arabicum, mi-ſto deinceps, conterendo ambram, camphoram, diſſolutos cum oleo de been, deinde aromatizen-

tur cum muſco, & aqua roſata omnia incorporan-do, & formetur pila. Vel,

Rec. *corticis citri* ʒ.iiij.
calamenti,
caryophyllatæ,
ſampſuci,
ozimi ſing. ʒ.j.
doronici,
been albi,
rubei,
ligni aloes ſing. ʒ.j.
ſandalorum omnium ʒ.ij.
myrrhæ,
mentæ,
caryophyllorum ſing. ſcrup. iiij.
roſarum ʒ.iij.
camphoræ ʒ.j.s.
muſci,
ambræ, ſing. ʒ.j.
ſtyracis cal. ʒ.s.
terebinthinæ ʒ ij.s.
laudani vn. iij. formentur ex his pilæ cum a-qua roſata. Vel,

Rec. *caryophyllorum,*
xylaloes,
macis,
nucis muſcatæ, ſing. ʒ.j.
camphoræ ſcrup. s.
maſticis ʒ.ij.

laudani

laudani q.s. formentur pilæ. Vel talis, quæ est Galeni.

Rec. *rosarum rub. ʒ j.* *Pila Galeni.*
sandalorum alborum,
rub. sing. ʒ j.s.
camphoræ scrup. j.
ambræ, scrup. s.
musci grana iiij.
xylaloes scrup. ij.
corticum citri scrup. j.
cinamomi,
macis,
nucis mus. sing. scrup. j.
styracis cal ʒ. s.
laudani ʒ. j. pulueriza omnia, & incorpora cum styrace liquida, formentur pilæ. Vel talis, quæ mutuatur ab Antonio Guainerio.

Rec. *florum nenupharis,* *Guainerij.*
violarum,
rosarum rub.
florum buglossæ,
sandalorum omnium,
spodij sing ʒ. j.s.
camphoræ ʒ. iij.
corticum citri,
macis,
nucis muscatæ,
maioranæ,
ozimi,

caryophylati,
charabæ,
styracis cal.
cardamomi,
masticis,
zedoarij,
ligni aloes,
cubebarum sing. ʒ.s.
ambræ,
musci, ana scrup. s.
laudani optimi ʒ. iij. confice pilas perforatas cum mucilagine dragacanti dissoluti in aqua rosata, & inde in illis foraminibus abscondantur muscus, ambra, & camphora, deinde malaxentur. Vel talis mutuata à Ioanne Arculano.

Arculani. Rec. *sandalorum alborum,*
rub. sing ʒ j.
rosarum ʒ. ij s.
sandalorum citrinorum ʒ. iij.
camphoræ ʒ. s.
boli armeni ʒ. viij. omnia præter camphoram, conterantur sicut alchol, & agitentur conterendo cum aqua rosata per hebdomadam, deinde misceatur cum eis camphora, & fiant pilæ quatuor cum gummi Arabico, & aqua rosata, & reseruentur in loco humido, in vase vitreo. Vel talis mutuata à Gentile.

Gentilis. Rec. *xylaloes,*
caryophylorum,

macis,

macis,
nucis muſ. ſing. ʒ j.
muſci tertiam partem,
camphoræ ſcrup. ſ.
maſticis ʒ vj.
laudani q. ſ. ad conficiendam pilam : huic enim addi poſſunt ſandali, crocus, & ambra, prout opus fuerit: Sed animaduertendum eſt, quod quandoque ambra adulteratur, vnde docet Alquiſequi, vt eius fruſtum ſuper ferrum ignitum ponatur, quod ſi liqueſcat, ambra vera eſt, ſi non, quaſi pinguedo adulterata eſt. Vel, *Bonæ ambræ cognitio.*

Rec. *muſci,*
camphoræ ſing. ſcrup. ſ.
maioranæ,
calamenti montani,
origani,
ſquinanti,
myrrhæ,
ſpicæ, ſing ʒ. iij.
mentæ,
nucis muſ.
pulegij,
caryophyllorum,
calami aro. ſing ʒ ij.
ſaluiæ.
cymini,
balſamitæ,

anthos,
radicum asari,
rosarum albarum,
corticum citri.
myrtilorum,
carnis melissæ,
buglossæ, sing. ʒ. j.
foliorum lauri,
abrotani,
foliorum calendulæ,
ozimi,
rutæ, sing. drach. s.
anethi,
ireos,
ciperi,
radicum valerianæ,
saturegiæ,
mentastri,
thuris,
baccarum lauri,
iuniperi,
stœchados,
diptamni,
absynthij,
ameos, an ℈. j. misceantur, & puluerizentur postmodum cum thure dissoluto in aceto, & terebinthina fiat pila perforata, in cuius foraminibus abscondatur ambræ scrup. s. musci gran. v. Vel,

Rec. *doronici,*

Zedoa-

zedoarij,
been albi & rubei,
ligni aloes,
caryophyllorum,
nucis muſ.
cinamomi,
cubebarum,
cardamomi,
calami aro.
macis,
ſpicæ nardi,
galangæ,
maſticis,
thuris,
ſe.baſiliconis,
ſe.aneti maioris,
ſe.pœoniæ,
carpobalſami,
nigellæ,
ſe.roſarum,
ſandalorum alborum,
rubeorum,
croci,
folij,
muſci,
ambræ, ſingul drach.j. pulueriʒatis cum
laudano formetur pila. Vel,
Rec.*caryophyllorum,*
ligni aloes,

nucis muſ.
cubebarum,
corticis citri,
zedoariæ,
roſarum rub.
ſandalorum alborum,
rubeorum,
foliorum nenupharis,
violarum, ſingulorum ℥.j.
cardamomi,
folij Indi,
macis,
ligni cypreßi,
iuniperi,
mirthi,
aſari,
meliſſæ,
bugloſſæ,
ſandaracæ,
maſticis,
thuris,
charabæ,
ſtyracis cal. ſing. ℥.ſ.
corallorum rub.
cinamomi,
nigellæ,
carpobalſami, ſing. ℥.iij.
camphoræ,
ambræ,

musci sing. ʒ. s. omnibus puluerizatis, formetur pila cum laudano, & in fine adde ambram, muscum, & camphoram.

In constitutione autem frigida, & illis, qui frigidam temperaturam potiuntur, hæc subsequentia percommodam opem præbebunt.

Rec. *galliæ muscatæ,*
lignialoes sing. ʒ. j.
ambræ crudæ ʒ. s.
musci scrup s.
laudani. ʒ. ij.
styracis calamitæ, caryophyllorum sing ʒ. j.
macis ʒ. s.
dragacāti, gummi arabici sing. q. s. styracem, & laudanum dissolue in oleo de been & contere cum pistillo calido, & pijce super puluerē ligni aloes, galliæ, caryophyllorum, macis, postea adde gūmi arabicum, & dragacantum, & misceto omnia conterendo, postea adde ambram dissolutam in oleo de been, & muscum, & aquam rosatam: Ita incorporando formetur pila, quæ in vase vitreo reseruetur, ex his possunt componi trochisci pro suffitu. Vel.

Rec. *laudani modice remolliti in vini quarta-j.*
ligni aloes,
styracis cal. caryophyllorum sing. scrup. j.
ambræ griseæ gran. xv.
musci gran: viij formetur pila. Vel.

Rec. *styracis cal. vn. s.*

thuris drach.ij.
rosarum rub.
sandalorum citrinorum sing. scrup. iiij.
ambræ,
musci sing. gran. vi. contundantur, & formetur pila, vel talis, quæ est famosa, & vsualis.

Rec. *laudani puri vnc. j.*
styracis cal. vn. s.
sandalorum muscacolinorum,
ligni aloes,
galliæ mus.
caryophyllorum sing. drach. j.
myrrhæ,
maioranæ,
sandalorum alborum rubeorum sing. drach. s.
musci electi drach. ij.
ambræ,
olibani sing. drach. j. s. aquæ rosatæ. q. s. formetur pila.

PRO PAVPERIBVS.

Si quis præ inopia, cui infelicior fortuna sit, talia emere non poterit, sat illis erit, si herbas, aut flores odoriferos odorabunt, vt hyeme maioranam, sisymbrium, satureiam, rutã, hysopum: Æstate rosas, violas, flores nenupharis, aut solam aquam rosaceam aceto perfusam, aut frigidiusculam fontis scaturientis aquam addito aceto, & simili eorum habitaculum perfundere, & circumspergere.

PRO

PRO MEDIOCRIBVS.

Rec. *cyperi,*
thuris,
rosar. sing. drach. j.
camphoræ,
musci sing. gran. ij.
laudani. q. s. fiat pila. Vel.

Rec. *caryophyllorum,*
croci,
cinamomi,
sandalorum rub. sing. drach. s.
masticis drach. j.
camphoræ,
musci sing. gran. ij.
laudani q. s.
fiat pila. Vel.

Rec. *styracis calamitæ vn. s.*
thuris ʒ. ij.
rosar. rub.
scandalorum citrinorum sing. scrup. iiij. con-
tundantur, quibus adde ambræ grisiæ, gra. vij. Vel.

Rec. *laudani modice remolliti in vino quarti. j.*
ligni aloes, styracis cal. sing. ʒ. j.
caryophyllorum scrup. j.
ambræ griseæ gran. x v.
musci gra. viij. fiat pila.

Pro principibus vero prætiosa adiiciantur
[fra]gmenta, vt iaspis, margaritarum, & similia.
[Sed] ne videar socordiæ alicuius nota inuri,
hęc

hęc alia deſcribenda non inutile fore exiſtimaui, ex quibus prudens Medicus pro pauperibus, & pro diuitibus, & pro principibus, iuxta contingentiam & temporum conſtitutiones, & corporum temperaturas pilas manu geſtandas componere poterit, & pro ſufficientibus.

Rec. *ſtyracis cal.*
ſtyracis liquidæ,
ſe. acetoſæ,
zedoariæ,
florum bugloſſ.
boraginis,
mentæ ſiccæ,
meliſſæ,
ſaluiæ,
cichoreæ,
vincetoxici,
ſe. hypericonis,
anchuſæ,
vtriusq; pœoniæ,
aſari
ſanamundæ,
imperatoriæ,
ſerpilli,
calaminthes,
ſpicænardi,
celticæ,
liquiritiæ,

an-

anthos sing. ʒ j. s.
caryophyllorum,
doronici,
acori,
been albi, & rubei,
corallorum omnium,
ligni aloes,
charabe sing. ʒ j.
myrrhæ,
aloes,
calami aro.
nucis muscatæ,
carlinæ,
diptamni,
thuris, & corticam ejus,
sandaracæ,
masticis,
macis,
trium sandalorum,
trochiscorum de camphora,
iuniperorum,
corticum,
physticorum,
tamarisci,
ciperi,
trochiscorum de ciperis, filipendulæ blattæ, by-
zantiæ,
valdebonæ,
balaustiarum,

la-

labruscæ,
florum corticum citri,
limonumq;,
nenupharis, vtriusq;,
florum antipatris,
squinanti,
tormentillæ,
spodij,
brasilij, quod Auicen. vocat boriculum,
galliæ muscatæ,
alipitæ sing ℥ j.
succi portulacæ,
succi citranguli,
succi limonum, & citrorum sing. vn. s.
rosar. rub. ℥. vij.
boli armeni,
terræ sigillatæ sing. ℥. v.
trochiscorum de ligno aloes,
camphoræ,
croci sing. ℥. s.
oßis de corde cerui, aut eius cornu, vn. s.
ambræ,
margaritarum,
mosci, sing. scrup. j.
coriandri correcti. ℥. iij. s. contundito omnia
simul præter moscum, & ambram, quæ cum laudani
dissoluantur, naturalis, aut artificialis à pilorum sor
dibus mũdati vn. s. quoniam aliqui arbitrantur
quod in vna libra nostri laudani non sit ℥. j.
bon

boni laudani, quia adulteratur. Aut cum ſy. de acetoſitate citri, & laudanum prius in aqua roſata & aceto maceratum, cum terebinthina immiſceto, & formetur pila manu geſtanda, vel trochiſci in igne cremandi. Vel.

Rec. *maioranæ,*
baſiliconis,
florum anthos,
corticum citri,
corticum aranciorum,
ſandalorum rub. ſing. ʒ. ij.
ligni aloes, ʒ. j.
roſarum,
coriandrorum præpar.
nigellæ, ſtoechados arab.
ſpicæ vtriuſq;,
caryophylorum,
nucis muſcatæ,
macis,
cinamomi,
galliæ muſcatæ. ſing. drach. j. s.
olibani drach. vj.
ſtyracis cal. vnc. s.
laudani vnc. j.
ſtyracis liquidæ. drach. 2. fiat pila cum aquâ maioranæ, & ſambuci. Vel.

Rec. *galliæ moſcatæ,*
olibani,
myrrhæ,

caryo-

caryophyllorum,
ligni aloes,
nuc. mus.
macis,
spicæ,
nigellæ sing. ℨ. s.
maioranæ,
rosarum,
corticum citri,
coriandrorum præpar.
styracis calamitæ,
sandalorum rub. sing. scru. ij.
laudani vnc. s.
camphoræ gran. iij. fiat pila cum aqua rosata.
Vel.

Rec. laudani.
styracis cal. sing. vn. s.
ligni aloes,
cardamomi,
rosarum rub. sing. ℨ. j.
thuris albi,
myrrhæ,
maioranæ sing. ℨ j. s.
ambræ ℨ. s.
moschi scrup. j. formetur pila. Vel.

Rec. laudani puri vn. ij.
styracis cal. vn. j.
thuris albi. vn. s.
benzoini ℨ. ij.

styracis liquidæ vn. i.
carrophyllorum,
maioranæ sing. scrup. ij. cum mucilag. dragacanti fiat pila, vel
Rec. *laudani puri vn. i. s.*
styracis cal.
caryophyllorum sing. ʒ. vj.
camphoræ ʒ. ij.
moschi ʒ. i.
ambræ scrup. s. cum mucilagine dragacanti fiat pila. vel
Rec. *radicum ireos vn. s.*
caryophyllatæ ʒ. iij.
caryophyllorum ʒ. ij.
maceris ʒ. i.
croci scrup. s.
maioranæ,
lauendulæ,
mentæ,
siccæ,
ruthæ sing. ʒ. s.
sandalorum omnium sing. scrup. i.
Zedoariæ scrup. s.
moschi gra. xij.
Zibeti gra. iij.
laudani,
styracis cal. an. ʒ. iij. scrup. i. cum styrace liquida, formetur pila. vel
Rec. *sem. citri,*

sem. acetosæ,
plantaginis sing. drach. s.
tormentillæ,
Zedoariæ,
doronici sing. scrup. ij.
terræ sigillatæ,
boli armeni,
vnicornu,
macis,
caryophyllorum sing. scrup. i.
camphoræ drach. s. in tenuissimum puluerem omnia contundito, & cum laudano dissoluto in aqua rosata, musci, ambræ sing. grana ij. fiat globus.

Vel

Rec. *galliæ muscatæ drach. ij.*
camphoræ,
ossis de corde cerui,
charabæ,
blattæ bizantiæ sing. drach. j.
sem. laudani vn. s.
ligni aloes vn. i.
styracis cal. vn. i. s.
myrrhæ drach. s.
thuris vnæ.
olei de been drach. iij.
musci,
ambræ sing. scrup. s. cum aqua maioranæ, fiat globus. In tempore calido.

Rec. *rosarum rub.*

violæ-

violarum,
nenupharis,
sandalorum omnium sing. drach. s.
moschi scrup. i.
camphoræ gra. vj.
ceræ albæ q. s. fiat globus. Vel
Rec. *laudani vn. s.*
ligni aloes vn. i.
ambræ scrup. s,
galliæ moschatæ,
styracis cal. sing. drach. i. s.
moschi gra. ij. cum aqua rosata moschata fiat globus. Vel talis, qui est pro Medico cum peste affectos visitat.

Pila pro medico ipso.

Rec. *camphoræ drach. i.*
sandalorum alborum,
rubeorum sing. drach. s.
foliorum myrti & sem. eius sing. drach. ij.
thuris, myrrhæ sing. drach. i.
laud. drach. ij.
aceti fortis parum,
gummi arab.
dragacanti sing. drach. i. cum aqua rosata, fiat globus. Vel
Rec. *styracis cal. drach. i.*
ligni aloes drach. s.
spicæ scrup. i.
galliæ mosc. drach. s.
moschi scrup. s.

Zedoariæ ſcru. i.
macis ſcrup. s.
ſem. erucæ gra. vij.
nucis moſ. ſcru. s.
ſandalorum rub.
corallorum rub.
boli armeni ſing. drach i.
florum nenupharis ſcrup. ij.
camphoræ ſcrup. s.
ambræ,
moſchi ſing. gra. iij diſſoluantur gummi in aquarosata, deinde cum piſtillo calido prius omnibus pul. cum colla gummi dragacanti, fiat globus. vel
Rec. *ſtyracis cal. drach. vj.*
caryophyllorum drach. ij.
macis drach. i.
cinamomi drach. iij.
ſandalici citrini drach. 1. *s.*
florum roſarum,
anthos,
maioranæ,
ſpicæ ſing. gra. ij.
ſpecierum diamuſci,
ambræ,
aro. roſati,
diathamoron, ſing. ſcrup. i.
ſtœchados arab. ſcrup. ij.
camphoræ ſcrup. i.
galliæ moſchatæ,
aliptæ moſchatæ ſing. drach. ij. *lauda-*

laudani ℥.iij. incorporentur cum ſtyrace liquida, & mucilagine dragacanti, & aqua roſata, & fiat globus in quo abſconde moſchi, & ambræ ſing. drach. s. vel

Rec. *mithridatii drach. vj.*
boli arm.
terræ ſigillatæ,
ſem. acetoſæ,
ſpodii,
florum lambruſcæ ſing. drach. vj.
ambræ gra. iiij.
moſchi gra. i. cum cera fiat globus. vel

Rec. *laudani vn. i. s.*
ſtyracis liquidæ drach. iij.
been. albi & rub.
roſarum rub. ſing. drach. iij.
myrrhæ,
foliorum rutæ,
caryophyllorum ſing drach. i. s.
ſandalorum alborum rub.
citrinorum ſing. drach. iij.
camphoræ drach. ij.
ligni aloes,
calami aro.
ſucci valerianæ ſing. drach. s.
moſchi,
ambræ ſing. ℥. i. s.
corticum citri ℥. i. confice globum cum aqua roſata, & ſucco bugloſſæ, meliſſæ, & cum modico vi-

ni maluatici. Vel talis, qui ligetur in syndone:

Rec. *specierum diamusci dul. scrup. i.*
Zedoariæ drach. i.
cariophyllorum drach. ij.
fol. lauri scrup. ij.
cinamomi drach. i.
rutæ scru. ij. conquassentur & ligentur in syndone rub. Vel

Rec. *Zibeti octauam partem,*
mus. gra. iiij.
ligni aloes gra. iiij.
ambræ mediam octauam partem, pulueris de Cypro tantundem, puluerizentur omnia subtiliter, olei de gesmino q. s. cum glutine dragacanti dissoluti in aqua rosata fiat globus. Vel

Rec. *radicum angelicæ,*
astrutii,
Zedoariæ,
tormentillæ,
diptamni sing. p. i.
rosarum rub. m. ij.
florum lauendulæ,
maioranæ sing. drach. iij.
camphoræ scrup. i.
aceti vini lib. iiij. incidantur, & imponatur in vase vitreo stricti orificii macerentur per aliquot dies in aceto clauso ore vasis. postea madefiat spongia in eo aceto, & feratur in pyxide, vt supra. Vel

Rec. *laudani vn. i.*

been albi, rub.
rosarum rub. ana, drach. ij.
styracis liquidæ drach. iij.
myrrhæ,
foliorum mentæ,
caryophyllorum an. drach. i.
camphoræ drach. i. misce, & cum aquis rosarum, buglossæ, melissæ, formetur pila.

Prudens autem Medicus ex his globis, aut pilis poterit delectum facere, secundum corporum temperaturas, ac secundũ anni tempora, ac eius qualitates & inconstantiam, aut secundũ maiorem & minorem aeris putredinem distribue illis, qui cupiunt à peste præseruari, hyeme vero, quæ magis ex his solidiora sunt, magis cõferunt. Cauendũ tamẽ est, ne pleno capite, aut ventriculo pilæ illæ frequenter odorentur. Pilæ quoq; in vase vitreo conseruentur, & loco humido, & sępius irrorentur, cũ aqua rosata, pmixtionis camphorę, & sandali citrini, deinde in syndone inuolutę manu gestari poterunt, aut in pyxide fenestrata, vel aurea, vel argẽtea niliata incassatæ.

Cap IX.

De odoriferis aquis.

HOC loco mihi etiam scribendum occurrit de odoriferis aquis, in quibus madefieri potest spongia, quæ inde in pyxide fenestrata incassari etiam possunt.

Rec. *corticum citri,*
ozimi sing. vn s.
caryophyllatæ,
calamenti,
sampsuci sing. drach. ij.
caryophyllorum,
sandalorum,
macis sing. drach. i. s.
camphoræ drach. i.
rosarum rub. drach. iij.
musci. scrup s.
ambræ gra. xij.
ligni aloes drach. i. fiat puluis tenuissimus, qui vel ligetur in sindone, vel infundatur in aquarum rosarum vn. iiij. buglossæ, melissæ sing. vn. iij. aceti vini vn. i.s. postmodum spongiam in his madefacito, & in pyxide madefacta conservetur pro olfactu. vel talis mutuata à Montagnana, qua pulsus, facies, tempora, manusq; sæpius cofricentur.

Rec. *ambræ drach. s.*
anisi scrup. s.
ligni aloes,
laudani,
been albi,
rub. singulorum drach. ij.
macis,
corticum citri sing. drach. ij. s.
nucis muscatæ,
sandalorum alb.
rub. sing. drach. i.

folio-

foliorum auri numero vj.
aquarum basiliconis,
florum croci,
aquæ rosatæ muscatæ sing.drach.vj.
aceti cochlaria duo,
vini cretensis cyathum vnum, simul diu concutias in amphiala, cuius os obturetur, ne respiret. Vel:

Rec. *Belzoin drach.j.*
styracis cal.drach.iij.
cinamomi.drach j.caryophyllorum drach.iij.
camphoreæ. drach. ij. contundantur, & macerentur in aqua rosata, & bulliant in vase vitreo, obturato ore, ne respiret in balneo mariæ. Vel:

Rec. *aquæ rosatæ lib.s.*
cariophyllorum scrup. ij.
musci a chara j. bulliant in duplici vase, ore obturato, postmodum reserua. Vel:

Rec.*aquæ rosatæ lib.s.*
caryophyllorum vnc.j.
gummi elemi char.j.
Belzoin char j.mis.& bulliant in duplici vase vt supra. Vel:

Rec.*aquæ rosatæ lib.s.*
cinamomi vnc.j.
musci,
ambræ sing. char.j. bulliant vt supra. Vel:

Rec. *aquæ rosatæ lib.j.*
ligni aloes charati.j.

benzoini char j.

sandalorum alborum char. j.

caryophyllorum numero vj. bulliant vt supra. Vel:

Rec. *aquæ rosatæ lib. j.*

zibeti charati. j.

gumi elemi charati ij.

caryophyllorū numero vj. bulliant vt sup. Vel:

Rec. *aquæ rosatæ lib. j.*

sandalorum alborum,

ligni aloes,

styracis cal. sing. charati. j.

caryophyllorū numero vj. omnia pulverizentur, deinde ponas aquam in vnam amphyalam, ita quod sit semiplena, & calefacias eam ad solem, vel in balneo mariæ obturato ore, & quum fuerit calida, adde ea aromata pulverizata, & sic permittas per aliquot dies sub sole obturato ore, & si vis poteris addere moschi chara. j. & hoc modo conficias omnes aquas præscriptas. Vel:

Rec. *musci,*

zibetti,

styracis cal.

belzoi,

ambræ sing. quantum vis, macerentur in aqua vitæ, quousque extraxerit omnem odorem, postea adde aquæ ros. quantum vis, deinde tot diebus maneat sub radiis solaribus, quousque clara fiat. Vel:

Rec.

Rec. *aquæ rosatæ lib. iiij.*
rosarum siccarum m. j.
camphoræ vnc. s. destillentur in balneo mariæ, supra. Vel:
Rec. *aquæ ros. lib. j.*
aceti rosati vnc. iij.
trochiscorum de camphora,
sandalorum rub.
citrinorum sing. ʒ j.
camphoræ scru ij. mis. & bulliant vt sup. Vel:
Rec. *aquæ rosatæ lib. iij.*
florum lauendulæ m. iij.
cariophyllorum,
cinamomi sing. vnc. s.
sandalorum citrinorum ʒ vj.
macis ʒ. ij.
florum spicæ hortensis m. j.
belzoini,
styracis cal. sing. vn. s. omnia contundantur, & macerentur cum vnc. vij. vini maluatici, & aquæ vitæ vnc. j. ad solem per mensem, deinde per balneum mariæ destillentur, & huic aquæ destillatæ addantur zibetti,
musci,
ambræ sing. gra. x. Vel:
Rec. *aquæ rosatæ lib. iij.*
aceti rosati,
vini maluatici sing. lib. j.
aquæ solis vnc. iiij.

lau-

laudani puri drach.iij.
benzoini,
styracis cal.sing.drach.j.
florum spicæ,
rorismarini,
maioranæ sing. drach.j.s.
sandalorum omnium sing. scrup.ij.
corticum citri,
zedoariæ sing.drach.j.
cubebæ,
macis,
nucismus.
caryophyllorum sing.drach.s.
ligni aloes drach.s.
specierum diamusci dul.scrup.iiij.
moschi,
ambræ sing.gra.iij.
camphoræ drach.j. mis.& bulliant vt supra,
&permitte sub radiis solarib.per dies 20. Vel:
Rec.*aquæ rosatæ lib.s.*
corticum aranciorum recentium vnc.ij.
corticum granatorum vnc. ij.
florum lauandulæ siccæ lib. s.
vini Maluatici lib. s.
aceti fortis vnc. j.
caryophyllorũ vn.s.macerentur simul per 14.
dies, postea distilla lento igne in balneo mariæ. Vel:
Rec.*aquæ rosatæ q. s.*
moschi gra. j.

zibetti

zibetti gra. j.

benzoi.vnc.s.

olei de spica odorifera gran. ij. macerentur simul per aliquot dies postea exprimantur, & colentur per filtrum. Vel:

Rec. *aquæ rosatæ,*

violarum,

nenupharis sing.vnc.j.s.

sandalorum citrinorum ℨ.j.s.

trochiscorum de camphora ℨ.ij.

camphoræ gra.v.

moschi gra.j.

aceti vnc.s.ponatur in ampulla, & obturetur os, ne respiret.

Cap. X.

De oleis odoriferis.

POssunt & confici olea odorifera, vt Rec. amygdalas dulces excorticatas,& eas optime contunde,postmodum adde aromata descripta in aquis tenuissime pulverizata,&permitte simul macerari per quinque dies,postea oleum extrahe per torculare. Vel:

Rec. *aquæ rosatæ lib.s.*

belzoin vn.iiij. pulverizentur,deinde in balneo mariæ destillentur, & cum tota exiuerit aqua auge ignem,& muta recipientem.tunc exibit oleum pretiosum; & sic poteris extrahere oleum ab omnibus aromatibus.

Cap.

CAP. XI.

De ſapone odorifero.

POSSVNT confici etiam ſapones pro lotione manuum, & ſtrophiola.

Accipe ſaponem Venetum, toties eum in aqua tantum laua, quouſque ſaponis ſapor amittatur, poſtmodum facies bullire in aqua roſata, deinde extrahe & permitte ſiccari, tandem admiſce aromata ſupraſcripta & formentur globi, & permittantur exiccari. Vel:

Accipe prædictum ſaponem ita præparatum, cui admiſce oleum de belzoin, vel de laudano, vel cum alio oleo odorifero, & conſice globos, & permitte exiccari. Vel:

Accipe ſaponem toties totum præſcriptum, cui adde roſas pulueriſatas vel flores aranciorum, & conſice globos. Vel:

Accipe ſaponem præſcriptum præparatum, contunde, & per ſetacium exprimito, & de iſto Rec. *lib. v. quibus adde ireos vnc. ij.*
ſandalorum alb. vnc. j. s.
farinæ amyli ℥. iij.
machalepii. ℥. j. s.
ſtyracis liquidæ vnc. ſe.
olei de ſpica. ℥. s. prius omnia pulverizato, contundantur omnia ſimul in mortario, & in fine
adde

lde moschi, zibetti, singulorum ʒ. j. formentur *bi.* Vel:

Rec. *saponis, vt supra, loti & parati lib. iiij.*
macalopæ vnc. iiij.
caryophyllorum vnc. s.
cyperi,
sandalorum citrinorum sing. ʒ. ij.
styracis calamitæ vnc. s.
benzoini ʒ. ij.
styracis liquidæ ʒ. j.
olei de spica ʒ. ij. incorporentur cum aqua ro- *a muschata, formentur globi.* Vel:

Si vero placeret eo vti in forma liquida, ac-
pe saponem album præparatum, vt supra,
mitte in loco humido per x. dies, deinde
nutim incide, & per quinque dies permit-
iterum non in loco humido, postea con-
nde in mortario tenuiter cum aqua rosata,
luminata, vt liquidum fiat, postea adde se.
calep. vnc. ij. & munda ea à cortice, & con-
nde optime, postea adde pul. benzoin. ʒ. ij.
os ʒ. s. olei de belzoin ʒ. j. aromatum
c. i. musci scrup. s. fiat mixtura. Possumus
m construere huiusmodi sapones cum
c oleis.

Rec. *belzoin vnc. ij.*
olei caryophyllorum lib. j.
olei rosati lib. s.

aqua

aquæ rosatæ muscatæ lib.ij.

aquæ mortellæ lib.j. bulliant in olla quousque desiccantur, ad modum olei realis, postquam fuerit desiccata, adde olei de cinamomo vn.ij. moschi scru.s. & iterum parum simul bulliat. Vel:

Rec. *olei amyg. dul. recentis lib.j.*

aquæ rosatæ lib.ij.

styracis cal. vnc. ij. bulliant simul in olla vitreata ad consumptionem duarum partium de tribus, postea adde ambræ scrup. s. algulii tantundem, & decoquuantur, quousque ambra sit liquefacta, postea ab igne amoue, & per pannum lineum exprimito, deinde oleum supernatans reserua.

Quum insuper ita studuimus, vt sanguis inculpatus esset, ac tum venæ sectione, aut purgatione in eo putredinis aptitudo prohiberetur, pari modo spiritus cordis ita firmare conati sumus, ne aeream putredinem admitterent. Nunc nobis elaborandum erit, vt cor ipsum etiam tales suscipiat vires, vt qualemcunq; putredinem, ac vim venenatam à se repellere possit, & vt probum spiritib. alimentum præbeat, & illos tales procreet, vt qualicunque vi venenatæ resistere possit, sed hæc fient per hæc media, per has methodos. In primis cum contingat aluum mouere, & humores subducere, tutius erit, cũ illis soluentibus pharmacis commiscere ea, quæ cordi

sangui

nguinem, & ſpiritum illuſtrent, vt expulſi-
a cordis facultas à corde noxium humorem
lidius propellat, ac nociuas fuligines ad cor
fumantes repellat; Quo etiam fit, vt cere-
rum iuuamen ſentiat, medicinę autem tales
nt, lapides lazuli, & armeni; at quia eorum
peratio naturæ ſatis moleſta ſit, cũ laborio-
, & copioſè tum per inferiora, tum per ſu-
eriora ſoluendo humores purgent, eorum
co, ſena, & epithymo vtamur. Quoniam
mnis immodica, & humorum violenta pur-
tio cordis, ac eius ſpiritus, & totius corpo-
s facultates imbecilles efficit; & quamuis
edicinæ purganti, medicinæ etiam cordia-
s miſceantur, & aſſocientur, quæ à ſubſtan-
æ proprietate cor corroborant, & ſoluentis
edicinæ oppreſſioni, & impreſſioni occur-
ent; hoc tamen per quàm difficillimum exi-
imatur conuenienter menſuram reperire
oſſe. Præterea animaduertendum eſt, quod
edicinæ, quæ aluum mouent & humores
bducunt, in frequenti vſu haberi non de-
ent; diuerſis autẽ temporibus, diuerſas me-
icinas, cor & ſpiritum illuſtrantes, vt nõ pur-
ntes propinare expedit; quoniam non ita in
rde humor euacuationẽ indicans coacer-
tur, quemadmodum ob cordis principa-
m, & robur malitia temperamenti ſubori-
r, quo fit, vt elaborandum magis ſit cũ me-

dicinis illustrantibus & cor, & spiritum cor-
roborantibus, quam cum purgantibus medi-
cinis. Insuper medicinæ, quæ sudorem ac vri-
nam cient, expediunt illis, quorum cor ex hu-
morum tenuitate à sanguinis aquositate affe-
ctum sit. Item venæ sectio confert illis, qui e
humore, vel superabundanti sanguine, calo-
rem cordis innatum suffocante, cor haben
imbecille. Item in omnibus medicinis cor-
dialib. admisceri debent ea, quæ naturaliu
calorem spirituum corroborant, ac versus co
frigidarum facultates medicinarum penetra-
re faciant. Cum Auic. *in cap. generali de cura-
tione ægritudinum cordis*, admoneat, quod ill
qui abstulerunt crocum à trochiscis de cam-
phora, blasmauerũt primos, qui fecerunt tro-
ciscos de camphora pauci iuuamenti. Item
quod cum medicinis cordialibus medicin
attenuatiua associari debeat, in eo præsertim
affectu, cum cor afficitur turbido sanguine
aut ex eius sanguinis crassitie, aut eius algore
ex quibus copiosi, & temperati spiritus gene-
ratio prohibetur. Item quod medicina aperi-
tiua & abstersiua medicinis cordialibus asso-
ciari debeat, quoniam medicinas cordiales
eius facultas ad cor ducit, quemadmodum
Karabæ, terra sigillata, mirobalani emblici
quæ ab eorum proprietate sub id spiritus, &
cordis substantiam vniunt, & corroborant
Insu-

insuper aduertendum est, quod medicina flauosa medicinis cordialibus haudquaquam admisceatur, cum tristi & imbecilli cordi mirum in modum noxia sit, quum spiritus & cordis substantiam vaporibus non proportionatis ac in transmutabilibus opplet, quare obtenebrat, grauidatque spiritus, ac ad actiones naturales spiritum ac cor socordes, magis segnes efficit. Quare medicina adstrictiua & conglutinatiua medicinis cordialibus admisceri debet, vt spiritus substantiæ validiorem firmitatem, ac laudabilem continuitatem tribuat, ne leui quolibet motu velociter dissoluatur, prohibeatque ne venenosus, ac putris vapor spiritum ac cordis substantiam male afficiat, sicuti terra sigillata, bolus armenus, quamuis humores incrassant, attamen ex tenuitate spiritus, & sanguinis, magis, quam ex crassitie in corde maior fit imbecillitas. Quare ex eorum crassitie, quam ex tenuitate, maior sequitur vtilitas. Nec non cordialibus medicinis associari debet medicina, quę repellēdi vim habeat, cū cor ex intemperie aliqua calida affectū est. Pariter medicina, stupefaciendi vim obtinet, medicinis cordialib. admisceri debet, ne medicinæ cordiales in via vsq; ad cor facultates corrumpātur.

Præterea considerandum est, quod medicina, quę difflandi vim habet, non semper ad-

miſcenda ſit cum medicinis cordialibus quoniam cordis, & ſpiritus vires diminuit nisi ſpiritus craſſus, & frigidus fuerit, & in corde humores craſſi fuerint coaceruati. N talis medicina cordis imbecillitatem auget & ſpiritum tenuem,& exiguum efficit, eumque digerit, ac euaporat, quicquid enim digeritur,& quæcunque ſit eius ſubſtantia, ex vaporis flatuoſi genere eſt.Ita minuitur ſpiritus, & turbidus efficitur: quod ſi neceſſitas vrgeat eam medicinis cordialibus commiſceri, expedit tamen ei commiſcere medicinas alias corroborantes, aggregantes, continuitatem ſeruantes, dum tamen ſint ex his quæ conueniunt cordi, qualia ſunt, mentaſtrum,myrobalani, chebuli. Inſuper medicina,quę ſputum facilitat,cordi conuenit,quoniam anhelitum alleuiat, quo fit, vt cor liberalius euentetur, ac tam frequens ſpirandi motus non fiat.

Deinde medicinæ,quę theriacali proprietate naturam humanam corroborant, ſummopere expediunt, cum naturæ humanæ principale membrum ſit cor,quod ab illis vigoratur,vt à venenis affici non patiatur, cum leui eorum caliditate,cor, & ſpiritus in temperamento æquant, quemadmodum Doronicum, macis, ambra, moſcus, aut ſimilis eſt croco in virtute viuifica, & eſt mobilior

omni-

mnibus Theriacis, contra præsertim napellum, sed eius ignea qualitas, & eius siccitas osis, vel violis remitti debet. Similiter medicinæ, quæ cor lætificant, & corroborant, sunt ordis Theriaca, quamuis omnes medicinæ, uæ lætificant cor, non sint theriacales, quoiam quædam earum calidiores sunt, vti caorium, quædam frigidiores, vt camphora, l. lactucæ portulacæ, & sint quædam theriales illis indigentes, cum venenum, quod t cum sui substantia spiritus substantiæ conarium, efficitur etiam contrarium cũ quaitate sua, cum vero venenum eius duntaxat ualitate spiritui aduersatur, prædictarum ualitates tunc necessariæ sunt, & in Theaca fortasse necessaria sit caliditas vehe-nens ex multis causis, quæ sunt, vt spiritus t validioris motus, ac vehementis extensiois, vel sparsionis, vt ex longinquo aduersetur cuicunq; rei venenatæ ex theriacali prærtim proprietate, vel qualitate, qua veneno esistat, impugnando, & resistendo, & proellendo, ipsam antequam cor inuadat, & tingat, & vt sit validior ad corrumpendum, comburendum in tempore modico veneum, in quo tempore cum hoc, quod dium, spiritus inde conseruetur in suo saluo sse theriacali, proprietate.

Præterea præsciendum est, quod ex medi-

cinis nonnullæ ſint, quæ cum à veneno cor liberent, tamen non modo ipſum cor validum non efficiunt, verum etiam ſi largiori menſura adhibeantur, maxime illi nocent: qualia ſunt alexiteria illa, quę ſimilitudine totius ſubſtantiæ certum venenum ad ſe attrahunt, prout ait Galenus *in quinto de ſimpl. med. facul.* Additur etiam, quod medicina, quę ſubducit humores melancholicos, numeretur inter medicinas cordiales, necnon, quod medicina vnctuoſa craſſando, tenaces reddendo humores, ac vaporibus venenoſis ſe commiſcendo, vnctuoſitate ſua ventriculi concentricem debilitando, qua fit vomitus, ne in eo imprimat malitiam ſuam, acuitatem reprimit.

Hoc etiam ſcitu dignum eſt, quod cum alteranda ſit cordis calida intemperies, non audendum eſſe frigidas puras medicinas propinare, quoniam teſte Auic. ſubſtātia, qua creatum eſt cor & ſpiritus ab ipſo effuſi calida eſt caliditate innata & non nociua, quæ minuitur, & digeritur, & conturbatur, ob vitium intemperiei calidæ in corde, quapropter eget, vt reſtauretur, & corroboretur, & hoc fit cum medicinis calidis, aſſociatis frigidis cor corroborantibus à proprietate ſubſtantiæ, vnde operæpretium erit, cum intentio ſit calidam cordis intemperiem tollere medicinas cali-

da-

-as frigidis commiſcere, & inuicem coniungere, frigidæ autem puræ, cordis nocent radi-ci, quæ eſt calor innatus extinguendo & congelando ipſum. Vnde Gal. *de vſu partium* celerrime interimit animal, ſi cor ipſum refrigeres, ſi ipſum calidum ſerues, nihil patitur, quamuis medicinæ frigidæ cordis ſubſtantiæ conferant, permutando ipſius vitiatam intemperiem calidam. Tamen Auicen. monitu perponderanda eſt magis radix, quam ramus, quoniam radix nobilior eſt, & pluris habetur, quam ramus, quoniam extirpata radice ramus perit, & non è contra. Adeo in corde calor innatus, & ſpiritus, qui ſunt calidi, ſunt radices vitæ humanæ, temperies autem cordis, & cor ipſum ſunt rami. Galenus *in v. de locis affectis* porro panniculus cor ambiens, quocunque modo affectus ſit, inter ignobiles partes reputatur, & *in ſecundo de præſagatione ex pulſu* inquit, quod intemperies cordis, non perinde exitialis, imo inflammatione longo mitior, cui ſiquidem imbecillitas comes eſt, quare ex hac parte concludunt, quod calidæ medicinæ frigidis commiſcendæ ſint, frigida namque, vt cordis calefacti ſubſtantiam refrigerent, calida autem, vt conſeruetur ſpiritus, & calor innatus, & vt frigidæ, cum tarde penetrent, calidorum facultate ad cor ci-

cap.1. circa finem.

cap.4.

tius ducantur, & ex hac cauſa addiderunt crocum trochiſcis de camphora, cum autem medicinæ vt calidæ, ita & frigidæ permixtæ ad cor deuenerint, intereſt tunc naturæ, vt eas ſuperet, portionem calidarum ſpiritui, & calori innato portionem frigidarum cordis intemperiei calidæ diſtribuat. Inſuper cum alteranda ſit cordis intemperies, tunc medicinę permutantes commiſceantur, cum medicinis cordialibus duplici ratione; vna cum medicinæ permutantes puræ noceant; altera vt cordiales earum ſubſtantiæ proprietate alterãtes medicinas ad cor deferant. Quæ autem numeroſos reddunt ſpiritus, ſunt vinum, aqua & caro, & oua ſorbilia, quemadmodum teſtatur Auic. *in de viribus cordis*.

Quæ autem ſpirituum ſubſtantiam illuſtrant, fertur margaritas hoc facere.

Quæ vero vniunt, & ſpiritus coaceruant, ac quæ prohibent, ne digerantur, & difflent, ſunt emblici & Karabæ.

Quæ cordis ſubſtantiam vniunt, ac firmant, ſunt ſericum combuſtum, aut crudum, & alcheſmes.

Quæ cor & ſpiritum leui calore contemperant, ſunt Doronicum & macis.

Quæ caliditatem ſuperfluam cordis minuunt, ſunt bugloſſa, borrago, acetoſa, endiuia, & ſimilia.

Qui-

Quibus natura delectatur sunt aromata.

Quæ autem atrum fumum à spiritibus expurgant, sunt buglossa, lapis lazuli, lapis armenus, thymus, sena, epithymus.

Quæ à proprietate substantiæ cordi conferunt, sunt Hyacinthus, Saphyrus, & apud Zoar Smaragdus.

Quæ contra venenum certant, sunt Theriaca, & bezoartica omnia inferius describenda, cortex citri, & semen eius, contrariantur omnibus venenis, vt *Fen.4.tract.3.cap.2.* Auicenna testatur.

Quæ cor validius efficiunt, hoc faciunt, vel à proprietate substantiæ, vel à qualitate; ex his etiam quædam sunt simplicia, quædam composita, ex simplicibus sunt pleræque gemmæ, vnum alterum quoque corporis membrum corroborandi mira inest facultas. Nam vt legitur, smaragdus cerebrum, saphyrus iecur, corallus, teste Auenzoar *primo thesir*, & Serapione: à peste præseruat cor, & ventriculum maxime corroborant Hyacinthus, Smaragdus, teste Plinio *lib.37.* carbunculus, rubinus, saphyrus cor corroborant, & à peste præseruant, si in annulis, aut collo hæc fragmenta suspensa, teste Aristotele & Alberto deferuntur, cui etiam scribit Auicen. Talem etiam effectum præstant, si super nudam pectoris carnem ferantur. Cum

Cor validius efficientia.

hi prætiosi lapides nulla alia vi polleant, quã æstimatione, tum ob opinionem, & splendorem, qui cor lætificant, & corroborant, non paruum sanitati momentum afferunt. Dicit Galenus in ea incantatione. Ego quoq; in antiquorum libris legi suspensa collo suffragari cum proprietate ex natura sui.

Quæ etiam cordi robur addunt, sunt gaudium moderatum, floridam facit ætatẽ, cum species intellectuales realium motuum sint causæ, reuocatio, & approximatio, & frequens, & assidua rerum amabilium, sine veneris, vel nimii gaudii excessu, assistentia, cõsuetudo cum gratis & dilectis, alui quotidiana excretio, ciborum ac potuum parsimonia, medicinæq; nonnullæ, tum simplices, tum compositæ ex simplicibus.

Zedoaria in ore detenta resistit aeris putredini, ac contra eum cor, & spiritum optime firmat, citri cortex in ore detentus præseruat à peste mandendo, aut corticem conditam comedendo, aut succum bibendo, & corticem odorando, & eius semen comedendo, caryophylli, aut betonicæ minutissimæ attritę drachma cõducere traditur, cum vino albo in hyeme, in æstate epota cum aqua rosata omni die ʒ i. buglossæ puluerisatæ cum vino in introitu lecti, ʒ. i. caryophyllata, musca-

muſcatinorum mane epota cum lactis capræ, vt cito penetrent, & corroborant cordis vires ℥.i.s. maioranæ pull. cum vn iij. vini ſubrubei in introitu lecti. Succus enulæ mirabilis eſt, ſi in principio, & in medio, & in fine menſis propinetur vn. s. pro vice i. cum luna illis temporibus faciat maiores impreſſiones, cum ſuccus enulæ ſit calidus cordialis, & mirabilis, propinatur ſuccus non colatus, vt partes craſſiores ſimul ſint cũ tenuibus, & aquis, neq; ebulliat, ne pars aquea euaporet, & reſoluetur, vnde minus penetraret, & cum per ſe ſit tantæ penetrationis, propinetur ergo crudus. Cyphea, vt Paulus Ægineta memoriæ tradidit, non modo naribus ſuffita, proſunt peſtilentialibus morbis, ſed comeſta, myrrhidis radicem Dioſcorides cum peſtil. cœli ſtatus fuerit, bis aut ter die potã hominibus ſic ꝓdeſſe ait, vt in morbũ non incidat, exhibeturq; cũ vino, ſcoridõ, thlaſpis, ſuccinũ in puluere pondus denarii cum vino epotum. Radices Aſclepiadis, ſmyrnii, Chamæleonis albi, clauci, nardi agreſtis, quã Ru vocant Peraſitæ, quinq; folii, cyperi babylonii, zedoariæ, diptamni noſtratis, horum radices præſtant in peſte, vel cum cibis in puluere, vel eclegmate põdere victoriati, hyeme cum mero: æſtate cũ vino, & aqua roſata, foliaq; diptamni Cretenſis, ſe. achanthi, calendulæ,
Vero-

Veronicæ hortenſis, verbenæ, ſcabioſæ, cuiuſque duo cyathi Ro. cornu vnicornis, cornu cerui, & os de corde cerui, ſmeraldi octo gra, cum vino.

Terra ſigillata.

Sed præ cæteris bolus armenus & terra ſigillata laudem recipiunt, ſi horum vnius tenuiſſime cõtriti ſingulo die ʒ.i. cum vini albi ſubtilis vn.i.s. aquæ roſatæ ʒ.vj. quis hauriet, miris modis opitulabitur, de terra autem ſigillata proba ſæpiſſime haudquaquam reperitur. Ideo optime perſcrutandum eſt eam eſſe rubei coloris, mundam non valde lenem, guſtu non mordacem, ſed modice tenacem & lubricam, ita vt in aqua reſoluta ſimilis fiat molli ceræ, portatur ex lemno Inſula Græciæ, formulis paruis, quæ antiquitus imagine Dianæ ſigillabantur.

Bolus armeni.

De bolo autem armeno, vt aliqui exiſtimant, bonum non reperiri, & ſeplaſiarios quodam cretæ genere loco boli armeni, vti, quod in alpibus reperiri ſolet, vnde nonnulli hæſitãtes lauant talem lutum cum vino malnatico ter, poſtea cum aqua roſata, bugloſſæ, & acetoſæ in æſtate, in hyeme abſynthii, & tunc propinare audent, niſi quod timent de obſtructione viarum ſpiritus, & congelatione materiæ pituitoſæ in membris ſpiritualib. diſſolutæ. Ex his colligi poſſunt duæ cauſæ timoris in ſubminiſtrãdo bolo armeno, vna qa timent

timent, se nõ hunc verũ bolũ armenũ Galeni adipisci, altera, quia habẽt vim adstringendi.

Nempe si id contingeret, ꝙ seplasiarij eo in alpib⁹ collecto vterentur, penitus timendũ esset, ne spiritus difflare, & digeri possent, & anhelitus angustia sequeretur, quo fit, vt frequentior euadat; postmodũ cum adstringentia, hoc tempore simili non conueniant, attamen nonnulli hac nostra tempestate eum ꝓpinant, quamuis validam adstrictionem in eo esse existimant, & hac ducuntur ratione, quãuis sua vi adstringente illis non placeat, tamen quia proprietatem habet occultam, qua aduersatur veneno, febri pest. & ideo ex ea proprietate maius sequi iuuamentum, quam ex facultate adstrictiora nocumentũ, & hæc eorum opinio corroboratur ex monitu Galeni *in lib. 3. de ratione victus*, de oxymellite, vbi scribit, ꝙ raro reperiatur medicina, quę ex aliqua parte non noceat; & licet huius boli armeni noceat adstrictio, tamẽ ex alia parte à ꝓprietate iuuat. In vtroq; autẽ videntur errare. Nã vt admonet Gal. 3. *prognosticor.* ad duo confugiunt ij, qui volunt docere, cum nil doceant; nempe ad proprietatem occultam & nomina obscura, sed neutro vtendũ. Nam constat nõ operari à proprietate occulta, sed à qualitate manifesta, nempe siccitate, quemadmodum testatur Gal. *in li. 9. de simpl. medicamentor. facul. cap.*

Text. 30.

Cap. 4.

cap. de terra sancta, vbi refert, ꝙ mirum in modum operetur in putridis & vlceribus humidis, cũ miræ sit siccitatis, vnde in morbis pestiferis cõmodius medicamen eo nullum reperiri possit, ꝙ putredinem exiccat, ergo ratione siccitatis, & non occultæ proprietatis operatur; eiusmodi ergo habet qualitaté, cuius interest feb. pestil. cũ validissime exiccet, & remoueat omnem putredinem, asthmati conuenit. Quod autem astringentem facultatem non habeat, id ex eius operatione, & substantia clarius ostendere possum, quàm ex eius operatione: Nam conceditur asthmaticis, qui non requirunt adstringentia, cum exiccat, non adstringit ex substantia.

Bolum armenum non astringere.

Nam linguæ appositus statim adhæret, ac si forfex esset, ꝙ Acatia & galla, & alia astringentia, non faciunt, cum enim bolus armenus exiccat, linguæ humiditatem trahit, cum viscidus sit, adhæret, & hoc signum siccitatis erit, & non astringentis, cuius facultas est claudere & obstruere. Præterea bolus armenus ad vltimam cõtritionem teratur, semper erit pertinacis substãciæ, non ita valde astringentis. Deinde habet in se quandam vnctuositatem, qua non indicatur, esse astrictoriæ facultatis, quia omnia vnctuosa astrictioni aduersantur. Quamobrem Gal. recedit ab opinione Dioscoridis, qui hirci adipem astringentis

gentis

gentis facultatis esse arbitrabatur, cum fluori ventris resisteret, vbi credebat vnctuosum illud vim astringentem habere; cum tamen multi adipes exiccant, & tamen non sunt astringentes, vt leonis, adeps anseris, hirci, & omnia calida tenuis substantiæ vnctuosa in substantia calida & humida funduntur, sed astringentia in frigida & sicca. Vnde ex hoc loco concludendum erit, quod bolus armenus exiccat vehementer, & si aliquam astringẽtem facultatem possideat, eam leuem esse existimandum est, quæ tamen non dominetur, ita vt timor sit aliquis, vt insigniter astringat, sed parum; quæ modica adstrictio potius iuuat ad penetrationem.

Quo vero ad alterum timorem, an habeamus eum bolum armenum, qui idem sit cum antiquo, licet illud sit incertum, tamen aliquid dicere possumus de nostro. Cum verus bolus armenus coloris & in pallore debet esse auri, facile solubilis, nihil arenosi in se habens, mediocriter densus, grauis, adeo, vt his bene consideratis, videatur portari ex Armenia contermina Cappadociæ. Itaque si noster non est talis, illi tamen propinquum esse existimandum est, vel eiusden generis, & quod parum differt antiquo, non possumus tamen certo scire; primo audiatur Galenus *ij. de simpl. medic. facult. in proœmio*, vbi dicit, quod *Veri boli signa.*

quod velit credere in historia simp. Dioscoridi, & fatetur ibi se nescire historiam simpl. methodum quidem cognouit. Ita commisit totum iudicium illi inepto, qui attulit res, perpendere, sed vires inquisierat Galenus; cum Galenus in simpl. historia non multum se implicuit. Galen. & Dioscorides scribunt hunc bolum armenum inter Capadociam & Armeniam colligi, vnde huius boli armeni, trium generum apud Plinium & Theophilum esse constat, quem lutei coloris, & hunc depingit Galenus, qui coloris hepatis, quem tantum Dioscorides annotauit, sed aliorum Plinius, eum dicit Diosco: maximam vim habere exiccandi cum modica astrictione, opplet igitur emplastica, quicquid est emplasticum, non admodum astringens, cum apud Dioscoridem nec vllos alios antiquos fiat mentio istius boli armenici, & apud Galenum non fiat mentio rubricæ synopidæ, est maxima coniectura, quod sit idem, & nostra rubrica synopidæ est similis admodum isti bolo: nam primo habet unctuositatẽ, statim adhæret linguæ, & lingua arida permanet, & curat mirũ in modum vlcera in asthmate cũ sputo sanguinis. Item pectoris vlcera exiccat, catarrhum remouet, & vlcera cõsolidat; hoc emplasticum est lenitiuum, & non exasperatiuũ; Quare cõstat bolum armenum in tantũ

in cu-

n cura prçseruatiua, sed in ipsarum febrium pestilentialium initio, medio, & in fine ratione eius qualitatis, non proprietatis occultæ percommodam semper opem præstare: nec timenda est eius astrictio, cum nulla in eo, aut parua sit. Vnde Paul. *lib. 2. cap.* 30. testatur armeniacam glebam potu sumptam extremũ esse remedium, pari etiam modo Theriacam: ne hercle vigente in ipsa vrbe Roma peste, quibuscunque horum alterum non profuit, ad vnum omnes perierunt.

Cap. XII.

De electuariis.

INter composita antidota præ omnibus occurrit Theriaca, & Mithridatium, quæ incredibili quadam prçrogatiua omnibus pene innotuerũt, q̃bus nihil salubrius in formãdis, firmandisq; tum singulis mẽbris, ac viribus tum spiritibus, cum vim habeant peculiarem viscerum ora obstructa reserare, inuisibilia cutis foramina impedita expedire, humoris putridi partem sudore digerere: quamobrẽ Galen. *ad Pisonem in lib. de Theriaca* admonet, q̃ in summa theriaca, & extrinsecus imposita, & pota, rabiosorum morsibus prçsentanei medicaminis cuiusdam instar exacte opitulatur. *Cap. 27.* Cęterum nobis etiam in pestifera lue, solum

hoc antidotum malo correptis prodesse adeo visum est, vt nullum aliud præsidium tanto malo resistere fuerit idoneum, & subdit theriacem, ceu ipsa simili ratione ignis quidam purgatorius existat, præsumentes in pestifero aeris statu, mentique malo corpori sinere nouimus, correpti iam posse mederi, aeris inspirati malitiam inalterantem, mutãtemque, vt quæ corporis temperaturam infici magis prohibeat. Quapropter consilium est, ob has tam repentinas aeris constitutiones aliasque noxarum caussas obeuntes, in ꝓspera quoq; valetudine crebro antidotum assumere, quo & externis accidentibus corpus resistat, ac vbi iam fuerit affectum, illud curatu facile inuenias. Hoc enim veluti bonam quandam temperiem, salubremque statum corporibus inducit, dum humorum superfluitates absumit, partes refrigeratas recalefacit, & insitam virtutem corroborat, ad hoc ꝓbe, & functiones obit naturæ, cum enim natura valida est, modo etiam sine impedimẽto ventriculus cibos concoquit, ac venæ ipsos prompte in sanguinem redigunt, iecur bilem ex facili segregat, cor purum sanguinem suscipiẽs, vniuerso deinde, vt iam nutriri queat, corpori transmittit, excretiones illas moderate molitur, recrementa corporis per totam respirationem salubriter digerit, vnde *eod. loc.*
Gale,

Gale. admonet, quod mensura alias alia recte vtaris, interdum fabæ Ægyptiacæ magnitudinem cum duobus aquæ cyathis capies, vbi exiguum ad concoctionem ipsam interuallũ fuerit, interim auellanæ nucis magnitudine bibes cum tribus cyathis temperatam, Auic. autem mithridati, paulo maiorem quantitatem iubet exhiberi, verbi gratia theriacæ ʒ.j. mithridati scrup. iiij. Idque aduertere decet theriacam illam salubrius propinari, cuius supra decimum annorum duorum numerus excesserit, sicuti *de Theriacæ commoditatibus libello*, docet Galen. Huic autem sententiæ subscribit Auicen. *de viribus cordis cap. penultim.* atq; de theriaca pariter imitari studet, qui lustrorum binorum tempore digeri ac perfici theriacam asseruit, quamquam frigidis regionibus huiusmodi tempus conduplicet, neque existimandum est idcirco, quod senis effluxis mensibus ab ipsa compositione infantem fieri theriacam Auicen. tradiderit, eumque auxilii aliquid afferre, illud propterea animo concepisse, vt pari tempore exacto opportune eadem administrari possit, quinimo oppositum iudicat, præteritis annorũ denis circuitis commode theriacã assumi, vt si surgẽte necessitate oppressus aliquis septennorum mẽsiũ theriacam hauserit, opis aliquid inde recipere existimat. Quare Gẽtilis iudicio minime

assentiendum crediderim, qui annualẽ Theriacam, & mithridatium ebibere illos admonet, qui à peste & preseruari & sanari excupiunt, cõsilio, quod de Ianuensi scripsit, quoniam pestiferi quippe febri theriaca potissimum obsistit ex eo, quod perfectam simplicium concoctionem virtus quędam toti cõmunis consequitur, theriacam ergo hauriret tunc præcipuam medelam afferet, cum absolutam & integram concoctionem nacta fuerit, atque ob id præsertim conducet, quando pestiferi febri ingens, primarum qualitatum robur non vsque præsidium tribuit. Quamobrem quibus theriaca simplicibus constat, immensus vigor minime expetendus est, quo mihi rectius esse videtur binorum supra denos annorum theriacam propinare, mithridatio duorum lustrorum, aut octenorum annorum spatium præfigimus, quoniam ipsũ, vt Auicen. monitu dignosci facile est, velociori concoctione completur: quapropter hebdomadæ spatio bis antidotorum horum alterum assument, quod si frigida admodum temperie, seu ingrauescenti ætate homo fuerit, ter idem repetet: commodiore hora istud agendum est, vbi concoctum ventriculo cibum perpendimus, quod septenis horis perfici solet: præterea melissæ, & acetosæ aquarum vn. iij. seu ex granatis vini, aut vbi tenuis meri

Quando & quoties in septimana theriaca & mithridatiũ sint sumẽda.

neri totidem hauriet, vt calidioris, frigidioris ve temperaturæ homines fuerint: neque absonum fuerit, si binis horis à cœna theriacam, aut mithridatium assumere malint: veruntamen sic liquoris minus ebibendum, sed pauxillum certe, vt deglutiri antidotum possit, à cuius haustu senis horis cibo vacuos esse decet.

Insuper adiungendum est, vt appetente æstate, qui calent, à theriaca, & à mithridatio abstineant, id enim Galeni præcepto consulimus, cui subscribit etiam Auicen. *de virib. cordis cap. penult.* tunc frigida ergo antidota ingerere salubrius est, qualia sunt saccharum rosarum, aut ex prenotatis simplicibus, quod si theriacam, aut mithridatium ingerere aliquis compelleretur, ea aciditatis citri, aut limonũ ʒn.iiij. adhibitis, aut roseo saccharo admixta commodius assumere poterit.

Neque memoria excidat, pueros, qui quãdiu annum decimum & quartũ egerint, ambobus his antidotis frui minime iuuare. Galeni tamen instituto infantes theriacam prorsus omittant: qui vero adolescunt, naturalique calore largius exuberant, raro, ac modice antidota hæc degustabunt, sed ingenii opibus adiuta natura medicamentis abundat. Nã & Diamoscus, & quod ad conciliatorem authorem refertur electuarium, multaque alia

ſalubritatem apportant. Quemadmodum A-
uic. *de viribus cordis cap. penultim.* clarius aperit.
Quamobrem, qui exiguis viribus imbecilles
ſunt, ſiue ætate, aut ſuapte natura eueniat, aut
qui calente temperatura æſtuant, eos mitio-
ribus his medicamentis cuſtodire ſalubrius
eſt, eo maxime, cum omnium probatorum
virorum turma non probam theriacam, nec
probum mithridatium hac noſtra tempeſta-
te componi poſſe teſtatur, quemadmodum
Conſtantinus ſcribit, quod theriaca ſit glo-
rioſſimum Antidotum, ſed quod raro per-
fecta reperitur, horum igitur duorum an-
tidotorum loco alia ſimilia ſubſtituam, quæ
ſi non pares, tamen ſimiles facultates ad
præſeruandum à peſte, & ad eam curandam
habebunt. Plinius hoc familiare deſcribit,
quod habet rutæ folia viginti nuces iuglan-
des duas, ſalis granum vnum, & cari-
cas duas, & ſine liquore totum edatur, ap-
probatur electuarium de gemmis Meſues:
vel tale.

Rec. *berillorum,*
hyacinthorum,
granatorum,
ſmeraldorum,
ſaphyrorum, ſing. ℨ. ß.
auri,
argenti, foliati,

corallo-

corallorum alborum,
sandalorum,
rosarum,
spodij,
terræ sigillatæ,
coriandrorum præp. sing. ʒ. ij.
margaritarum,
serici combusti,
croci,
cubebarum,
cardamomi,
limaturæ eboris,
charabæ,
camphoræ,
macis,
corticum citri, sing. ʒ j.
bugloss.
Doronici,
Zedoariæ,
been albi,
rubei,
caryophylorum,
ligni aloes, sing. vn. s.
cinamomi,
zinz. sing. ʒ. s. pulverizentur, & cum sacchаro dissoluto in aqua rosata fiat electuarium, vel tale mutuatum à Marsilio, quod dicitur de lapidib. prętiosis.

Rec. *succi pomorum dulcium,*

Elect. Marsilii de lapidib. preciosis.

succi bugloss. depuratorum sing. ℥. v.
Doronici,
corticum citri,
florum borraginis,
rosarum rub.
been albi,
rub.
corallorum rub.
rasuræ eboris sing. drach. iiij.
spodij,
macis,
galliæ moscatæ,
carabæ,
ossis de corde cerui,
sandalorum rub. sing. drach. iij.
folij myrtillorum,
se. basiliconis,
melissæ,
coriandri,
cinamomi,
cubebarum,
smeraldi,
Iacynthi,
sardonis,
saphyri sing. drach. j.
margaritarum albarum drach. iij.
foliorum auri,
argenti sing. scrup. s.
ambræ drach. s.

camphoræ ʒ.j.
moschi ʒ.s.
sacchari dissoluti in aqua rosea, quantum sufficit, formetur elect. solidum, dosis est ʒ.ij. vsq; ad vn.s. vel tale, quod mutuatum est à Montagnana, & dicitur elect. de frag. cum conseruis.

El. Montagnanæ de fragmentis cum conseruis.

Rec. *conseruæ rosarum,*
buglossæ sing. drach. j s.
doronici,
ossis de corde cerui,
hyacinthi,
zaphyri,
smeraldi, sing. scrup. s.
sandalorum citrinorum,
pentaphylonis,
ligni aloes, sing ʒ.iij.
vini granatorum lib. j.
sy. de limonibus drach. vj. fiat elect. vel tale, quod est ab eodem mutuatum.

Rec. *conseruæ rosarum,*
buglossæ,
violarum,
borraginis, sing. lib. s.
doronici,
Zedoariæ,
se. ozimi,
macis,
croci,
capillor. Vener. sing. drach. j.

ossis de corde cerui,
smeraldi,
zaphyri,
hyacinthi, sing. scrup. j,
margaritarum non perforatarum drach. j.
foli auri nume. 6.
syrup. de pomis,
de corticibus citri, sing. vn. ij.
aquæ violatæ vn. j s.
sacchari secundæ coctæ vn. iiij. decoquito aquas cum saccharo & syrupis, vsq; ad conglutinositatem conuenientem, postea alia optime trita addito, deinde adiungito ʒ. ij. reubarbari, per 24. horas macerati in vino Maluatico, tãdem misceto moschi, ambræ, sing. gra. iiij, & fiat elect. quod in vase vitreo reseruetur, dosis vn. s. vsque ad vn. j. Vel.

Rec. *pimpinellæ,*
gentianæ,
aristolochiæ rot.
saluiæ,
rutæ,
baccarum lauri, sing. drach. xij.
radicum tormentillæ,
serpentariæ,
doronici Romani,
diptamni albi sing. drach. xviij.
florum buglossæ drach. vj.
baccarum iuniperi,
myrrhæ sing. ʒ. viij.

radicis

radicis enulæ campanæ ʒ.xx.
boli armeni,
terræ sigillatæ sing. drach. vj.
mithridatij vn. vj.
theriacæ antiquæ vn. xij. fiat elect.

Vel,

Rec. *radicum tormentillæ,*
se. acetosæ,
endiuiæ,
citruli,
coriandrorum præp. sing. ʒ. j. s.
sandalorum omnium, sing. vn. s.
boli armeni,
terræ sigillatæ, sing. ʒ. iij.
margaritarum perforatarum,
corallorum rub.
alb.
carabæ,
limaturæ eboris, sing. drach. s.
spodij,
oßis de corde cerui loti cum aqua rosat.
been albi,
rubei,
doronici,
zedoariæ,
cardamomi,
macis,
ligni aloes,
cinamomi electi,

croci

croci orientalis,
xylocaſsiæ ſing.drach.s.
ſmeraldi,
hyacinthi,
granati,
ſerici crudi ſing.ſcrup.s.
camphoræ gran.vij.
ambræ,
moſci,ſing.gran.iij.
conſeruæ roſarum,
bugloſſæ,
nenupharis,ſing.vn.s.
ſacchari candi,
roſati,
penidiorum ſing.drach.ij.
*ſacchari lib.ij. diſſoluti in aqua bugloſſæ fiat elect.*vel tale,quod eſt mirandi effectus , & appellatur elect.de opio.

El.de opio. Rec.*camphoræ,*
carpobalſami,
hyoſcyami ſing.drach.ij.s.
myrrhæ,
opij thebaici,
cyperi,
balſami,
cinamomi optimi,
folij Indi,
zinz.
zedoariæ,

coſti,

costi,
corallorum rub.
cassiæ ligneæ,
euphorbij,
dragacanti,
olibani,
styracis cal.
saluiæ,
cardamomi,
sileris montani,
sinapis,
saxifragiæ,
aneti;
anisi,
xylaloes,
reubarbari,
spicæ nardi,
alipitæ musc.
galangæ,
opoponacis,
masticis,
sulphuris viui, sing. drach. j ß.
pæoniæ,
rosarum,
eboris,
aristolochiæ longæ,
gentianæ,
corticum mandragoræ,
chamædrios,

Vale-

Valerianæ,
baccarum lauri,
piperis longi,
xylobalsami,
carui,
ammi,
petroselini,
leuistici,
rutæ,
santolinæ,
aceti,
ambræ,
margaritarum,
blattæ bysantiæ,
oßis de corde cerui, sing. drach. xiiij.
limaturæ chalybis bene præparatæ,
calami aro.
pyretri,
spicæ celticæ, singul. gran. vj. in subtilißimum *puluerem omnia redigito, & cum saccharo taberZet.* *electuarium confice*, & eo vtaris post sex menses, præseruat enim à peste, & affert maximum iuuamentum illis, qui iam peste affecti sunt, si cum apozemate cito propinetur; quod apozema conueniat iuxta materiam, quæ est pesti coniuncta. Vel confice tale, quo nullum præstantius est, & est de secretis, quibus non erubescimus.

Rec.

Rec. *gentianæ rubeæ,*
cancrorum adustorum, sing. drach. iij.
diptamni,
vincetoxici,
rutæ,
tormentillæ,
saphyri,
smeraldi,
corallorum omnium,
se. citri,
se. acetosæ,
xylobalsami, sing. drach. s.
aristolochiæ rotundæ,
myrrhæ,
oculorum cancrorum adustorum,
olibani,
calamenti,
baccarum lauri,
herbæ turcæ,
tunesi, sing. drach. ij. s.
opoponacis,
boli armeni,
terræ sigillatæ,
nigellæ,
cornu cerui,
agni casti,
mentæ,
Zedoariæ,
galbani,

croci

croci.sing.drach j.s.

coriandrorum præp. drach. s. pista & cicotri niza, & fac electuarium cum melle, & vn. vj. aciditatis citri, aut limonum, aut arancij, aut cum succo acetosæ, cuius dosis drach.iij. mane & vesperi & ieiunet horis tribus. Hoc eodem medicamine curantur morsicati à cane rabido, vt & de aspide, operatur contra lumbricos, & venenatis supremum præstat subsidium, seruatur per annos centum, imo quanto magis senescit, tanto validius fit, contra pestem operatur à forma specifica, quæ ex omnibus alteratis, & in vnam formam redactis, tandem consurgit, vel confice tale, quod mutuatur à Manardo.

Electuarium Manardi.

Rec. *sanguinis sicci anatis maris,*
anatis fœminæ,
anseris,
hœdi,
rutæ syluestris,
se. fœniculi,
cymini,
aneti,
napi syluestris, vel loco ei⁹ domestici, sing. ℥.iij.
radicis gentianæ,
trifolij,
squinanti,
thuris,
rosarum siccarum an. ℥.iiij.

piperis

piperis albi,
longi,
costi,
phu.
anesi,
cinamomi, sing. ℥ ij.
myrrhæ,
nardi. sing. ℥. vj.
benzoi,
asari,
ammoniaci, sing. ℥. iij.
macis,
agarici, sing. ℥. ij.
carpobalsami gran. nume. xx.
ireos,
croci,
rheupontici,
zinz.
mastichis, sing. ℥ j.
stœchados drach. v. fiat tenuißimus puluiscu-lus ex omnibus, & cum quadruplo mellis electi be-neq́ despumati, commisceatur, & in vase argenti purissimi, veluti thesaurus nobilissimus con-seruetur. Non solum in pestilentia est vtile, sed & venenis vniuersis, ac serpentum morsi-bus summe aduersatur, sequenti die sumatur ℨ. j. pondus cum bono vino ex tali puluere, qui habet *tormentilæ,*
se. citri,

se.cardi benedicti sing. ℥.*ij*.fiat puluis. Vel

Rec.*rhabarbari,*

rhapontici,ex Ponto aduecti,

radicis phulcori,quem falso calamum odoratum vocant.

cyperi,

quinq; folij,

tormentillæ,

aristolochiæ rot.

pæoniæ,

helenij,

costi,

iridis Illyricæ,

chamæleonis albi cuiusq; ℥.*iij.*

galangæ,

imperatoriæ,

dictamni albi,

angelicæ,

millefolij,

filipendulæ,

doronici,

zedoariæ,

gingiberis sing.drach.ij.

agarici ℥.*iij.*

sem.citri mali

viticis,

croci insectorij,

fraxini,

oxalydis,

pastinacæ syluestris, *napi,*

napi,
nigellæ,
ozimi,
irionis,
thlaspi,
fœniculi,
ammi, sing. ʒ. ij.
baccarum lauri,
iuniperi,
hederæ,
asperæ smilacis,
cubebæ, sing. ʒ. j. s.
foliorum scordij,
chamædrios,
chamæpytios,
centaurij minoris,
stœchadis,
nardi celtici,
calamintæ,
rutæ,
mentæ,
betonicæ,
verbenacæ,
scabiosæ,
cardui benedicti,
melissophylli, sing. ʒ. j. s.
dictamni Cretensis ʒ. iij.
sampsuchi,
hyperici,

iunci odorat.
marrubij,
galangæ,
sabinæ,
pimpinellæ cuiusq; ℥ ij.
caricarum,
nucum iuglandum,
pistaciorum, sing. vn. iij.
myrabolanorum emblicorum drach. ii
florum vtriusq; buglossæ,
rosarum,
lauendulæ,
saluiæ,
rorismarini,
coronarij, cuiusq; scrup. iiij.
croci drach. iij.
cassiæ odoratæ, quam hodie cinamomu
vocant, drach. x.
caryophyllorum,
nucis myristicæ,
macis, sing. drach. ij. s.
piperis nigri ac longi,
santalorum omnium,
agalochi, sing. drach. j. s.
cornu cerui crudi drach. iiij.
vnicornij drach. j.
ossis cordis cerui,
ramentorum eboris,
virgæ ceruinæ,

castorij

castorij, sing. scrup. iiij.
terræ lemniæ drach. iij.
opij drach. j. s.
margaritarum orientalium,
ramentorum smaragdi,
hyacinthi,
corali rubri, sing. drach. j. s.
camphoræ drach. ij.
mastiches,
thuris,
styracis,
myrrhæ,
gummi Arab.
resinæ,
terebinthinæ,
sagapeni,
opoponacis,
laserpitij, sing. drach. ij. s.
moschi odorati.
ambari, cuiusq; drach. j.
olei è calcantho confecti vn. s.
pulueris cordialis temperati,
diamargariti,
diamoschi,
diambari,
electuarij de gemmis,
pastillorum camphoræ,
viperæ,
scillæ, sing. drach. ij. s.

ſuccor. oxalydis,
ſonchi,
ſcordij,
echij,
bugloßi,
meliſſophylli, ſing. lib. j. s.
hypocyſtidis ℥. ij.
theriacæ electæ,
mithridatij optimi, cuiuſq; vn. vj.
vini veteris albi odorati lib. iij.
ſacchari è Medera inſula, vel optimi mel. lib. viij. & vn. vj. ex omnibus his ſumma diligenti. & ratione inquiſitis, atq; ſelectis fiat electuarium eo modo, quo theriaca aut Mithridatis anti. dotum conficiunt, ſumendi quantitas eſt ℥. j. vſque ad iij. pro ætate, & patientis conſtitu. tione.

Aliud, quod aliqui nuncupăt ſalutĕ populi.

Salus populi. Rec. *radicum enulæ vn. iij. drach. vj.*
baccarum iuniperi,
Zedoariæ, ſing. drach. 10.
ariſtolochiæ rot. vn. ij. s.
radicum ariſtolochiæ longæ,
foliorum hypericonis,
ſcabioſæ,
rutæ,
ſauinæ, ſing. drach. vj.
betonicæ,
ſaluiæ,

praßij,

praßij,
spicæ Rom.
baccarum lauri,
gentianæ,
diptamni veri,
tormentillæ,
calami aro. sing. vn. s.
radicum asari,
phu.
pimpinellæ,
se. ameos,
præmorsiuæ,
carui,
macis,
angelicæ,
astrutij,
santalorum rub. sing. ʒ. ij.
foliorum melissæ,
myrrhæ optimæ, sing. vn. s.
castorij ʒ. iij.
corallorum rub.
granatæ præp.
absynthij,
calamenti
zinz.
piperis nigri, sing. ʒ. j.
camphræ ʒ. j. s.
nucum iuglandium num. xiiij.
oxymellis scyllini vn. ij.

olei terebinthinæ vn.j.

mellis despumati, quantum sufficit, fiat electuarium, quantitas danda talis est illi, qui est minor decem annorum, propinetur scrup.j. qui est ætatis infra 15. drach.s. qui est intra 20. drach.j. qui vltra 20. drach.j.s.

Aliud. ℞. *granorum iuniperi drach.ij.s.*

caryophyllorum,
macis,
nucis iugladium,
Zedoariæ, sing. drach.ij.
aristolochiæ vtriusque,
rad. gentianæ, sing. drach.s.
tormentillæ,
vincetoxici,
diptamni,
enulæ campanæ sing. drach.ij.s.
saluiæ,
rutæ,
balsamitæ,
mentæ crispæ,
pulegij benoini sing. drach.j.
oculorum cancri scrup.j.
baccæ lauri,
doronici,
croci,
se. acetosæ,
corticum citri,
ozimi,

masti-

masticis,
olibani,
boli armeni,
terræ sigillatæ,
spodii,
ossis de corde cerui,
ramentorum eboris,
margaritarum,
corallorum vtroq;,
santalorum vtrorumq;,
ligni aloes sing. drach. s.
conseruæ rosar.
bugloss.
violarum,
theriacæ probæ sing. vnc. j.
mellis despumati lib. iij. fiat electuarium cum aquis rosar. & scabiosæ.

Aliud. Rec. *conseruæ rosar.*
borraginis,
buglossæ,
violarum sing. vn. s.
specierum diamargaritonis,
diarrhodon abbatis,
diatriasantalorum,
de gemmis.
de ligno aloes,
myrrhæ sing. drach. s.
croci drach. j. fiat electuarium cum syrup. acetosi. citri.

Aureū ouū. Aliud. Rec. ouum recens,& fac foramen, vt exeat albumen, postea loco albuminis impleas ouum croco orientali, postmodum assetur sub cineribus, cumque vitellus coctus, & induratus fuerit, tunc frangatur,& extrahatur à cortice,& conteratur cum his infrascriptis.

Rec. *oculorum cancri,*
tormentillæ,
diptamni sing.ʒ. ij.
seminis erucæ, ad pondus omnium,
terræ sigillatæ vn. s postea adde theriacæ electæ ad quantitatem omnium, & commisce, & redige ad formam electuarij, omni mane ad quantitatem pisi maioris sumito, præseruat ab omni pestifera aura, qui peste corrept⁹ fuerit, sumat ʒ j. cum aquis fragariæ & sudabit.

Aliud. Rec. *Boli armeni,*
terræ sigillatæ sing. vnc. ij.
cinamomi vn. s.
Zeduariæ ʒ. ij.
radicum tormentillæ,
diptamni,
pimpinellæ,
santalorum rub. sing ʒ. ij. s.
rasuræ eboris ʒ. j. s.
been albi,
rub.
macis,

ca-

caryophyllorum sing. ʒ.j.
ligni aloes,
xylobasami,
carpobalsami, sing. scrup. ij.
camphoræ scrup. j.
Zinz. ʒ. ij.
spodij,
antheræ,
se. acetosæ sing. scrup. ij.
corticis citri,
margaritarum sing. ʒ. j.
smaragdi,
rubini,
hyacynthi,
saphyri sing. scrup. j.
oßis de corde cerui, ʒ. j:
auri,
argenti subtiliter limati, sing. scrup. j.
sacchar. dissoluti in aqu. bugl. ace. q. s. fiat. elect.

Aliud. Rec. *theriacæ optimæ,*
mithridatij sing. drach. ij.
specierum electuarij de gemmis,
diarhodon abbatis,
radicum tormentillæ,
diptamni,
pimpinellæ,
enulæ sing. drach. j.
baccæ lauri,
aristolochiæ vtriusq; sing. scrup. j.

boli

boli armeni,
terræ sigil.sing.scrup.j.
blattæ bysantiæ,
ligni aloes,
Doronici,
corallorum rub.
Zedoariæ,
gentianæ sing.drach.s.
conseruæ rosarum,
borraginis,
bugloss.sing. drach. vj.formetur electua.molle cum syr. buglossæ, vtatur mane,ad quantitatem nucis auellanæ.

Aliud. Rec,*cinamomi electi drach.j.vel. scrup. iij. s.*

boli armeni drach.ij.
myrrhæ lotæ,
aloes lotæ ter in aqua scabiosæ,
se.acetos.
se citri,
corticis citri sing.scrup. iiij.s.
radicum herbæ tunicæ,
radicum diptamni,
tormentillæ,
limaturæ eboris,sing.scrup.ij.
oßis de corde cerui,
corallorum rub.sing.scrup.j.
omnium frag.lapidum pretiosorum sing.gran. vj.

the-

theriacæ vn.s.
mithridatij vn.j.
conseruæ bugloss.
borraginis sing. vnc.s.
sacchari q.s. dissoluti in succo aranciorum.
valet contra pestem & venenum: quantitas sumenda est vnius fabæ, ad te præseruandum, cum accesseris in locum suspectum peste, aut cum eris conuiua, vbi times venenum.

Aliud. Rec. *myrrhæ,*
aristolochiæ rot.
gentianæ,
baccarum lauri, sing. vnc. s.
tormentillæ,
diptamni,
pimpinellæ,
sang. Draconis,
corticis capparorum,
citri,
zinz.
cornu cerui,
boli arm.
terræ sigill.
agarici sing. drach. iij.
zedoariæ,
corticis mali citri,
valerianæ,
florum boraginis sing. drach. ij.
ambræ,

vni-

vnicornu,
hyacinthorum,
granatæ,
saphyri,
se. citri sing. drach. s.
rosar. rub. scrup. j.
moschi gran. v.
Hieræ picræ Gal. vnc. s. pulueriZanda pulueriZentur subtiliter, cui adde sy. de acet. citri, & sacchari q. s. & salis p. & fiat electuarium.

Aliud. Rec. *radicum tormentillæ,*
se. acetosæ,
se. endiu.
se. citri non rancidi excorticati,
coriandri præp. sing. drach. j. s.
santalorum omnium sing. drach. j.
boli armeni,
terræ sigillatæ sing. drach. iij.
margaritarum perforatarum,
corallorum rub.
alb.
carabæ,
limaturæ eboris,
spodij,
oßis de corde cerui,
enulæ,
diptamni in aqua rosarũ infusi sing. drach. s.
been. albi,
rub.

Doro-

Doronici,
cardamomi,
macis,
ligni aloes,
cinamomi,
croci,
zinz.
xylocaßiæ sing. drach. s.
camphoræ grana vij.
muschi,
ambræ sing. gran. iij.
smeraldorum,
hyacinthorum,
granatorum,
serici crudi, minutim incisi, sing. drach. s.
conseruæ rosarum,
buglossæ,
nenupharis sing. vn. s.
penidiorum.
sacchari candi sing. drach. ij.
sacchari taberzet, lib. ij.
aloes hepaticæ vnc. j.
myrrhæ vnc. s.
thuris drach ij.
theriacæ probæ vnc. j. cum aquis buglossæ, acetosæ, fiat elect.

Aliud, quod mutuatur ab Arnoldo de villa noua, Rec. *baccarum juniperi drach. ij. s.*
caryophyllorum,

ma-

El. Arnoldi de Villa nova.

macis,
nucis conditæ,
zinz.
Zozoarij sing. drach. ij.
Aristol. vtriusq;
radicum gentianæ,
radicum herbæ tunicæ,
diptamni,
enulæ camp. sing. drach. j. s.
saluiæ,
rutæ,
balsamitæ.
mentæ.
pulegii Montani sing. drach. j.
baccarum lauri.
doronici.
croci.
se. acetos.
se. citri.
ozimi.
masticis.
olibani.
boli armeni.
terræ sigill.
spodij.
ossis de corde cerui.
rasuræ eboris.
margaritarum.
saphiri.

sma-

smaragdi,
corallorum rub.
ligni aloes,
sandalorum omnium sing. drach. s.
conseruæ rosarum rub.
borraginis,
nenupharis,
theriacæ electæ sing. vn. i.
sacchari lib. iij.
dissoluti in aquis scabiosæ, & rosarum, addatur parum camphoræ.

Aliud Rec. *theriacæ electæ antiquæ vn. vj.*
mithridatii vn. iiij.
terræ sigillatæ,
boli armeni,
sem. citri mundati,
tormentillæ sing. vn. s.
spodii,
diptamni,
been alb.
rub.
rosarum,
croci sing. drach. s.
corallorum alborum,
rub.
margaritarum,
ossis de corde cerui,
specierum tria santalorum,
Diarrodon Abbatis,

ſpecierum electuarii de gemmis ſing. ſcru. ij.
foliorum auri,
argenti ſing. nume. 6.
ſacchari albi diſſoluti in aquis bugloſſæ,
roſarum q.ſ. in primis miſceantur ſpecies, poſtea theriaca, & fiat elect.

Aliud, Rec. *theriacæ Andromachi vn. vj.*
mithridatii v. ij.
terræ ſigill.
boli armeni,
ſem. citri mundati,
tormentillæ ſing. vn. ſ.
diptamni,
ſpodii,
cardamomi vtriuſque,
been vtriuſque,
roſarum rub. ſing. ʒ. ſ.
croci ʒ ſ.
corallorum alborum,
margaritarum,
oſsis de corde cerui ſing. ʒ. i. ſ.
ſpecierum triaſantalorum,
diarrhodon abbatis,
electuarii de gemmis,
lætitiæ Gal. ſing. ſcrup. ij ſ.
foliorum auri,
argenti ſing. num. 6.
ſacchari diſſoluti in aquis roſarum, & bugloſſæ q.ſ. fiat electuarium.

Aliud, Rec. *mithridatii,*
theriacæ sing. vn. s.
boli arm.
terræ sigill. sing. drach. s.
fungi ceruini drach. s.
tormentillæ,
diptamni,
pimpinellæ,
scabiosæ sing. drach. s.
absynthii,
gentianæ,
aristolochiæ rot. & longæ sing. drach. s.
baccarum lauri,
iuniperi sing. drach. i.
Zedoariæ ʒ. i. s.
nucis maiorum num. 3.
caricarum num. 4.
rutæ viridis ʒ. i.
salis gemmæ scrup. i.
mellis q. s. fiat electuarium mediocriter liquidum.

Aliud, quod appellatur theriaca aurea. *Theriaca aurea.*
Rec. *terræ sigill.*
tormentillæ sing. vn. i.
boli armeni præparati,
diptamni,
Zedoariæ sing. ʒ. iij.
smaragdi,
foliorum probi auri sing. ʒ. s.

ligni aloes,
oßis de corde cerui,
camphoræ sing. drach. s.
sem, citri,
ambræ sing. scrup. i.
croci drach. i. fiat puluis subtilißimus, qui maceretur in syrupi, de acetositate citri lib. i. per tres dies, deinde adde Theriacæ Gal. Mitridatii sing. vn. i. aquæ vitæ drach. i. s. fiat electuarium secundũ artem.

Aliud, ꝙ etiam appellatur theriaca aurea.
Rec. *theriacæ lib. i.*
aloes epaticæ vn. ij.
myrrhæ vn. i.
croci,
camphoræ sing. ʒ. s. foliorum auri nume. 30. fiat electum secundnm artem.

Theriaca pauperum.

Aliud, quod vocatur theriaca pauperum.
Rec. *radicum enulæ drach. xv.*
Aristolo: rot. drach. x.
baccæ iuniperi,
zedoariæ sing ʒ. v.
radicum Aristolo: longæ,
foliorum hypericonis,
scabiosæ,
rutæ syluestris,
sauinæ sing. ʒ. iij.
betonicæ,
saluiæ,
praßii,
spicæ Romanæ,

baccar.

baccar. lauri,
gentianæ,
diptamni,
tormentillæ,
calami aro. ſing. ℥. ij.
radicum meu.
phu.
pimpinellæ,
ſem. ameos,
carui,
macis,
ſantalorum rub ſing. ℥. i.
foliorum meliſſæ,
myrrhæ ſing. ℥. ij.
caſtorii ℥. i. s.
charabæ ℥. i.
corallorum rub. alb.
abſynthii,
calamenti, zinz.
piperis nigri ſing. ℥. s.
nucum iuglandium nume. 7.
olei deſtillati per alembicum,
glutinis albotoim vn s.
mellis roſati q. ſ. fiat electu. quod ſi nõ eſt æqualium virium theriacæ, aſſerunt tamen, non eſſe minus vtile cõtra venena & ſi placet, addere poteris aliquid ſpecierum electuarii de gemmis & diambræ; quod ſi cõtingit hoc electuarium exiccari, ad molle redigito cum iſto ſyrupo.

Syrupus pro emolliendo hoc electuario.

Rec. *specierum aro. rosati Gabrielis ʒ. i. s.*
plirisarcoticon,
diambræ elect.
de gummis sing. ʒ. i.
cinamomi elect.
fol. melissæ sing. vn. s.
dendrolibani,
lauendulæ,
maioranæ,
macis sing. ʒ. s. hæc omnia macerabis in aqua acetosæ cum medietate aceti, & sic vna maceratis & expreßis, post biduum expreßioni adde mellis rosati & fiat syrupus, quem misceto cum Antidoto tempore æstatis; tempore autem hyemali, supra scripta macerabis in vino sed antequam hoc electuarium ingerat, studeat vel arte, vel natura prius excernere fæces, & si opus erit, etiam venæ sectio prius præmittatur, si postea dolor capitis inuadet; propinabis hoc electuarium hoc modo:

Rec. *aquarum saluiæ,*
betonicæ,
rosarum sing. vn. i.
theriacæ pauperum ʒ. i. s. cooperiatur, vt sudet; si autem sudor nequit prouocari, tunc accipe camomillæ m. iij. decoquito in aqua parum, & ita calidæ admouebis m. i. pedibus, alterum dorso, tertium ventri, vt trahatur humor ille putridus à centro ad circumferen-

tiam

iam; si æger afficiatur cordis & pectoris angustia, propinabis hanc theriacam cum aquis acetolæ, borraginis, buglossæ, & si potest, sudet; si autem tunc afficietur intestinorum torminibus, propinabis cum aqua rutacea & absynthii; si hepate laborabit, exhibebis cum aquis absynthii aut agrimoniæ.

Aliud pro pauperibus.

Rec. *nucum iugladium,*
granorum, iuniperi,
fol. rutæ sing. vn. i.
caricarum num 10.
aceti vini q. s. fiat elect.

Aliud, Rec. *radicum diptamni,*
tormentillæ,
zedoariæ,
pimpinellæ sing. ℥. ij.
boli armeni præpar. ℥. s.
terræ sigill.
succini albi sing. drach. iij.
croci orientalis drach. i. s.
xylaloes drach. i.
margaritarum drach. s.
vnicornu drach. ij.
rutæ,
corticum citri,
sem. eius sing. scrup. ij.
cinamomi,

santalorum citrini,
sem. acetosæ sing. ʒ. i.
conseruæ borraginis,
buglossæ,
rosarum sing. ʒ. iij.
spicæ vn. i. s.
rob. de ribes vn. iij.
theriacæ,
mithridatii sing. vn. i.
foliorum auri puri num. iiij.
aceti vini vn. i. cum sy. de acetositate citri, fiat electuarium.

Aliud, Rec. *theriacæ optimæ,*
mithridati,
sy. de acet. citri, singulorum vn. iij. per setacium transmittatur, & expreßis adde zinz. albi vn. s.
camphoræ ʒ. ij. diptamni,
tormentillæ sing. ʒ. i. s.
corallorum rub. præpar.
margaritarum,
rosarum rub.
charabæ sing. ʒ. i. omnibus subtilißime tritis fiat electuarium.

Aliud, Rec. *theriacæ,*
sacchari sing. vn. ij.
vini sublimati lib. i vel q. s. bulliant simul parum in balneo mariæ in vase vitreo, cuius os obturetur. dosis est cochlear vnum mane & sero, ante cibum.

Aliud,

Aliud Rec. *conseruæ buglossæ,*
borragnis sing. vnc. j. s.
specierum cord. ℨ. j.
liberantis ℨ. ij.
de gemmis sine speciebus. ℨ. j.
zedoariæ drach. s.
boli armeni præp.
terræ sigillatæ sing. drach. j.
croci gra. vij.
gentianæ scrup. s.
sy. acet. citri q. s. fiat mistura: Dosis est
num cochlear.

Aliud Rec. *caricarum pinguium lib. j.*
baccarum iuniperi,
nucum iuglandium quar. iij.
foliorum rutæ recentis quar. j.
boli armeni vnc. iij.
tormentillæ,
pimpinellæ,
diptamni an. vnc. j.
enulæ vnc. s. puluerizentur radices: rutha, & nuces, & ficus minutissime incidantur, iuniperi optime contundantur, & cum saccharo dissoluto in aceto fiat. elect.

Aliud. Quod vocatur elect. liberantis.
Rec. *radicum tormentillæ,* *Electuarium liberantis.*
se. acetosæ,
se. citri mundati excorticati,
coriandorum præp.

baccarum iuniperi sing. drach. j.
se. ozimi scrup. ij.
santalorum omnium,
rosarum rub.
corallorum amborum,
succini albi,
rasuræ eboris,
spodii de canna,
oßis de corde cerui,
limaturæ auri puri sing gra. xv.
been. vtriusque,
Doronici,
se. cardibenedicti,
ligni aloes,
maceris,
croci orientalis,
interioris cinamomi;
zedoariæ, xylocaßiæ sing. scrup. j.
boli armeni præparati drach. iij.
terræ lemniæ drach. ij.
quinque frag. sing. gra. v.
camphoræ gra. iij.
serici crudi gra. v.
ambræ grisiæ.
moschi sing. gra. j. s.
rutæ,
se. nigellæ,
morsus diaboli,
se. aquilegiæ sing. scrup. j.

vincetosici vnc.s.
radicum diptamni ʒ. x.
specierum diambræ,
diatriasantalorum,
diameron,
diatameron sing ʒ s.
sacchari rosatei vnc j.
mithridatii,
theriacæ sing. ʒ. j.
conseruæ, buglossæ,
borraginis sing. vnc. j.
sacchari dissoluti in aqua acetosæ lib. j. fiat lectuarium.

Aliud liberantis: Rec. *boli armeni præp. vnc. ij.*
interioris cinamomi, vnc. s.
specierum diamargaritonis ʒ. j.
radicum tormentillæ,
diptamni,
santalorum albi,
citrini sing. ʒ ij. s.
mastichis,
se. pæoniæ,
been vtriusque,
Doronici,
se. acetosæ,
vnicornu, sing. ʒ. s.
rasuris eboris ʒ. j. s.
spodii de canna,
se. antheræ, sing. scrup. ij.

corti-

corticum citri,
margaritarum sing ʒ.j.
croci orientalis,
smeraldorum,
hyacinthorum,
rubini,
saphyri, sing. scru.j.
ossis de corde cerui ʒ.s.
xylaloes,
se. citri sing. scrup.s. vel gra. v.
foliorum auri numero x.
sacchari in aqua cardunzeli dissoluti lib. s.
fiat elect.

Aliud liberantis;

Rec. *radicum tormentillæ,*
coriandri, præp.
se. acetosæ,
se. citri excorticati,
endiuiæ sing. ʒ.ij.
interioris cinamomi,
santalorum omnium,
boli, armeni præp.
terræ lemniæ sing. ʒ.j.
margaritarum perforatarum,
corallorum amborum,
succini albi,
rasuræ eboris,
spodii de canna ossis,
de corde cerui sing. ʒ.s.

been

been vtriusque,
Doronici,
cardamomi,
macis,
zedoariæ,
croci orientalis sing. scru. j.
smaragdorum,
hyacinthi,
granati,
serici crudi sing. scrup. s.
camphoræ gra. vj.
moschi,
ambræ sing. gra. iiij.
foliorum auri,
argenti sing. fol. x.
vel fiat puluis subtilissimus, vel fiat elect. cum
saccharo dissoluto in aqua buglossæ.

Aliud. Rec. *tormentillæ,*
diptamni,
zinz. vnicornu,
nucis vomicæ,
cornu cerui,
electri candidi,
ossis de corde cerui,
radicum angelicæ,
pimpinellæ,
se. citri excorticati sing. ℥ j.
camphoræ ℥. vj.
theriacæ optimæ vnc. iij. fiat elect.

Aliud.

Aliud, Rec. *myrrhæ,*

croci,

aloes hepaticæ,

camphoræ sing. ℥. s.

euphorbii grana. v. misce cum theriaca, fiat electuarium; dosis est ℥ j. s. cum vino si euomat, morietur. si non, conualescet.

Elect. saluificans. Aliud, quod appellant saluificans.

Rec. *aloes hepaticæ optimæ vnc. xij.*

rosarum vnc. j.

cinamomi,

zinz.

macis,

myrabolanorum citrinorum,

chebulorum, Indorum,

se. fol. nenuph. sing. ℥ j.

florum buglossæ,

borraginis,

stœchados, Arab.

maioranæ,

lauendulæ,

anthos, sing. drach. s. optime omnibus simul contusis, addatur mellis despum. lib. ij. fiat electuarium.

Aliud, Rec. *theriacæ vnc. j.*

zinz. ℥. s.

camphoræ ℥ j.

sacchari candi ℥ ij fiat electuarium.

Aliud,

Aliud, Rec. *nucum gallicarum num. xx.*
caricarum nume. xv.
rutæ viridis m. j.
gentianæ vnc. ij.
aristol. rotundæ ʒ. j. s.
baccarum lauri,
aristol. longæ sing. vnc j.
myrrhæ. ʒ. j.
croci,
zedoariæ,
cinamomi sing. ʒ s.
salis communis vnc. j.
mellis q. s. fiat electuarium.

Aliud electuarium liberantis: *El. liberantis.*
Rec. *tormentillæ,*
se. acetosæ,
coriandri præp.
rosarum rub.
corticis citri sing. drach. j. s.
cinamomi drach. iiij.
been vtriusque sing. drach. s.
zedoariæ,
diptamni,
anisi,
fœniculi sing. drach. j.
cardamomi,
zinz.
galangæ,
masticis sing. scrup. ij.

vale-

valerianæ,
ozimi sing. ʒ. s.
caryophyllorum,
macis,
nucis mus. sing. ʒ. j.
spicæ grana. vj.
ligni aloes,
rhæbarbari sing. ʒ. ij.
xylocaßiæ,
sandalorum omnium sing. scrup. ij.
croci scrup. iiij.
boli armeni,
terræ sigillatæ sing. ʒ. iij.
vnicornu,
limaturæ eboris,
oßis de corde cerui,
spodii,
carabæ sing. ℥.
serici crudi,
doronici,
blattæ bysantiæ sing. scrup. j.
margaritarum,
corallorum vtrorumque.
hyacinthi,
saphyri,
granati,
smaragdi,
rubini sing. ʒ. j.
camphoræ scrup. ij.

lima-

limaturæ auri,
argenti sing. ʒ. j. vel fiat puluis, vel cum sac-
charo dissoluto in aqua acetosæ, electuarium.

Aliud, Rec. *iuglandium nume. xxx.*
caricarum nume. xv.
rutæ viridis maceratæ in aceto forti m. s. cum
melle rosato fiat electuarium.

Aliud, Rec. *nucum communium nume. x.*
caricarum nume. xx.
rutæ,
absynthii,
asari,
scabiosæ sing. m. j.
radicum aristol. vtriusque sing. ʒ j. s.
corticum citri,
diptamni,
tormentillæ,
pimpinellæ, sing. ʒ. ij. s.
baccarum lauri,
fol. borraginis,
galangæ,
ossis de corde cerui,
macis,
myrrhæ,
boli armeni. sing. ʒ. s.
mellis despumati lib. iij. fiat elect.

Aliud, Rec. *specierum cordialium,*
diamusci,
electuarii de gemmis,

diatriasantalorum,
diatameron sing. scrup. j.
radicum tormentillæ,
diptamni,
zedoariæ, sing. scrup. ij.
se. acetosæ,
melissæ, sing. drach. s.
boli armeni loti in aqua rosata drach. ij.
corallorum rub. drach. s.
terræ sigillatæ drach. j.
croci drach. j. s.
mithridatii, theriacæ, sing. vnc. s.
sacchari albi lib. j. dissoluti in aqua scabiosæ fiat elect.

Aliud, quod appellant mithriditale.

El. mithriditale.

Rec. *mithridatii electi vnc. ij.*
theriacæ optimæ vnc. j. *pul. rutæ scrup. ij.*
boli armeni vnc. j. *tormentillæ ʒ. ij.*
terræ sigillatæ ʒ. ij. s.
confectionis theriacalis ʒ s.
specierum cordialium ʒ. j.
specierum electuarii de gemmis scrup. s.
stercoris columbini scrup. j. s. omnia ista macerentur in butyro vaccino q. s. cum sy. de acetosi. citri & aquis rosarum & acetosæ, fiat. elect.

Aliud, Rec. *mithridatii electi ʒ j.*
theriacæ scrup. j.
boli armeni ʒ. s.
tormentillæ scrup. s.

sterco-

stercoris columbini. gra.ij.
butyri vaccini,
specierum cordialium sing. scrup.s.
terræ sigillatæ scrup.j.
rutæ gra.ij.
confectionis theriacalis ℥.s. cum aqua rosata,
& aceto, addito saccharo fiat elect.

Electuarium de croco:

Rec. *ouorum croco orientali impletorum num.ij.*
secundum artem assatorum.
radicum diptamni,
tormentillæ,
myrrhæ,
terræ sigillatæ,
corallorum rub. sing. vnc.s. scrup.ij.
antheræ scrup.vij.
se. erucæ vnc.viij. scrup.v.
sacchari candi vnc.ij.
boli armeni præp. vn j.
cornu cerui vsti, ℥.v.
vnicornu, ℥ j.
theriacæ optimæ ad pondus omnium, cum
vino fiat elect.

Aliud de croco: Rec. ouum vnum, depone albumen, & cum croco impleas, & assabis ouum, vt testa erubescat, tunc ab igne depone, & pulueriza optime, & adde tantundem de eruca pulueriz ata, postea Recip. *Electuar. de croco.*
pulueris tormentillæ,

diptamni sing. ʒ. ij.
antheræ. ʒ j.
theriacæ ad pondus omnium. fiat elect.

Aliud de croco: Rec. *ouorum nume. ij. imp. croco, assabis, vt prius,*
erucæ ad pondus omnium puluerizatæ, deinde adde pul. radicum diptamni,
tormentillæ,
antheræ,
terræ sigillatæ,
corallorum rub. sing. vnc. s. scrup. ij.
sacchari candi vnc. ij.
boli armeni vnc. j.
cornu cerui vsti ʒ. ij.
vnicornu ʒ. j.
theriacæ ad pondus omnium vini maluatici q. s. fiat electuarium.

Aliud de croco: Rec. *se. erucæ ʒ. j. s.*
diptamni,
tormentillæ sing. ʒ j.
nucis vomicæ drach. j.
boli armeni,
terræ sigillatæ,
myrrhæ electæ, sing. scrup. j.
doronici,
corticis citri,
ossis de corde cerui,
coralli rub.
sandalorum rub. sing. scrup. j.

cina-

cinamomi ʒ s.
cornu cerui vsti ʒ.s.
se. acetosæ ʒ.s.
ligni aloes scrup.j,
margaritarum,
rosarum albarum sing. scrup.j.
specierum electuarii de gemmis ʒ.j.
zedoariæ drach. s. fiat puluis subtilißimus, ...stmodum, Rec. ouorum nume. iiij. in quibus ita ...tella remaneant, & impleantur croco integro, ...inde foramen oui obstruito, & lento igne assato, ...st assationem, adde theriacæ ad triplum eius, quan... ...um ponderant species, & in mortario componatur ...ectuarium.

Aliud de croco. Rec. *oua recentia nume. iij. ...r in acie aperiantur, emittaturque omne albumen, ...einde impleantur cū croco orientali integro, postea ...bstruantur foramina, deinde assentur, donec corti...s crocescant, & erit perfecta assatio* tunc adde ...ulueres. vt Rec. *pul. se. erucæ ad pondus ouorum ...um croco, & bene simul pistentur, deinde adde di...tamni cretici,*
tormentillæ, sing. ʒ.vj.
gentianæ ʒ.ij.
zedoariæ ʒ.j.
angelicæ ʒ.vj.
pimpinellæ ʒ.ij.
nucis vomicæ vnc.j.
vnicornu,

cornu cerui præparati sing. ℨ.ij.

pulueris bezoartici vnc. j. fiat omnium pului
theriacæ ad pondus omnium fiat elect.

Aliud de croco. Rec. *ouorum cum croco, v*
supra præp. num. iiij.

pulueris se. sinapis vnc. iiij.

radicum diptamni,

tormentillæ sing. vnc. ij.

zedoariæ vnc. j.

cinamomi,

corticum citri, sing. vnc.

se. acetosæ,

se. citri excorticati sing. ℨ.ij.

terræ sigillatæ,

boli armeni sing. vnc. j.

mithridatii vnc. xx. mis. & fiat elect. deinde Rec. *huius electuarii,*

theriacæ optimæ sing. vnc. j. mis. si quis peste affectus fuerit, omnibus sex horis ingerat de huiusmodi electuario ℨ.j. pro vice cum aquis acetosæ, rosatę, & continuet quinque vicibus de sex horis, in sex horis.

Diacrocum maius.

Aliud, quod vocatur diacrocum maius.

Rec. *electuarii de croco. ℨ j.*

specierum electuarii liberantis scrup. j.

diambræ gra. vj.

trociscorum de camphora scru. s. incorporentur cum syrupo de succo acetosæ mis. fiat elect. pro vna dosi.

Aliud,

Aliud, quod præseruat à venenis.

Rec. *xylobalsami,*

carpobalsami sing. ʒ. ij.

zedoariæ vnc. j.

cinamomi electi,

caßiæ ligneæ sing. ʒ. ij.

nucum caricarum sing. vnc. j. cum sy. de acetosi. citri fiat electuarium.

Aliud, Rec. *theriacæ electæ ʒ. j.*

mithridatii electi,

electuarii liberantis,

pul. sudarini sing. ʒ. vj.

conseruæ borraginis q. s. fiat electuarium:

Dosis ad quantitatem castaneæ cum vino calido.

Aliud, Rec. *theriacæ finæ,*

mithridatii an. ʒ. iij.

electuarii de ouo drach. ij.

boli arme. præp.

terræ sigillatæ,

radicum diptamni an. scrup. j.

specierum cordialium scrup. ij. cum syrupo de betonica, fiat mixtura optime incorporata.

Aliud, Rec. *caricarum lib. s.*

iuglandium à corticibus interioribus mund. vnc. iiij.

foliorum rutæ domesticæ vnc. s.

salis drach. j. s. contundantur in mortario, & cum sy. de succo acetosæ, fiat electuarium.

Aliud, Rec. *theriacæ,*
mithridatii sing. vnc. ij.
zinz ʒ ij gra. ij.
tormentillæ,
diptamni sing. scrup. iiij.
camphoræ,
sacchari candi sing. ʒ j.
oßis de corde cerui ʒ. s.
vnicorni scrup. j. gra. ij.
pimpinellæ, angelicæ,
boli armeni,
terræ sigillatæ,
nucis vomicæ sin. scrup. j.
frag. prætiosorum sing. scrup. s. fiat elect.

Aliud, Rec. *theriacæ vnc. iiij.*
zinz. albi vnc ij.
diptamni, tormentillæ,
vnicornu sing. ʒ ij.
nucis vomicæ vnc. s.
sacchari candi,
camphoræ sing. vnc. j. fiat elect.

Aliud, Rec. *carnium vuarum passularum vnc. iij. ʒ. j.*
croci ʒ j.
calami aro.
bdellii vtriusque sing. ʒ iij.
caßiæ ligneæ drach. ij.
spicæ nardi drach. iij.
iunci odorati drach. iij.

myr-

myrrhæ vn. s.
baccarum iuniperi drach. ij.
therebenthinæ drach. iij.
asphalti ramenti drach. ij.
mellis drach. xvj.
vini q. s. ad rigandum vuas passas, bdellium & myrrham, postea liquefacias cum melle, & fiat electuarium liquidum.

Aliud theriacale. Rec. *theriacæ antiq. vn. vj.* *El. theriacale.*
mithridatii vn. iij.
boli armeni præp.
terræ sigillatæ,
sem. citri excorticati,
radicum tormentillæ sing. vn. s.
spodii,
cardamomi vtriusq;,
been vtriusq;,
croci,
corallorum amborum præp.
margaritarum præp.
oßis de corde cerui,
ligni aloes,
specier. lib. Gal.
diarhodon,
diatriasantalorum,
electuarii de gemmis,
lætificantis Alm. sing. scru. ij. s.
foliorum auri & argenti sing. num. x.
sacchari q. s. dissoluti in aqua acetosæ bulliant

ad perfectionem, deinde adde theriacam, & mithridatium, & formetur electuarium.

Aliud theriacale. Rec. *conseruæ rosarũ vn. ij*
borraginis,
buglossæ,
violarum sing. drach. i.
theriacæ,
mithridatii sing. drach. iiij.
elect. de croco vn. i.
specierum de gemmis,
diamargaritonis,
diambræ,
diarhodon sing. drach. ij.
specierum saracenorum vn. i.
radicum angelicæ,
Zedoar.
tormentill.
valerianæ sing. drach. ij. s.
morsus diaboli drach. iij.
cinamomi drach. s.
sulphuris viui præp. vn. iij. s.
camphoræ scrup. s.
Zinz. albi vn. i. cum aqua vitæ, & syrupo de acetositate citri fiat electuarium.

Aliud, Rec. *theriacæ electæ vn. j. s.*
camphoræ drach. ij.
croci scru. i. cum aqua solis, & sy. de acetositate citri fiat elect. q̃ appellatur theriaca camphor.

Theriaca camphorata

Aliud de camphora. Rec. *camphoræ* ℥. *vj.*

Zinz.

Zinz. albi,
theriacæ elect. sing. vn. i. s.
nuces communes numer. 6. fiat elect. Dosis drach. i. in affecto.

Aliud theriacale, Rec. *lapidum pretiosorum sing. scrup. i.*
margaritarum præparatarum,
corallorum amborum præpar.
spodii, rasuræ eboris,
ligni aloes sing. drach. s.
oßis de corde cerui num. 2.
vnicornu drach. ij.
santalorum omnium sing. drach. i.
radicum diptamni,
Zedoariæ,
Doronici sing. scrup. ij.
boli armeni in aqua rosata præp. vn. i. s.
terræ sigill optimæ pariter in aqua rosata præpar. vn. i.
croci orientalis drach. i. s.
corticum citri drach. iij.
carabæ alb. scrup. ij.
been vtriusque sing. scrup. i. fiat puluis, cuius medietas cum saccharo dissoluto in aqua rosata, fiat confectio in morselis, alteræ vero medietati addantur conseruæ rosarum,
borraginis sing. vn. ij.
theriacæ antiq.
mithridatii sing. vn. i.
folia auri num. 6.

aceti

aceti vn. i. s. cum syrupo de acetositate citri fiat electuarium.

Aliud electuariũ theriacale cum castorio

Rec. *mithridatii vn. iiij.*

theriacæ vn. iij.

electuarii croci vn. ij s.

pulueris castorii vn. i.

baccarum lauri vn. i. s.

Aristolochiæ rot. drach. s.

gentianæ,

nucis vomicæ sing. drach. i.

quinq; lapidum pretiosorum,

margaritarum præpar. sing. scrup. ij.

oßis de corde cerui,

corallorum amborum sing. scrup. i.

terræ sigill. scrup. i.

vnicorni gra. ij.

camphoræ drach. i. s.

oleorum spicæ,

iuniperi,

terebenthinæ sing. scrup. ij. fiat electuarium.

Aliud, Rec. *radicis serpentariæ,*

ligustici,

angelicæ,

tormentillæ,

diptamni, ana partes æq. pului zentur, deinde commisceantur cum theriaca ad pondus pulueris, & fiat electuarium, huius omni mane capias ad quantitatem vnius fabæ; si iam apparuerit abscef-

bſceſſus, tunc æger ſubito ad pondus vnius
henenſis ingerat de iſto electuario, & deſu-
er non dormiat intercapedine 12. horarum,
ſed potius agitet ſe vel ſudet.

Aliud, Rec. *theriacæ antiq.*
ſacchari roſei ſing. drach. i.
vini albi odoriferi drach. i. s. detur mane,
& differat prandium horis ſex.

Aliud, Rec. *diaborraginati vn. ij.*
bugloſſati vn. iij.
roſati vn. iiij.
violati vn. ij.
terræ ſigillatæ vn. i. s.
ſpecier. triſandalorum drach. ij.
electuarii de gemmis drach. iij.
boli armeni drach. iiij. cum ſy. violato fiat
elect. quod inauretur.

Aliud, Rec. *tormentillæ drach. ij.*
diptamni drach. ij.
zinz. alb. vn. ij.
ſacchari candi vn. i.
vnicornis ad quantitatem mediæ nucis ma-
ioris.
nucis vomicæ drach. ij.
oßis de corde cerui drach. ij.
camphoræ vn. i.
theriacæ vn. iiij. fiat electuarium. de quo
detur pueris quantitas piſi maioris; ſeniori-
bus 12. annorum drach. s. adultis drach. i.
prouo-

prouocetur ſudor 3. vel 4. horis, abſque ſomno, vel fac pilulas, & detur vna pueris, adultis vero drach. i. cum aquis appropriatis.

Aliud, Rec. *been albi & rub. ſing. vn. s.*

corticis citri vn. i.

doronici,

meliſſæ,

mentæ,

polypodii,

pæoniæ,

ſtœchados,

Zedoariæ ſing. vn. s.

florum bugloſſ.

borraginis,

violarum,

nenupharis ſing. vn. i.

ſem. 4. com. frig. maiorum ſing. drach. ij.

granorum mandragoræ drach. i. contundantur groſſo modo & bulliant in s. q. aquæ, deinde colentur & exprimentur, poſtea Rec. *huius decocti, & ſacchari ſing. q. ſ. ad conficiendum electuarium, & fiat iulep. cui adde pulueris frag. omniũ ſing. ʒ. iij.*

auri & argenti in farinam molliti, ſing. ʒ. s.

cinamomi drach. ij. s.

conſeruæ roſarum,

borraginis,

bugloſſæ,

violarum,

diacitonitæ ſine ſpeciebus,

myra-

myrabolanorum,
embicorum conditorum,
phisticorum sing. drach. i.
specierum electuarii de gemmis,
diamoschi dulcis,
diambræ sing. drach. i. misce, & in mortario sq; igne formetur elect.

Aliud, Rec. *boli armeni,*
campestrium rosarum succo abluti vn. vj.
terræ sigill. eodem rosarum succo ablutæ,
radicis angelicæ,
tormentillæ,
dictamni albi an. scrup. ij.
baccarum iuniperi.
sem. lapatii acuti,
sem. scabiosæ an. scrup. i.
corallorum rub.
sandalorum rub.
rosarum rub. an. scrup. s.
cinamomi drach. i.
croci,
florum melissæ,
rasuræ eboris,
lapidum pretiosorum an. gra. vj.
fol. auri & argenti an. num. 4.
diamarinati,
conseruæ rosarum an. vn. iij.
rob. berberorum vn. ij.
conseruæ florum violarum,

caryo-

caryophyllorum,

florum herbæ tunicæ ana, vn. i. commisceantur cum succo limonum, & acetositate citri q.s. formetur mistura Dosis drach. ij. aliquando propinatur cum vino maluatico, vel aqua rosata vel accipitur de puluere istius electuarii, & aspergitur super panem tostum infusum in aceto; præseruat mirabiliter & liberat à peste.

Aliud electuarium exhibendum post venæsectionem: Rec. *tormentillæ,*

diptamni albi an. vn. i.

carlinæ drach. i.

Zedoariæ scrup. i.

theriacæ bonæ vn. s.

radices pulueri Zentur, & in lib. i. mellis albi bulliant, ad ignem, paulatim pulueres intropone, cum agitatione molli, & vltimo adde theriacam, & fiat electuarium: in præseruatione dosis est ad granum pisi omni die; in curatione vn. s. cum drach. ij. trypheræ persicæ; dissoluatur cum sy. rosato trium infusionum.

Morselli. Aliud in forma morsellorum.

Rec. *diatrisantalorum drach. ij.*

specierum diarhodon abbatis drach. s.

trochiscorum de terra sigillata drach. s.

gemmarum,

margaritarum,

electuarii gemmati sine speciebus,

boli armeni an. drach. ij.

saccha-

facchari albi lib j. dissoluti, in aqua buglossæ, fiat confectio in morsellis, qui ponderent ℥. iij. pro singulo, vel fieri potest in tabulis cum aqua acetosæ.

Cap. XIII.

De pulueribus.

VAria quoque ex his mediocris vir ingenii doctis approbata viris, medicamenta [i]ldere, & ipse denuo conficere poterit, re[s]piciendo ętates, temperaturas, tempus anni, [&] vbi calentium antidotorum vis obesse pu[ta]tur, eisdem frigidiora medicamenta com[m]iscere, veluti buglossinum seu borraginatū, [sa]ccharum, sed præstantius omnium est rosa[c]eum, & nenupharinum, vt & conseruæ ca[pi]llorum Veneris, violarum, melissæ, vel eum [h]is commiscere pulueres hos infrascriben[d]os, & tunc præsertim, cum nec probam the[ri]acam, neque vero mithridatium habemus: [q]uæ si conficere possumus, nullo alio indige[m]us antidoto, vnde satius mihi visum fuit [c]olligere pulueres similes theriacales, qui [su]nt eius & eiusdem, vel similis facultatis in [h]ac serie, & addi possint ipsi imperfectæ the[ri]acæ, quemadmodum florum cichorii, no[t]ati coloris cælestis, qui semper solem sequū[t]ur, quos Haly *in com. artis parua*, & Guliel-

mus in *lib*.4.mirabiliter laudant, vel tales pulueres.

Rec.*florum bugloss*.ʒ.*j*.
zedoariæ,
Doronici, ani.ij.terantur omnia, & in tenuissimum puluerem redigantur: dosis ʒ.j. propinetur ter in mense. Vel.

Rec.*charabæ*,
castorij, an.ʒ.*j*.
ozimi,
caryophylati caryophylorum,
galliæ mos.an.ʒ.*j.in tenuissimum puluerem redigantur*. Dosis ʒ.s.cũ ʒ.iij.succi meliloti nõ colati, neq; bulliti, sed ex residentia facti.

Rec.*diptamni albi*,
tormentillæ,
zedoariæ,
terræ sigillatæ,
boli armeni,
herbæ turcæ sing.ʒ.*j*.
cardui benedicti ʒ.*j.s*.
trochiscorum de camphora, specierum elect. de gemmis Mesuæ an.ʒ.*s*.
se.citri, se.acetos.
rosarum rub.
cornu cerui,
crystalli, sing.scru.ij.
xylaloes,
croci,
xylobalsami,

mar-

margaritarum,
corall.rub.
albi,
nigrorum,
hyacynthi,
caphuræ, sing. ℈. *j.*
foliorum auri,
argenti, sing. num.iij. in tenuißimum puluerem redigito, & conserua in vase argenteo, vel alabastrino, cuius pulueris effectus mirandi sunt, & experientia comprobatum est, cum quis de eo ingerat drach. ij. singulo mane cum vino albo non potenti, inculpata victus ratione asseruata, à peste præseruatur, & peste affectis opitulatur.

Alius. Rec. *boli armeni præparati, triturati* ℥.*s.*
aquæ rosat. drach j.
vini aro. drac. iiij. potui vna vice tribuito.

Alius. Rec. *corallorum vtriusque boli armeni,*
diptamni albi,
gentianæ,
terræ sigil.
tormentillæ sing. ℈.*j. fiat puluis subtilißimus,* & hoc totum est dosis vna, cum aquarum rosarum, bugloss. ændi. acetosæ vnc j. aceti albi fortis vn.s. misceto, & potui exhibeto, fertur hæc experientia: ante 12. horam ægrotanti, propinatum hunc puluerẽ per sudorem digerẽdo humores sanare, nec nõ à peste p̃seruare do-

dosis talis est, qui maiorem 18. annorum agit numerum, exhibeatur tota illi hæc dosis: qui vero à 12. vsque ad 18. illi exhibeatur ℥.j. cum vnc.iij. aquis præscriptis, & aceti duo cochlearia, ab annis vero vsque ad 12. sufficiant scrup. ij. cum vn.ij: præscriptarum aquarum cum vno & dimidio cochleari aceti, quod si sudor excederet, & ægri vires imbecilles efficeret, tunc ius gallinæ, vt vinum propinetur, ab annis vero vsque ad sex, exhibeatur illi scrup. j. cum vnc. j. aquarum prenotatarum cum tribus guttis aceti.

Alius, mutuatus à Montagnana. Rec. *boli armeni subtilissime contriti vn. j.*
radicum tormentillæ,
doronici,
santal. rub. sing. ℥. j.
rasuræ eboris,
corticum citri,
spodij, sing. ℥. s.
margar. splendidarum scrup. j.
frag. rubini,
granati,
smeraldi,
saphyri,
hyacinti sing. scrup. j.
radicum anthoræ,
ossis de corde cerui sing. ℥. s.
rasuræ vnicorni scrup. s. fiat puluis, Dosis est à ℥. s.

ʒ.s.vſque ad vnc.j.omni mane cum vino tepidi,datur enim cum vino, cum vinum vires pulueris defert ad cor,vt teſtatur Auicen.2. *can.tract.2. cap.306.* aqua roſata,aut acetoſæ commixto, & ſi placet addere ſaccharum ad pondus omnium,hauſtus ſuauior erit,ſicDoſis duplex eſt danda. Seplaſiarii animaduertant, quod anthora non ſit roſarum ſemen, ſed quædam radix,quæ iuxta pernitioſiſſimũ venenum,quod hora dicitur,naſcitur,ſeu iuxta,napellum,cuius multa quantitas naſcitur in valle Sextina,& in alpibus Salutiarum, feruntque venatores,quod cerui cum ſagittis, anthora ſiue napello tinctis vulnerati læduntur, & moriuntur,ſi herbam anthoram reperiãt & comedant, ſoſpites euadunt,ſin minus ante 20. horam moriuntur, aſſimilatur ea anthoræ radix nucleis oliuarum,& dactylorum.

Alius puluis, qui dicitur de ſemine citri, experientia viſum eſt,quod à peſte pręſeruat. *Puluis de ſemine citri.*

Rec.*ſe. citri.*
acetoſæ ſing.ʒ.ij.
radicum diptanni,
gentianæ,
tormen.ſing.ʒ ij. s.
boli armeni vn.j.
cinamomi electi ʒ.s.
margaritarum,
ſaphyrorum,

oßis de corde cerui ſing.drach.iij.
omnium ſantal.
ſe.ozymi ſing.drach.j.s.fiat puluis, & biba-tur cum aquis acetoſæ.

Puluis imperialis.

Alius puluis, qui imperialis nuncupatur, qui præſeruat à peſte, & operatur contra venenum, & morſum ſerpentis.

Rec. *diptamni,*
pimpinellæ ſing.drach.ij.
boli armeni,
terræ ſigillatæ ſing.drach.j.piſtentur ſubtiliſſime, & cribellentur.

Alius. Rec. *coral. rub.*
margaritarum præpar. ſing.drach.j.
electuarij de gemmis drach.s.
folio.auri num.vj.
limaturæ eboris,
oßis de cor.cer.ſing.drach.s.
muſci,
amb.ſing.gran. v.
corticum, cit.
been.vtriusq; ſin.vn.s.
boli arm.
zed.ſing.drach.j.cujus pul.doſ.eſt drach.s. pro vice cum vino albo:

Alius. Rec. *boli armeni loti ter in vino, deinde in aqua roſata vel acetoſæ in æſtate, in hyeme autem cum*

n aqua ſcabioſæ vnc.j.s. cinamomi vn.j.
radicum tormentillæ,
diptamni ſing.vn.s.
radicum farfaræ,
tunicæ,
coriandrorum præpar.ſing.ʒ.iij.
carabæ,
macis ſing.ʒ.j.
reubarbari electi ʒ.ij.s.
croci,
terræ ſigillatæ,
corticum citri,
been vtriuſq;
corallorum rub.
ſantalorum,
citrinorum,
limaturæ eboris,
margaritarum electarum,
cantonici per diem naturalem in aceto infuſi
ſing.ʒ ij.
ſe.acetoſellæ,
ſe. citri,
plantaginis,
ozimi,
endi.
portulacæ,
ſpodij,
ligni aloes,
oſſis de corde ceruî,ſing.℈.ij.
ſerici combuſti,

frag.omnium sing.ʒ.s.
auri,
argenti subtilißime limatorum sing. scrup.j.
ambræ gra.vj.
spicæ gran.iij.
moschi gran. ij.
cornu cerui combusti ʒ.s.
vnicornu scrup.j.
doronici,
zedoariæ, sing.ʒ.s.
cubebarum gra.x v.
rosarum rub.
florum violarum.
buglossæ,
melissæ, sing.gra.vij.
melissæ scrup.j.
calami aro.scrup.j.
spicæ nardi,
caryophyllorum sing.ʒ.s.mis.fiat puluis:in æstate loco moschi addatur, camphoræ scrup.s. dosis est à ʒ.j.s.vsque ad duas, in hyeme cum vino, in ęstate cum aqua acetosæ propinetur.

Puluis rub. Alius puluis, qui vocatur rubeus· Rec.*cinamomi,*
croci,
zedoariæ,
valerianæ,
pimpinellæ,
tormentillæ,
corticis citri, sing.vn.j.

diptan-

diptamni,
vincetoxici,
santalorum vtriusq;
charabæ,
albi doronici,
terræ sigillatæ,
se.& sumitatum basiliconis,
angelicæ,
maioranæ,
enulæ campanæ,
rosarum rub.
caryophylatæ,
scabiosæ, sing. drach. ij.
florum boraginis,
buglossæ,
anthos,
cornu cerui vsti,
rutæ,
calamenti sing. drach. ij.
boli armeni lib. s.
ligni aloes,
oßis de corde cerui,
specierum de gemmis,
lætificantis, Alm.
lætificantis Galeni,
diarhodon abbatis sing. drach. j.
margaritarum, hyacinthi,
rubini,
smaragdi,

ſaphyri ſing.ʒ s.
moſci,
ambræ ſing.gran.v.fiat puluis.

Puluis aureus.

Alius puluis aureus. Rec. *radicũ diptamni,*
pimpinellæ,
boli armeni,
terræ ſigillatæ, ſing.vn.s.
vincetoxici vn.j.
tormentillæ,
valerianæ,
rutæ,
enulæ campanæ,
baccarum lauri,ſing.ʒ.ij.
ſem.acetoſæ ʒ.j.
nucum iuglandium,num.viij.
dragantea,
rubeæ almæ,& portulacea,
ariſtolochiæ,
mentæ,
balſamitæ,
cornu cerui vſti,
roſarum,
corticum coriandrorum,
hypericonis,
ſpodij,
baſiliconis,
coriandrorum præpar.
ſantalorum vtriuſq; ſing.ʒ.j.
macis,

nucis

nucis muscatæ,
zedoariæ,
galangæ,
caryophillorum,
Zinz.
cinamomi, sing. vn.s.
baccarum iuniperi vn.ij.
myrrhæ vn.j.
oculorum cancri drach.s.
croci drach.j.
margaritarum scrup s.
fol. auri & argenti num. x.
sacchari lib.s. fiat puluis.

Alius, qui appellatur puluis de ligno aloes. *Puluis de ligno aloes.*

Rec. *ligni aloes vn.s.*
zedoariæ,
Zin.
galangæ,
cinamomi,
cubebarum, sing. drach.iij.
caryophyllorum,
macis,
boleti cerui,
vincetoxici,
corticum citri, sing. drach.j.
serpentariæ,
diptamni,
aristolochiæ vtriusque,
oßis de corde cerui,

oculo-

oculorum cancrorum,
rosarum,
margaritarum perforatarum, & non perforatarum,
corallorum rub.sing.ʒ.s. fiat puluis.

Alius. ℞.*tab.manus Christi perlati,*
specierum triasantal.
diarhodon abba.
aromatici rosati Gabrielis,
lætitiæ Gal.sing.vn.j.
specierum de ligno aloes ʒ.j.s.
cinamomi electi,
coriandrorum pp.
corticum citri.sing ʒ.j.s.
foliorum auri num.iij fiat puluis.

Alius. ℞ *specierum de ligno aloes,*
morsellorum theriacalium sing.ʒ.ij.
boli armeni præpar.
bistortæ,
tormētillæ sing.ʒ.s. fiat puluis subtilissimus.

Puluis aureus. Alius puluis aureus. ℞.*ligni aloes,*
xylaloes,
carpobalsami,
been vtriusq;,
granorum ribes,
boleti cerui;
cornu cerui vsti,
sem.citri,
acetosæ,

ozimi,

ozimi,
florum rosarum,
anthos,
hypericonis,
diptamni,
buglossæ,
borraginis,
melissæ,
carabe,
spicæ vtriusque,
vesicarum hirci,
leporis,
boli arm.
terræ sig.
baccarum iuniperi in aceto infusarum,
valerianæ,
pimpinellæ,
enulæ,
peucedani,
serpentariæ vtriusq;,
aristolo.rot.
torm.
diptamni,
verbenæ,
agrimoniæ,
scabiosæ cœlestis,
rutæ,
absynthij,
saluiæ,

beto-

betonicæ,
pulegii,
centaureæ,
maratri,
baccarum lauri,
masticis,
mumiæ,
gentianæ,
macis,
cubebarum,
cardamomi,
halicacabi, sing. drach. ij.
santalorum amborum,
stœchades vtriusque,
Zedoariæ,
galangæ,
caryophyllorum,
calami aro.
croci sing. vn. s.
corticum citri,
spodij,
rasuræ eboris,
squinanti,
doronici,
serici crudi,
corallorum vtriusq; sing. scrup. viij.
margaritarum vtriusque,
rubini,
hyacynthi,

smaragdi,
saphyri,
camphoræ,
ambræ sing. scrup. ij.
cinamomi,
Zinz. sing. vn. ij.
foliorum auri num. xv.
sacchari albi lib. ij. fiat puluis.

Alius, puluis solutiuus. Rec. *zedoariæ,* *Puluis solutiuus.*
caryophyllorum,
Zinz.
nucis moscatæ,
cinamomi,
piperis longi,
calami aro.
baccarum lauri,
myrrhæ,
aloes epaticæ,
radicum been,
angelicæ,
pimpinellæ,
agarici sing. vn. s. fiat puluis, cuius dosis sint scrup. iiij.

Alius pro pauperibus. *Puluis pro pauperibus.*
Rec. *diptamni vn. viij.*
pimpinellæ,
tormentillæ,
valerianæ sing. vn. ij.
Zinz. vn j.

calami

calami aro. vn.ſ. fiat puluis omnium de per ſe, deinde miſceto.

Alius, admirabilis contra peſtem.

Rec. *tormentillæ vn.ij.*
ſandalorum rub.
diptamni albi recentis, aut non multum antiqui,
cornu cerui vſti,
margaritarum albarum,
boli armeni,
ariſtol. rot. ſing. vn.j.
camphoræ vn.iij.
ſacchari albi ℥.ij.

fiat puluis. doſis ʒ.j. pro vice cum aqua acetoſæ, vel endiuiæ, vel roſarum, ad vn.iij. & in vna ex his aquis admiſceatur theriacæ ad quantitatem nucis auellanæ, & detur, antequam ſit completum ſpacium 12. horarum ab initio ægritudinis, quia tunc validius operatur, ſi autem detur tranſacto 12. horarum ſpacio, non ita validius, neque ita cito operatur, poteſt tamen bona ſpes haberi, ſed infra 12. horis certiſſime ad liberationem perueniet æger: & nota, ſi æger non euomuerit hunc antidotum, non timendum de eius morte, ſi vero euomuerit, timendum eſt, bona tamen ſpes tunc habenda, ſi per aliquod longum ſpacium tenuerit; & nota, quod ſi æger ſit in puerili ætate exhibeatur ʒ.ſ. huius anti-

antidoti cum vn. s. aquæ acetosæ, & cum
quinta parte prædictæ theriacæ, valet etiam
antidotus contra venenum vel epotum, vel
comestum, & in pestilentialibus febribus expertum est.

Alius theriacalis. ℞. *tormentillæ,*
pimpinellæ,
diptamni,
cinamomi,
peucedani,
aristolochiæ longæ, & rot.
solsequij,
baccarum lauri,
iuniperi,
scabiosæ,
absynthij, sing. ʒ. ij.
bistortæ,
consolidæ maioris,
boli armeni,
terræ sigillatæ,
valerianæ, sing. ʒ. iij.
sem. basiliconis
portulacæ,
acetosæ,
caryophyllatæ,
zedoariæ, sing. ʒ. ij. s.
macis,
ligni aloes,
gentianæ,

croci,
zin.
castorij,
myrrhæ,
camphoræ,sing.ʒ.j.
sem.rutæ,
corticum citri,sing.ʒ.j.s. fiat puluis, qui a-
sumatur cum aqua acetosæ.

Alius. Rec.*tormentillæ,*
enulæ campanæ,sing.ʒ.iij.
herbæ tunicæ,
diptamni,
pimpinellæ,
gentianæ,
scabiosæ,sing.ʒ.j.
charabæ drach.j.s.
boli armeni drach.v.
terræ sigillatæ drach.ij.s.
sem.erucæ scrup.iiij.
sem.acetosæ,
sem.citri,
sem.cardui benedicti,sing.drach.s.
granorum paradysi,
iuniperi,
coriandrorum præp.sing.scrup.ij.
cinamomi drach.vj.
diacoralli drach.ij.
specierum triasantalorum scrup.vij.
macis,

croci,
castorij, scrup.ij,s.
moschi,
ambræ sing. gran.ij. fiat puluis : dosis à ʒ.s. que ad vnam cum vino decoctorum borraginis, centaureæ, sumatur in aurora, post hūc iustum per quatuor horas tunc sumat item parum de diamargaritone, vel lætificantis Galeni, cum succo buglossæ.
Alius. Rec. *boli armeni vn.iij.*
cinamomi vn.j.
tormentillæ,
diptamni,
santalorum rub, sing. vn.j,s.
rasuræ eboris,
spodij,
antheræ, sing scrup.ij.s.
corticis citri,
margaritarum,
smaragdorum,
hyacynthi,
rubini,
saphyri, sing. scrup.j.
aristol. rot.
terræ sigillatæ,
myrrhæ,
valerianæ, sing. drach.j.
charabæ vn.s.
Zedoariæ drach.iij.
corallorum rub.

pimpinellæ,
gentianæ,
ſem.erucæ,
enulæ campanæ, ſing. ʒ. ij.
iuniperi,
agarici,
granorum paradyſi, ſing. ʒ. j.
fol. auri num. iiij. fiat puluis.

Alius. ℞. *cinamomi,*
croci,
Zedoariæ,
valerianæ,
pimpinellæ,
tormentillæ,
corticis citri,
diptamni,
vincetoxici ſing. drach. j.
ſantalorum omnium,
carabæ,
doronici,
terræ ſigillatæ,
ſem. baſiliconis,
fol. meliſſæ,
maioranæ,
enulæ campanæ,
roſarum rub.
caryophyllorum,
macis,
nucis moſcatæ, ſing. drach. ſ.

florum

florum scabiosæ,
borraginis,
buglossæ,
anthos,
cornu cerui vsti, sing. scrup. j.
coriandri præpar.
sem. acetosæ,
rutæ,
calamenti, sing. scrup. j.
boli arm. vn. j. s.
ligni aloes,
oßis de corde cerui,
specierum electuarij de gemmis,
lætificantis Gal.
lætificantis alm.
diarodon abbatis, sing. scrup. s.
margaritarum,
hyacynthi,
smaragdorum,
rubini,
saphyri, sing. gran. vj.
moschi,
ambræ, sing. gran. j. fiat puluis secundum artem.

Alius. Rec. *baccarum iuniperi ℥. ij. s.*
tormentillæ,
diptamni,
gentianæ, sing. ℥. ij.
terræ sigillatæ,

boli

boli armeni,
pimpinellæ,
aristol.longæ sing.ʒ.j.s.
valerianæ,
serpentariæ,
saluiæ,
rutæ,sing.ʒ.j.
baccarum lauri,
pulegij,
centinodiæ,
herbæ ruberti,
millefolij,
maioranæ,sing.ʒ.s.fiat puluis.

Alius. ℞.*boli armeni præpar.vn.s.*
cinamomi,
terræ sigillatæ,
tormentillæ,sing.ʒ.j.s.
radicum diptamni,
enulæ,
phu.sing.ʒ.j.
sem.citri,
acetosæ,
betonicæ,
xylocassiæ,
santalorum vtriusque,sing.ʒ.s.
saphyri,
granati,
hyacynthi,
smaragdi,sing.scrup.s.

folia-

foliorum auri num. iij.
sacchari ad pondus omnium, fiát puluis: dosis
scrup. j.
Alius. ℞. boli armeni præp. drach. iij.
terræ sigillatæ drach. ij.
diptamni,
pimpinellæ, sing. drach. j.
enulæ,
Zedoariæ, sing. scrup. iiij.
sem. citri,
acetosæ,
coriandri præpar. sing. drach. j.
santalorum omnium drach. j.
corallorum amborum, sing. drach. s.
corticum citri,
xylaloes, sing. scrup. ij.
ossis de corde cerui in aqua rosacea infusi,
camphoræ, sing. drach. s.
rasuræ eboris drach. j.
spodij,
cubebarum,
croci sing. scrup. ij.
anisorum,
carui, sing. drach. j.
cinamomi drach. ij.
specierum de gemmis,
diatamaron,
diatriasantalorum, sing. drach. j.
foliorum auri puri num. xij.

moschi gran.vj. fiat puluis; dosis à scrup.s. vsque ad scrup.j. stomacho ieiuno bis vel ter in hebdomada, cum aquis acetosæ, & buglossæ, & differat prandium horis tribus, vel quatuor.

Alius. ℞. *cinamomi,*
Zedoariæ,
boli arm. præpar. sing. drach. vj.
sem. acetosæ,
corticis citri, sing. vn. iij.
radicum tunici,
diptamni,
tormentillæ,
limaturæ eboris, sing drach. j. s.
frag. omnium sing. scrup. j. fiat puluis.

Alius expertus. ℞. *cinamomi drach. s.*
coriandrorum præpar. drach. ij. s.
caryophyllorum,
cardamomi,
nucis muscatæ,
tormentillæ,
diptamni,
omnium santalorum sing. drach. s.
croci scrup. ij.
sacchari pro libito, fiat puluis.

Alius. ℞. *boli armeni præpar. vn. s.*
cinamomi vn. s.
radicum tormentillæ,
diptamni,

tuni-

tunici sing.vn. s.
coriandrorum præpar.vn. iij.
rhabarbari electi ʒ j.s.
croci,
terræ sigillatæ,
corticum citri,
been vtriusq;,
corallorum rub.
santalorum citrinorum,
rasuræ eboris sing.ʒ s.fiat puluis.

Alius.Rec.*boli armeni præparati ʒ. iij.*
se. acetosæ. ʒ. ij.
tormentillæ,
pimpinellæ sing.ʒ j. s.
cinamomi ʒ. ij.
santalorum citrinorum,
xylaloes,
corticum citri, sing.drach.j.
rosarum rub.
oßis de corde cerui sing. scrup. j.
croci scrup.s.
specierum electuarij de gemmis frig. drach. s.
sacchari albi vn.iiij.fiat puluis.

Alius, mirabilis, Rec.*pimpinellæ,*
tormentillæ sing.vnc. s.
corticum citri drach.j.
terræ sigillatæ drach. vj.
boli armeni vn. j.
croci drach. j.

masticis ʒ. ij.
glycyrycæ vn. s.
sacchari vn. iiij. fiat puluis.

Alius. Rec. *boli armeni præparati ʒ. j.*
cinamomi drach. ij s.
tormentillæ, diptamni,
santalorum rub. sing. drach. j. s.
rasur. eboris drach. s.
spodij ℈. j.
se. anthoræ ℈. j.
specierum diarrhodon,
dialaccæ,
arom. ros sing. drach. j.
corticum citri,
margaritarum sing. drach ß.
frag. lapidum preciosorum,
hyacynthi,
saphyri sing. ℈. j.
ossis de corde cerui ℈. ij.
sacchari ad pondus omnium, fiat puluis.

Alius mirifice valens. Rec. *tormentillæ,*
pimpinellæ,
aristol. longæ,
cinamomi,
boli armeni præpa.
terræ sigi llatæ sing. drach. j. s.
se. acetosæ,
se. citri sing. drach. j. s.
croci ℈. iiij.

myr-

myrrhæ electæ drach. ij.
aloes succocit. ℥.j. s.
rhabarbari drach. iij.
margaritarum,
corallorum rub.
hyacynthi,
rubini, sing. gra. vj.
smaragdi ℈.s gran. ij.
foliorum auri, & argenti sing. num. iiij. fiat
puluis, dosis est drach. s. cum vino odorifero, aut cum aqua vitæ mane ante cibum.

Alius. Rec. *boli armeni præparati,*
terræ sigillatæ sing. drach. j.
sandalorum alborum,
rub. sing. drach. ij.
tormentillæ,
rutæ,
diptamni,
serpentariæ sing. drach. j.
boleti cerui. ʒ. j.
xylaloes,
ossis de corde cerui sing. ℈. ij.
corallorum amborum sing. gran. viij.
smaragdi,
hyacinthi,
margaritarum perforatarum sing. gran. vij.
ambræ gran. x.
zucchari albi ℥. iij. fiat puluis.

Alius. Rec. *boli armeni præparati,*

ra-

radicum tormentillæ,
diptamni,
santalorum rub. sing. drach. j.
rasuræ eboris,
spodij,
corticis citri,
anthoræ sing. drach. s.
margaritarum scrup. j.
granati,
smaragdorum,
rubini,
hyacynthi sing. scrup. j. fiat puluis: propinetur hyeme cum vino, in æstate cum aqua rosata, vel acetosæ dosis drach. s.

Alius. Rec. *cinamomi vn. s.*
Radicum tormentillæ,
pimpinellæ,
gentianæ,
zedoariæ,
diptamni sing. drach. j.
fungorum cerui enulæ phu,
scabiosæ,
aristol. rot.
se. citri.
se. acetosæ sing. drach s.
boli arm. præparati,
luti sigillati,
corticum citri sing. drach. j.
santalorum rub.

corallo-

corallorum rub. sing. drach s.
ossis de corde cerui,
specierum elect. de gemmis sing. scrup. ij. fiat pulueris, dosis drach. s.

Alius. Rec. *zinz. albi drach. vj.*
zacchari candi vn. s.
camphoræ drach. j. fiat puluis. Dosis drach. j. propinetur cum decoctione milij.

Alius de euphorbio. Rec. *gentianæ,* *Puluis de euphorbio.*
diptamni,
croci sing. drach. j.
euphorbij, drach. iij.
mastiches drach. vj.
sacchari q. s. misce, & fiat puluis: dosis drach. j. cum vino, aut cum aqua carduncelli.

Alius. Rec. *diptamni,*
tunici,
tormentillæ,
gentianæ,
scabiosæ,
cardui benedicti sing. vn. j.
boli arm. vn. ij.
corticum citri,
rasuræ eboris,
succini,
terræ sigillatæ sing. drach. iij.
croci vnc. j. fiat puluis, dosis drach. j. cum vino.

Alius. Rec. *radicum tormentillæ drach. j.*
diptamni,

diptamni,
gentianæ sing.℈.ij.
zinz.albi ʒ.j.s.
croci,
camphoræ,
oculorum cancri sing.ʒ.s.
euphorbij ʒ.j.
mastiches ʒ.j.s.
cornu cerui vsti drach.iij.
boli arm.drach.ij.
terræ sigillatæ, drach.j.
sacchari candi.vn.ij.fiat puluis.

Alius.Rec.*euphorbij drach. ij.*
florum spicæ odoratæ,
mastiches sing.drach.j.
foliorum rutæ,
boli arm.sing.drach.s.
tormentillæ,
gentianæ sing.℈.j.
corallorum rub.præparatorum ℈ j.
croci ℈ s.
sacchari q.s.fiat puluis.

Alius,qui est mirabilis contra venenum.
Rec.*sacchari candi vn. iij.*
zinz.albi vn.ij.
camphoræ vn.j.
saccharum, & Zinz. simul conterantur, deinde commisceto camphorã minutißime incisam, & seruẽtur in vase vitreo bene obturato dosis est ʒ j.s.

propi-

propinetur cum vino, & aqua, & ſudet epoto
puluere horis vj. Si vero venenum aſſumpſe-
rit, accipiat cum vino decoctionis raphani
minoris, inuenies venenum quod comma-
culabit linteamina, diuerſis coloribus, & vi-
debis vngues illius, qui aſſumpſit venenum,
manuum, & pedum nigras, ſed propinetur
peſte affecto, antequam tranſeant 24. horæ.

Alius. Rec. *ſe. citri*,
ſe. acetoſæ, ſing. ʒ. j.
radicum diptamni albi,
gentianæ,
tormentillæ ſing ℈. iiij.
boli armeni ʒ. iiij.
cinamomi elect. ʒ. v.
ſpecierum elect. de gemmis ʒ. j.
oſſis de corde cerui ℈. ſ.
ſantalorum omnium,
ſe. ozimi ſing. ʒ j.
ſpecierum lætificantis Galeni,
dianthos cum moſcho ſing. ℈. j.
ſpecierum aro. roſati Gabrielis drach. j fiat pul-
uis doſis drach. j.

Alius. Rec. *boli arm. ℥. j.*
terræ ſigil. ℥ ſ.
carabæ drach. ij.
tormentillæ,
Zinz. albi ſing. drach. ij.

cina-

cinamomi vn. s.
specierum electuarij de gẽmis vn. s. fiat pului

Alius. Rec. *radicum diptamni,*
tormentillæ,
terræ sigillatæ. myrrhæ,
corallorum rub. sing. drach. ij.
se. anthoræ. drach. s.
se. erucæ. drach. iiij.
boli arm. vn. s.
cornu cerui vsti, drach. ij.
Vnicornu drach. s.
specierum cordialium vnc. j.
foliorum auri num. iiij.
sacchari vnc. j. fiat puluis.

Puluis aureus saluificãs.

Alius, qui dicitur aureus saluificans, Rec.
boli arm. vn. ij.
zedoariæ vn. j.
cinamomi vnc. s.
tormentillæ,
diptamni sing. drach. ij. s.
rasuræ eboris drach. j. s.
santalorum rub. drach. ij. s.
spodij,
anthoræ sing. scrup. ij.
corticum citri,
margaritarum sing. drach. j.
smaragdorum,
hyacynthi,

rubi-

rubini,
saphyri sing. scrup. j.
cornu cerui vsti,
carabæ sing. scrup. s.
ossis de corde cerui drach. j.
foliorum auri, & argenti sing. num. iiij.
sacchari ad pondus omnium, fiat puluis.

Alius. Rec. *myrrhæ,*
ligni aloes,
mastiches,
aloes lotæ,
terræ sigillatæ,
boli arm.
caryophyllorum,
macis,
croci orientalis, sing. vn. j.
cinamomi electi. vnc. iij. fiat puluis, dosis
drach. j.

Alius. Rec. *radicum diptamni,*
tormentillæ sing. vn. s.
pimpinellæ,
gentianæ,
angelicæ sing. drach. ij.
radicum scabiosæ, drach. s.
Valerianæ, drach. j.
se. coriandrorum præparatorum,
se. acetosæ sing. drach. iij.
se. citri mundati,
baccarum iuniperi,

berberorum sing. drach. ij.
myrtilorum vn. s.
cornu cerui usti,
rasuræ eboris præparati, sing. vn. s.
vnicornu,
oßis de corde cerui, sing. ℈. s.
nucis moschatæ,
caryophyllorum sing. ℈. iiij.
Cinam. elect. ʒ. iij.
trochiscorum de camphora, drach. ij. s.
boli arm. præpar. drach. vj.
terræ sigillat. ℈. ij.
santalorum albo.
citrinorum, rosarum,
Zedoariæ,
croci sing. drach. j.
corticum citri drach. ij.
granatorum praparatorum vn. s.
camphoræ ℈. s. fiat puluis.
Alius. Rec. boli armeni præparati vn. iij,
ligni aloes,
oßis de corde cerui,
specierum electuarii de gemmis,
electuarii lætificantis Galen.
specierum lætificantis Alm.
diamargaritonis sing. drach. s.
Margaritarum,
smaragdi, rubini,
hyacynthi,

sa-

ſaphyri, præparati ſing. ℈. *j.*
ſantalorum rub.
citrini,
charabæ,
terræ ſigillat.
doronici,
foliorum, & ſe. baſiliconis,
meliſſæ,
ſampſuci,
enulæ campanæ,
roſar. rub.
caryophyllorum,
macis,
nucis moſcatæ,
croci ſing. ʒ. *j.*
ſe. acetoſæ,
ſe. rutæ,
ſe. citri mundati,
calamenti,
florum anthos,
borraginis,
bugloſſæ,
ſcabioſæ,
coriandrorum præparatorum,
cornu cerui vſti, ſing. ʒ. *j.*
cinamomi probi,
Zedoariæ,
pimpinellæ,
valerianæ,

tormentillæ,
corticum citri,
diptamni albi,
herbæ tunicæ cum floribus sing. drach. iij. s.
moschi,
ambræ sing. gran. iiij. pulverizentur secun
artem, fiat pulvis alcool, servetur in vase vitreo
Alius. Rec. *Radicum tormentillæ,*
santalorum rub.
diptamni albi,
cornu cerui usti,
margaritarum,
boli armeni,
aristolochiæ sing. ʒ. j.
camphoræ ʒ. s.
myrrhæ,
pimpinellæ, sing. vn. j.
smaragdorum,
terræ sigillatæ, sing. drach. ij.
zedoariæ,
se. citri, croci sing. scrup. j.
vnicornu,
hyacynthi sing. drach. s.
specierum elect. de gemmis,
cordialium sing. ʒ j. s fiat pulvis subtilissimus
Alius. Rec. *quinq; lapidum preciosorum scru. j. s*
margaritarum præparatarum,
corallorum amborum,
spodij,

rasu-

rasuræ eboris,
ligni aloes, sing. ʒ.s.
ossis de corde cerui num. x.
vnicornu ʒ.j s.
santalorum omnium sing. drach. j.
Radicum diptamni,
tormentillæ,
pimpinellæ,
zedoariæ,
valerianæ,
betonicæ sing. scrup. ij.
doronici,
se. acetosæ,
se. citri portulacæ,
basiliconis sing. scrup. j.
boli armeni præpa. vn. j. s.
terræ sigillatæ præp. vnc. j.
croci orientalis drach. j. s.
cortic. citri drach. ij. s.
been. vtriusq; sing. scrup. j.
carabæ albæ ℈. j.
myrrhæ ℈. s.
cinamomi vn. s.
cassiæ lignæ ℈. j. fiat puluis.
Alius. Rec. *cinamomi vn. s.*
caryophyllorum,
rosarum,
se. portulacæ,
coriandri,

leuistici,
se.citri,
se. aranciorum, vel limonum sing. ℥. vj.
ligni aloes,
nucis musc.
se.anisorum,
cardui, baccæ juniperi,
oßis de corde cerui sing. drach. j.
radicum tormentillæ,
tunic. sing. ℥ s.
diptamni,
radicum bugloß. sing. ℥. j.
boli arm. ʒ. iij.
santalorum omnium sing. ʒ. j.
fragmentorum cordialium sing. ℈. ij. fiat puluis.

Alius. Rec. *cinamomi electi ʒ. iij.*
boli arm. præpa. ʒ. ij. s.
terræ sigill. ʒ. j. s.
radicum diptamni,
enulæ campanæ sing. ʒ. j. s.
pimpinellæ ʒ. j.
baccarum juniperi ʒ. j. s.
radicum angelic.
gentianæ,
doronici sing. ʒ s.
santalorum omnium sing. ʒ. j.
zedoariæ ʒ. s.
ligni aloes, oßis de corde cerui,
rasuræ eboris sing. ℈. s.

moschi gra.j.
croci ℈.j.
foliorum auri num. ij.
sacchar. ℥.iiij.fiat puluis.
Alius.Rec *aristol. longæ,*
serpentariæ,
gentianæ,
boli arm.præpar,
teræ sigill,
Diptamni,
enulæ campanæ,
zedoariæ,
rutæ sing.ʒ.s.
radicum pimpinell.
tormentillæ,
corticum aranciorum,
matris perlarum sing.℥.j.
sacchari ℥.viij.fiat puluis.
Alius.Rec.*astriol.longæ,*
radicum serpentar.
gentianæ,
diptamni,
enulæ campanæ,
rutæ,
boli arm.præpar. terræ sigillat.
tormentill.sing.ʒ.s.
radicum pimpinell.
corticum citri,
arantiorum,

zedoariæ, matris perlarum,
cardonis benedicti sing. vn. j. fiat puluis.

Alius. Rec. *aloes,*
tormentillæ,
boli armeni sing. vn. j. s.
myrrhæ vn. j.
croci orientalis,
terræ sigillatæ sing. vn. s.
se. acetosæ,
aquilegiæ,
santalorum rub.
citrinorum sing. ℨ. ij.
cinamomi,
coriandri,
anisi, sing. ℨ. iij.
been vtriusq; sing. ℨ. j.
se. basiliconis,
cassiæ ligneæ,
ligni aloes,
margaritarum,
corallorum rub.
ossis de corde cerui,
rasuræ eboris,
rhabarbari optimi, sing. ℨ j. fiat puluis.

Alius. Rec. *baccarum iuniperi vn. iij.*
foliorum querci vn. j. s.
rhutæ vnc. s.
chimiamatitis ℨ. j. s.
terræ sigillatæ,

boli armeni sing.ʒ.ij.
corticum citri,
cinamomi,
doronici,
olibani,
sandaracæ sing.ʒ.iij.
ligni aloes ʒ.ij.
Zedoariæ,
tormentillæ,
diptamni sing.ʒ.j.s.
ambaræ gran.v.
moschi gran.viij. puluerizentur grosso modo.

Alius. ℞. *boli armeni,*
terræ sigillatæ,
tormentillæ sing.vn.j.
gentianæ,
diptamni sing.vn.s.
croci,
specierum diamoschi sing.ʒ.ij.
foliorum auri, argenti, sing.num.vj.
sacchari ad pondus omnium.

Alius. ℞. *radicum aristol.longæ,*
serpentariæ sing.vn.s.
pimpinellæ,
tormentillæ,
corticis citri sing.vn.j.
boli armeni,
terræ sigillatæ,
diptamni,

enulæ campanæ sing. vn. s.
Zedoariæ vn. j.
rutæ vn. s.
matris perlarum vn. j.
gentianæ vn. s. fiat puluis.

Alius. Rec. *boli arm. vn. ij.*
zedoariæ vn. j.
cinamomi vn. s.
tormentillæ,
diptamni,
santali rub. sing. drach. ij. s.
rasuræ eboris drach. j. s.
spodij,
anthoræ, sing scrup. ij.
corticum citri,
margaritarum, sing. drach. j.
smaragdi,
rubini,
hyacynthi,
saphyri, sing. scrup. j.
vnicornu,
charabæ sing. scrup. s.
oßis de corde cerui drach. j.
foliorum auri & argenti sin. ℈. j.
sacchari ad pondus omnium.

Alius. Rec. *sulphuris partem vnam,*
ceræ part. ij. dissoluantur simul, deinde infundantur in aqua frigida simul, sulphur facit formulas in modum digiti, & separabitur à cera, quod sulphur

colligi-

lligitur, exicca. Item adde duplum ceræ huic sul-
phuri, Rec. *huius sulphuris rubificati,*
sanguinis taxi vn. j. s.
croci orientalis vn. j. s.
nucis vomicæ drach j.
rasuræ cornu cerui extremitatis prope caput,
diptamni drach. ij. fiat puluis, propinetur
cum theriaca, antequam dormiat.

Alius. Rec. *aloes hepa.*
myrrhæ,
cinamomi,
boli armeni,
pimpinellæ,
diptamni,
tormentillæ, sing. drach. ij.
croci,
gentianæ,
macis,
ligni aloes,
masticis sing. drach. s. fiat puluis.

Alius. Rec. *radicum pimpinellæ,*
tormentillæ,
valerianæ,
zedoariæ,
diptamni,
corticum citri,
cinamomi,
croci, sing. vn. j.
radicum enulæ camp.

doro-

doronici,
cornu cerui,
ſantali vtriuſque,
ſem. baſiliconis,
marubij,
maioranæ;
meliſſæ,
calamenti,
rutæ,
ſcabioſæ,
roſarum rub.
florum borraginis,
bugloſſæ,
anthos,
caryophyllorum,
corallorum rub.
terræ ſigillatæ. ſing. ʒ. iß.
boli arm. vn. s.
ligni aloes,
oßis de corde cerui,
ſpecierum de gemmis,
ſpecierum lætificantis Alm.
lætitiæ Gal.
diarhodon abb. ſing ʒ. j.
frag. ſmarag.
hyacynthi,
ſaphyri,
margaritarum,
ambræ,

moſchi,

moschi, sing. gran. v. fiat puluis.

Alius. ℞. *gentianæ,*
diptamni albi,
tormentillæ,
carlinæ,
boli armeni, sing. drach j.
santalorum rub.
cornu cerui vsti,
zedoariæ,
corallorum rub. sing. ʒ s.
camphuræ grana iiij. fiat puluis. Dosis est ʒ.ij. cum vn. iij. aquæ scabiosæ, vel endiuiæ, & cum theriaca ad quantitatem fabæ, cum iam peste affectus sit.

Alius. Rec. *radicum tormentillæ,*
santalorum rub.
diptamni albi,
cornu cerui vsti,
margaritarum,
boli arm.
aristol. rot. sing. ʒ j.
camphoræ ʒ s.
myrrhæ,
pimpinellæ, sing. ʒ j.
smaragdorum,
terræ sigillatæ sing. ʒ ij.
sem. citri,
croci, sing. scrup. j.
vnicornu,

hya-

hyacynthi, sing. drach. s.
sacchari drach. ij. fiat puluis subtilißimus.
Alius curatiuus veneni.
Rec. *radicum tormentillæ drach. j. s.*
bistortæ,
diptamni,
gentianæ,
asari,
bacearæ,
milij solis,
hypericonis sing. ℨ. s.
ellebori albi ℨ. ij. fiat puluis subtilißimus: do-
sis ℨ. j. cum vino.
Alius contra venena. ℞. *boli arm. vn. iiij.*
terræ sigillatæ vn. j.
liquiritiæ rasæ,
corticum citri,
sem. citri,
rasuræ eboris,
cornu cerui crudi,
radicum tormentillæ, sing. vn. s.
corallorum rub.
sem. acetosæ,
coriandri præpar. sing. ℨ. ij. fiat puluis.
Alius. ℞. *tormentillæ,*
santalorum rub.
diptamni,
cornu cerui vsti,
margaritarum præpar.
boli

boli arm. præpar. sing. ℥ j.
camphuræ,
myrrhæ,
pimpinellæ,
smaragdorum,
terræ sigillatæ,
sem. citri excorticati, sing. scrup. j.
aristolochiæ vtriusque ℥ j.
hyacynthi ℥ s. fiat puluis.

Rec. *foliorum rutæ,* *Puluis pro pauperibus.*
verbenæ,
carduibenedicti,
scordij, sing. ℥ iij.
radicum chelydoniæ maioris,
pimpinellæ,
helenij, sing. vn. s.
diptamni ℥ iij.
tormentillæ vn. j.
aristolochiæ rot. ℥ vj.
boli arm. vn. j. s.
myrrhæ optimæ,
cornu cerui præpar. an. vn. j. fiat puluis: dosis est vn. s.

Alius bezoarticus. ℞. *boli arm. vn. ij.*
rosarum rub. ℥ j.
sem. acetosæ,
sem. citri excorticati,
cornu cerui vsti,
rutæ,
doronici,

suc-

succini,
sem.cardonis benedicti,
corallorum vtriusque,
ligni aloes,
serici crudi,
santalorum omnium,
margaritarum perforatarum,
ossis de corde cerui sing.ʒ.j.
smaragdorum scrup.j.
specierum diamargarit frig.
tormentillæ,
diptamni,
tunici,
scabiosæ,
coriandrorum præpar.
terræ sigillatæ sing.ʒ.ij.
caphuræ scrup.ij.
croci grana xv.
ambaræ scrup.ij.
moschi scrup.iiij.fiat puluis.

Alius. Rec.*pimpinellæ,*
tormentillæ,
serpentariæ sing.vn.j.
sigilli Salomonis,
diptamni, sing.vn.s.
prassij,
raphani maioris sing.ʒ.ij.
radicum strutij,
boli armeni,

terræ

terræ sigillatæ, sing. vn. j. s.
nucis vomicæ,
vnicornu,
cornu cerui præpar.
margaritarum,
croci, sing. drach. j. fiat puluis.

Alius. Rec. *pimpinellæ,*
tormentillæ, sing. vn. s.
diptamni drach. iij.
terræ sigillatæ drach. iij.
boli armeni vn. s.
been vtriusque, sing. drach. ij.
margaritarum drach. j.
smaragdi drach. ij.
oßis de corde cerui,
ligni aloes, sing. drach. j.
sacchari vn. j. fiat puluis: dosis drach. j. cum aqua acetosæ, aut cum vino albo.

Alius, qui præualet omnibus aliis contra pestem, & est expertus, cuius si sumatur omni die ℈. j. præseruat ab omni pestilentiali morbo, & prohibet omnem putredinem gigni in corpore: nam cor, & eius contenta corroborat, & refrigerat, & si pestis incipit, aut quis iam affectus sit peste, propinetur drachm. j. cum aqua valerianæ, aut vino, postea sudet bene, & sudorem abstergat. ℞. *camphoræ* ℥. *iij.*
Zinz. vn. j. s.
croci drach. ij.

diptamni vn.j.s.
aloes succocitrinæ ℥ j.
vnicornu ℥.iij.s.
nucis vomicæ,
pul.liberantis,
saluificantis,
bezoartici, sing.℈ ij.
foliorum auri, argenti sing.num.iij. fiat pul-uis subtilissimus.

Alius. Rec.*terræ sigillatæ ℥.ij.*
boli armeni ℥.j.s.
ligni aloes drach.j.
baccarum iuniperi drach.j.
sem.citri ℈.ij.
cinamomi drach.ij.
rosarum rub.
santalorum amborum
croci sing.scrup.j.fiat puluis.

Alius, qui est optimus, & in omni cardiaca passione expertus. Rec.*zedoariæ,*
doronici,
florum borraginis,
buglossæ,
melissæ, sing.drach.s.
corallorum rub.
margaritarum,
frag.omnium,
sem.citri excorticati,
been vtriusque,

croci, sing. drach. j. misc. & pulverizentur: dosis est à drach. j. vsque ad duas, cum vino, aut aqua buglossæ.

Alius, validior in omni cardiaca passione.

Rec. sem. citri mundati à cortice vn. j.
Zedoariæ,
doronici,
been vtriusque, sing. drach. j. s.
florum borraginis,
buglossæ,
melissæ, sing. drach. j.
corallorum rub.
margaritarum,
rubini,
granati,
hyacynthi,
saphyri, sing. drach. j.
auri limati drach. s.
smaragdorum drach. ij. s.
croci drach j. s.
coriandrorum præpar. drach. j.
ossis de corde cerui,
vnicornu sing. drach. s.
terræ sigillatæ,
boli arm. sing. drach. ij.
specierum diamusci dulcis drach. ij. s. M. dosis à drach. j. vsque ad duas, cum aqua buglossæ.

Alius. Rec. *sem. citri excorticati drach. j.*
corallorum rub. ℈. j.

ſmaragdorum ſcrup j.

croci gran.v.redigantur in puluerem tenuiſſimum,& propinetur vna vice,id eſt,in vna doſi.

Alius. ℞. *maſticis vn j.*

ſpicæ vn.s.

euphorbij electi quartam vnam : pulueri-zentur ſubtiliter,& miſceantur : doſis à drach.s. vſque ad drach.j.plus,& minus,ſecundum vires & ætates,cum aqua carduibenedicti, deinde ægrum cooperiat, ſudabit, aut purgabit per ſeceſſum, aut per vomitum, omnia ſimul facit exire,& bubonem,ſiue antracem,& venenum ab intimis ad extimas partes propellit, epoto puluere pri. die defeſſum, laſſum, defatigatum ſentiet, non autem ſic diebus ſequentibus,& valet in principio.

TRAGEA CONTRA PESTEM.

Rec.*ſpecierum electuarij liberantis vn.j.*

tormentillæ,

diptamni,an.drach.iij.

pimpinellæ drach.ij.s.

doronici,

cinamomi,

ſem.citri,

Zedoariæ an.drach.ij.

ſacchari ad pondus omnium, fiat tragea: hæc propinetur nutricibus tempore peſtis lactātibus mane & ſero, ad quantitatē exagij.

CAP.

CAP. XIV.

De Confectionibus.

EX his pulueribus, vel similibus, electuaria, pilulas, trochiscos, confectiones, morsellos, tabulata, & aquas conficere possumus, vt exempli gratia:

Rec. *specierum triasandalorum drach. ij.*
diarhodon abbatis drach. s.
terræ sigillatæ drach. ij.
gemmarum omnium drach. ij.
margaritarum drach j. s.
boli arm. drach. iij.
sacchari albi vn. vj. dissoluti in aqua buglossæ, formetur confectio in morsellis drach. iij. sed in tempore frigido addantur species elect. de gemmis, aut species diamoschi.

Alia, quæ est admirandi effectus, & vocatur confectio de terra sigillata.

Rec. *boli armeni probi drach. j.* *Confectio de terra sigill.*
terræ sigillatæ drach s.
sem. citri excorticati drach. ij.
cinamomi optimi drach. vj.
coriandrorum præpar. drach. iij.
galangæ,
zedoariæ, sing. drach. j.
pulueris cordialis drach. iij.
sacchari taberzet quantum sufficit dissoluti in aquis buglossæ, rosarum, & acetosæ, turcæ, in qui-

bus aquis infusi fuerint santali, formetur confectio in morsellis, in febrientibus auferantur cinamomum, galanga, & zedoaria.

Alia. Rec. *boli arm. vn. ij.*
cinamomi vn. s.
Zedoariæ drach. ij.
radicum tormentillæ,
diptamni, sing. drach. ij. s.
croci drach. j. s.
spodii,
sem. acetosæ, sing. ℈ ij.
corticum citri,
margaritarum, sing. drach. j.
smaragdorum,
rubinorum,
hyacynthorum,
saphyrorum. sing. ℈. j.
charabæ,
vnicornu,
corallorum rub. sing. ℈. j.
oßis de corde cerui drach. j.
auri & argenti limati sing. ℈ j.
sacchari in aquis rosarum, scabiosæ, dissoluti, lib. j. fiat confectio in morsellis.

Alia, theriacalis. ℞ *specierum triasandalorum,*
diarhodon abbatis,
diamargaritonis,
de xyloaloe, sing. drach. ij.
myrrhæ,

croci

croci, sing. scrup. s.
theriacæ drach. iij.
sacchari albi lib. j. dissoluti in aqua diptamni, fiant morselli.

Rec. *pulueris aurei,* — *Confectio pro pauperibus.*
aloes hepaticæ,
cortic. citr.
myrrhæ, sing. ℥ j.
croci,
camphoræ, sing. scrup. s.
theriacæ vn. s.
sacchari dissoluti in aqua vitæ lib. j. formentur morselli.

Alii. Rec. *specierum diamoschi dulcis,*
triasantalorum, sing vn. s.
specierum diamargaritonis ℥. iij.
specierum diatamareon ℥. vj.
specierum diarhodon abbatis,
specierum elect. de gemmis, sing. scrup. ij.
rhabarbari,
croci,
oßis de corde cerui, sing ℥. iij.
squinanti drach. j. s.
radicum tormentillæ,
sem. acetosæ,
portulacæ,
scariolæ,
zedoariæ,
corallorum rub.

boli arm.
terræ sigillatæ, sing. vn. s.
radicum diptamni vn. j. s.
moschi drach. j.
theriacæ vn. ij.
mithridatij vn. j. s.
foliorum auri num. xv.
sacchari dissoluti in aqua acetosæ q. s. fiat confectio in morsellis.

Alia. ℞. *specierum lætificantis Gal. drach. ij s.*
specierum elect. de gemmis drach. iij.
diamoschi amari drach. j. s.
theriacæ drach. ij.
rasuræ vnicornu scrup. j.
terræ sigillatæ,
boli armeni, sing. ʒ s.
corallorum rub. scrup. s. puluerizentur tenuissime cum lib. j. s. sacchari dissoluti in aqua acetosæ, formentur morselli, ponderis ʒ. ij.

Alii. Rec. *santalorum omnium ʒ. j.*
cinamomi ʒ. s.
oßis de corde cerui scrup. j.
margaritarum,
rasuræ eboris,
saphyri,
smaragdi,
hyacynthi,
rubini,
granati, sing. scrup. ij.

cornu cerui vsti ℈.j.s.
been vtriusq;,
limaturæ auri, & argenti an. ℈.j.
foliorum auri num. x v.
se acetosæ,
se. citri sing. ℈.j.s.
corticum citri drach. j.
musci,
ambræ sing. gran. v.
boli armeni,
terræ sigillatæ sing. drach. j.
radicum diptamni,
pimpinellæ,
piperis longi sing. drach. j.s.
sacchari dissoluti in aqua rosata q.s. fiat morselli.

Alii. Rec. *tormentillæ,*
diptamni,
pimpinellæ,
boli arm. præpar.
terræ sigillatæ,
Aristol. longæ,
cinamomi sing. ℈. iiij.
se. acetosæ,
spodij sing. gra. vij.
omnium santalorum sing. ℈. ß.
se. citri,
rasuræ eboris,
myrrhæ sing. scrup. ij.

aloes ℥ s.
rhabarbari ʒ.j.
spice gra. iij.
margaritarum,
corallorum rub.
hyacynthi,
rubini,
vnicornu,
sing.gran.ij.
ligni aloes ℈ s.
oßis de corde cerui gran.vij.
croci ℈.j.
smaragdi gran.iij.
saphyri ℈.j.s.
camphoræ gra.viij.
foliorum auri & argenti num.iij. fiat puluis cum s.q.sacchari dissoluti in aqua rosacea, formentur morselli.

Alii.Rec.*tormentillæ,*
diptamni,
boli armeni,
terræ sigillat.sing. ʒ. ij.
gentianæ,
saluiæ,
serpentariæ,
betonicæ,
pimpinellæ,
corallorum amborum enulæ sing.ʒ.j.
castorij,
camphoræ,

zedoa-

zedoariæ,
coriandrorum præpar.
serici vsti,
xylaloes,
croci sing ʒ.s.
ossis de corde cerui,
vnicornu,
myrrhæ sing scrup. j.
morsus diaboli ʒ. j.
spicæ,
spodij,
santalorum omnium sing. ℈.s.
sacchari in aqua acetos. dissoluti q.s. formetur confectio in morsellis.

Alii. Rec. *boli armeni ʒ ij. s.*
tormentillæ,
tunici,
diptamni,
sandalorum rub.
pimpinellæ sing. ʒ. s.
rasuræ eboris,
spodij,
corticum citri sing. ℈. ij. s.
vnicornu, ℈. j. s.
corallorum rub. ℈. ij. s.
terræ sigillat. ʒ. j.
margaritarum ℈. ij.
frag. rubini,
smaragdi,

sa-

saphyri,
granati,
hyacynthi sing. scrup. j.
croci drach. s.
camphoræ gran. iij.
moschi scrup. s.
ambræ gran. iiij.
foliorum auri num. iiij.
cinamomi drach. j.
sacchari lib ij s. in aqua scabiosæ dissoluti, q. s.
fiat confectio in morsellis.

Alia. Rec. *diptamni,*
tormentillæ,
Zedoariæ,
pimpinellæ,
cinamomi sing. drach. ij.
rasuræ eboris,
succini albi.
boli arm. præpar.
luti sigillati sing. drach. j. s.
ruthæ,
iuniperi sing. drach. j.
aloes,
myrrhæ,
croci sing. scrup. ij.
Mastiches ℈. *ij.*
sacchari vnc. x x j. In aqua acetos. carduncelli dissoluti quantum sufficit, fiat confectio in tabulis.

Alia. Rec. *granati,*

sma-

smaragdi sing.ʒ.s.
saphyri,
margaritarum sing.ʒ.j.s.
xyloaloes ℈ iiij.
cinamomi ℥ j.
rosar.ʒ.j.
corallorum amborum sing.drach.s.
serici crudi,
oßis de corde cerui sing.℈.j.
tormentillæ,
boli armeni sing.drach.ij.
been albi,
rubei, sing ℈.j.
terræ sigillat.℈.iiij.
vnicornu drach.j.
radicum valerian.
betonicæ,
diptamni,
zedoariæ sing.drach. s.
foliorum auri nu. v.
sacchari dissoluti in aqua rosat.q.s. fiat confectio, in rotulis.

Alia.Rec.*specierum liberantis drach.* ij.
radicum serpentar.
diptamni,
*pimpinell.sing.drach.*j.s.
*aristol.ro.drach.*j.
zedoariæ drach. iij.
*cinamomi drach.*j.s.

xyla-

xylaloes ℥.j.s.
luti sigillati ℥.j.
boli armeni ℥.ij.
myrrhæ rub. drach. j.
rhabarbari vn.s.
spicæ ℈ j.
croci ℈.ij.
se. sancti.
se. citri,
acetosæ an. drach. s.
corallorum rub. drach. ij.
ossis de corde cerui drach. j.
pulverizentur, & misceantur, & pro quali-bet ℥.s. hujus pul. cum ℥ vj sacchari dissoluti in aqua rosata formetur confectio in tabulis.

Alia. Rec. *trochiscorum de camphora vn.s.*
sacchari albi lib. s. dissoluti in aqua rosata formetur confectio in morsellis: peste affecto detur cum aqua acetosæ, & parum sudet, & hoc per quatuor dies.

Alia. Rec. *conseruæ rosarum ℥. ij.*
santalorum omnium sing. drach. s.
cinamomi,
ligni aloes sing. gran. xv.
ossis de corde cerui,
been albi, rub. sing. ℈.
tormentillæ,
boli arm.
terræ sigillat.

corticum citri,
smaragdorum,
saphyri,
granati,
hyacinthi, sing. ℈.j.
moschi,
ambræ,
croci sing. gra. iiij.
sacchari vn. viij. dissoluti in aqua rosat. & fi-
ant morselli.

Alia. ℞. *cinamomi drach. ij.*
Zedoariæ ℈. iiij.
tormentillæ,
diptamni sing. drach. j.
rasuræ eboris ℈. ij. s.
pimpinellæ,
cornu cerui vsti,
aristol. rot. ℈. ij.
boli armeni,
se. acetosæ sing. drach. s.
ligni aloes,
se. citri sing. ℈. j.
specierum diarrhodon,
diambræ sing. ℈. ij. s.
sacchari dissoluti in aqua rosat. lib. j. formetur
confectio in tabulis.

Alia. ℞. *specierum confectionis præscriptæ theri-*
calis drach. ij.
specierum diambræ,

rosa-

rosatæ nouellæ,
specierum elect. de gemmis frig. sing. drach. s.
specierum diamargaritonis,
diatriasantalorum,
corallorum rub. sing. gran. x v.
electuarij de gemmis scrup. s.
sacchari vn. vj. dissoluti in aqua rosata forme-
tur confectio in tabulis.

Alia. Rec. *smaragdorum,*
spodij,
cinamomi,
tormentillæ,
boli arm. sing. drach. j. s.
santalorum alborum, & rub.
rosarum rub. sing. drach. j.
hyacynthi,
granati,
saphyri,
corallorum rub,
radicum valerianæ,
betonicæ,
diptamni,
zedoariæ, sing. drach. s.
terræ sigillatæ,
ligni aloes sing. scrup. iiij.
serici crudi,
ossis de corde cerui,
been vtriusq; sing. scrup. j.
foliorum auri num. x v.

moschi gra. v.

sacchari dissoluti in aqua rosata q. s. fiat confectio in rotulis.

Alia, Rec. *boli arm. vn. i.*

terræ sigill. vn. s.

carabæ drach. ij.

tormentillæ,

Zinz albi sing. drach. ij.

cinamomi vn. s.

specierum elect. de gemmis vn. s.

sacchari dissoluti in aqua rosata q. s. fiat confectio in tabulis.

Alia, Rec. *boli armeni,*

terræ sigill. sing. vn. s.

mannæ,

tormentillæ sing. drach. ij.

cinamomi vn. s.

Zinz.

macis sing. drach. s.

caryophyllorum scrup. i.

florum borraginis,

bugloss.

rosarum,

anthos,

carabæ,

spodii,

corallorum rub.

santalorum rub.

been albi,

rub.
corticis citri,
oßis de corde cerui,
rasuræ eboris,
calami aro. sing scrup. i.
ligni aloes drach. i.
margaritarum,
saphyri,
smaragdi,
sem. acetosæ,
ozimi sing scrup. i.
sacchari albi q. s. dissoluti in aqua rosata, fiat confectio in tabulis.

Alia, Rec. *boli arm. præpar. drach. vj.*
cinamomi electi drach. iij.
radicum tormentillæ vn. s.
sem. citri,
hyacynthi,
smaragdi sing. scrup. ij.
caryophyllorum drach. i.
macis scrup. s.
sacchari dissoluti in aquarum tormentillæ, diptamni, melissæ, scabiosæ sing. vn. i rosaceæ vn. i. s. fiat confectio in rotulis.

Alia, Rec. *smaragdorum,*
margaritarum,
spodii,
cinamomi interioris,
tormentillæ,

boli

boli armeni sing. drach. i. s
santalorum alb.
rub.
rosarum,
vnicornu sing. drach. i.
hyacynthi,
granati,
saphyri,
corallorum alborum,
rubeorum,
radicum valerianæ,
dyptamni,
zeloariæ sing. drach. s.
ligni aloes,
terræ sigill. sing. scrup. iiij.
serici rudi,
oßis de corde cerui,
been alb.
rub. sing scrup. i.
auri fini, & foliati, num. 15.
ambræ,
moschi sing. gra. v.
sacchari dissoluti in aqua rosata q. s. fiat confectio in tabulis,

Alia, Rec. *boli armeni,*
terræ sigill. sing. drach. iij.
tormentillæ,
diptamni,
sem. acetosæ,

endiu.
citri,
coriandri præpar.
ſantalorum omnium ſing. ℥.i.
margaritarum,
corallorum alborum,
rub.
raſuræ eboris,
carabæ,
ſpodii,
oßis de corde cerui,
been vtriuſq;,
doronici,
cardamomi,
macis,
ligni aloes,
caßiæ ligneæ,
zedoariæ ſing. drach. s.
ſmaragdi,
hyacynthi,
granati,
ſerici crudi inciſi ſing. ſcrupi.
camphoræ gra. vij.
ambræ,
moſchi ſing. gra. iij.
conſeruæ roſarum,
nenupharis ſing. vn.
ſacchari diſſoluti in aqua roſata lib. ij. formetur confectio in morſes.

Alia,

Alia, Rec. *cinamomi elect. drach. ij.*
radicum brusci,
asparagi,
diptamni sing. scrup. i.
gentianæ scrup. s.
zedoariæ,
cardamomi,
sem. sandi,
anisi,
fniculi,
hyacynthi,
smaragdi,
saphyri,
granati,
sericorrudi sing. scrup. s.
oßis de corde cerui drach. s.
ligni aloes scrup. i.
croci gr. vj.
aloes succicitrinæ drach. ij s.
sacchari dissoluti in aquis cichorii, & fœnicu-
li q. s. fiat confectio in rotulis.
Alia, Rec. *specierum triasantalorum drach. ij.*
diarhodon abbatis sing. drach. s.
electuarii de gemmis sine speciebus,
gemmarum sing. drach. ij.
boli armeni drach. iij.
terræ sigill. scrup. i.
sacchari dissoluti in aqua buglossæ lib i. s fiat
confectio in morsellis ad pondus drach. iij.

Alia, Rec. *hyacynthi,*
granati,
saphyri sing. ʒ. i.
santalorum alborum,
rub. sing scrup. i.
spodii,
boli armeni sing ʒ. iiij.
terræ sigill.
vnicornu sing. ʒ. i.
foliorum auri,
argenti sing. ʒ. ij.
sacchari dissoluti in aqua acetosæ quantum
sufficit, fiat confectio in rotulis.

Confectio liberantis.

Alia liberantis. Rec. *radicum tomentillæ*
mundatæ.
sem. acetosæ,
endiu.
sem. citri excorticati,
coriandri præp. sing. scrup. ij. gr. v.
omnium santalorum sing. ʒ. s
boli armeni,
terræ sigill. sing. ʒ i. s.
margaritarum,
corallorum rub. & alb.
electri candidi,
spodii,
diptamni,
belenii,
ossis de corde cerui,

been

been vtriusq;,
doronici,
Zedoariæ,
caryophyllorum,
cardamomi,
xylaloes,
macis sing. gra. xv.
cinamomi scrup. iiij gra. v.
croci drach. i.
frag. hyacynthi,
smaragdi,
granati,
saphyri,
serici crudi,
gallia moschatæ sing. gra. v.
moschi,
ambræ sing. gra xv. in subtilißimum puluerem omnia redigantur, postmodum
Rec. *horum specierum vn. i*
conseruæ rosarum vn. s.
penidi drach. ij.
sacchari lib. i. dissoluti in aqua rosata, & formentur morsel.

Alia regia Rec. *cinamomi drach. iiij.* *Confectio regia.*
caryophyllorum,
rosarum ru.
sem. portulacæ,
coriandri præparati,
rasuræ eboris drach. iij.

rasuræ cornu cerui,
sem. citri mundati,
sem. arantiorum, vel limonum sing. ℥. vj.
ligni aloes,
nucis muſ.
marani,
aniſi,
ſem. bombacis,
ſerici crudi,
baccarum iuniperi,
oßis de corde cerui ſing. ℥. i.
radicum tormentillæ,
radicũ tunici, ſeu cardui benedicti ſing. ℥. iij.
diptamni cretenſis,
ſcabioſæ,
corticis,
radicis buglosſæ ſing. drach. i.
boli armeni præp. vn. iiij.
ſantalorum rub.
lutei,
albi ſing. drach. ij.
margaritarum albarum drach. v.
ſaphyri,
hyacynthi,
ſmaragdorum,
granati,
ſardi ſing. drach. i.
ſacchari diſſoluti in aqua ſata q. ſ. formetur confectio in tabulis.

Alia

Alia, Rec. *margaritarum drach j.*
hyacintorum drach. s.
cinamomi,
caryophyllorum,
macis, sing. scrup. ij.
corallorum rub. drach. j. s.
limaturæ auri, & argenti, sing. drach. j.
sacchari in aqua rosata dissoluti q. s. formetur *onfectio in tabulis.*

Alia, quæ est delectabilis:
Rec. *margaritarum drach. j.*
hyacinthorum drach. s.
cinamomi,
cariophyllorum,
macis an. scrup. ij.
corallorum rub. drach. j. s.
limaturæ auri & argenti an. drach. j.
sacchari albi dissoluti in aqua cinamomi *uantum sufficit, formetur confectio in tabulis.*

Diamoschum dulce, de quo Serapion 2. *breuiarii cap. vltimo*, dosis drach. j. cum aqua buglossæ, pariter Auic. (*tract. v. lib. j. cap. 42. sub titulo p. confectionis de moscho*, dosis est ad pondus ciceris cum vino odorifero,) dicit, quod talis confectio faciat, ad pulsum cordis, ad melancholiam, & ad anhelitus difficultatem, & est medicina confortans animam.

Diamoschum amarum Auic. *cap. 45. in tractat. primo v. lib.* valet ad pulsum cordis, &

alguesues, & ad apostema epiglottis, exiccat humorositates stomachi: dosis est ℨ.j. cum vnc. iij aquæ borraginis.

Confectio diambra Mesuæ sublimiter cerebrum & cor confortat; dosis ℨ s.

Confectio de gemmis Mesuæ, confectio de hyacyntho. Auicen. *lib.v. tractat.v* pro Regibus.

Confectio diamargaritonis. Auic. dosis est ℨ.j. cum vino.

Confectio diamargaritonis Nicolai.

Auenzoar, *primo Theysir, tractat.12. cap.2.* proponit hanc confectionem, quæ recipit

margaritarum,
setæ crudæ,
se. basiliconis,
caryophyllati,
se. borraginis,
buglosse, an. aureos x.
corticis citrorum,
scedes indi,
caryophyllorum,
macis an. aur. iiij.
puræ ambræ, atque perfectæ, aur. ij. misc.

Terantur vnaquæque medicinarum optime per se.

CAP.

CAP. XV.

De pilulis non purgantibus.

EX illis etiam pulueribus, si non placent confectiones illę pręscriptæ, confici possint pilulæ, vel trochisci, quemadmodum huiusmodi sunt.

Rec. *ligni aloes ʒ.s.* *Pilulæ de ligno aloes.*
tormentillæ scrup. ij.
diptamni scrup. j.
zedoariæ,
xylobalsami, sing. ʒ.s.
croci scrup. j.
charyophyllorum scrup. v.
verbenæ ʒ.s.
cornu cerui scrup. ij.
sandalorum rub. scrup. j.
corallorum omnium,
se. acetosæ sing. ʒ.s.
boli armeni præparati vnc. iij.
gemmarum,
specierum electuarii de gemmis sing. ʒ j.s.
camphoræ gra. iiij.
formentur pilulæ cum acetositate citri, aut vino de ribes, Nam istæ pilulæ appellantur pilulæ de ligno aloes.

Aliæ, Rec. *ligni aloes,*
zedoariæ,
xylobalsami,

verbe-

verbenæ sing. drach. s.
tormentillæ,
diptamni,
cornu cerui,
sandalorum rub. sing scrup. ij.
croci,
caryophyllorum sing. scrup. j.
corallorum rub.
succi acetosæ sing. drach. s.
margaritarum drach. j.
camphoræ drach. iiij. formentur pilulæ, cum sy. de corticibus citri.

Pilulæ liberantes.

Rec. *se. citri,*
zedoariæ,
cinamomi, sing. vnc. s.
croci,
melissæ,
oßis de corde cerui, sing. scrup. j.
pinearum,
terræ sigillatæ, sing drach. j. s.
foliorum auri num. iij.
diptamni,
valerianæ sing. drach. s.
pulueris liberantis drach. iij.
sandalorum rub.
alborum sing. scrup. ij. incorporentur simul cum succo rosarum, & cum colla gummi tragacanthi pro omni drach. formentur pilulæ xj. & vocentur pilulæ liberantes.

CAP.

Cap. XVI.

De trochiscis.

DE trochiscis ex illis pulueribus huiusmodi similes componi possunt. *Trocisci de pimpinella.*

Rec. *terræ sigillatæ vnc. j. s.*
boli arm.
myrrhæ,
se. citri, sing ʒ j.
smaragdi,
zedoariæ,
diptamni,
pimpinellæ,
camphoræ sing. ʒ. iij.
croci scrup. j.
tormentillæ ʒ. j. conterantur omnia, & cum modico theriacæ, & syr. de acetositate citri formentur trochisci, & isti appellantur trochisci de pimpinella. Vel talis:

Rec. *xylaloes ʒ. s.* *Trocisci de xyloaloes.*
croci ʒ. s.
cornu cerui ʒ ij.
tormentillæ,
terræ sigillatæ sing ʒ s.
se. acetosæ,
diptamni sing. ʒ. j.
zedoariæ ʒ s.
spec. electuarii de gemmis ʒ. j. s.
xylobalsami ʒ s.

marga-

margaritarum ℥ j.
santalorum rub. ℥ j.
corallorum rub. ℥ ij. cum syrupo de citro, & ribes formentur trochisci, qui etiam possunt sumi cum vino albo, & aqua rosata, & isti appellantur trochisci ex xylaloes; vel tales, qui appellantur trochisci ex crystallo.

Trocisci ex crystallo.

Rec. *emblicorum,*
carabæ,
stœchados Arabicæ,
se. citri excorticati,
corallorum rub.
spodii,
rasuræ eboris sing. ʒ. s.
ambræ,
margaritarum,
myrtillorum,
croci sing. ʒ. j.
terræ sigillatæ,
boli arm. sing ℥ j. s.
camphoræ ʒ. s.
cinamomi drach. s.
crystalli optimi triti drach. ij. camphora, & cinamomum, simul contundantur, reliqua vero per se, postea vero cum sy. de acetositate citri formentur trochisci. Vel tales:

Rec. *boli armeni præparati drach. j.*
theriacæ vnc. s.
se. citri vnc. s.

myr-

myrrhæ,
præmorſæ,
zedoariæ,
diptamni,
pimpinellæ, ſing. drach. ij. s.
croci,
ſmaragdi,
camphoræ,
margaritarum ſing. drach. j.
tormentillæ drach. vj.
cum ſyrupo de acetoſitate citri formentur *trochiſci cum aqua vitæ bezoartica*; doſis vnc. s. exhibeatur, antequam eat dormitum. Vel alis.

Rec. *boli armeni,*
diptamni,
myrrhæ,
zedoariæ,
pimpinellæ ſing. drach. iij.
theriacæ vnc. iij.
croci ſcrup. j.
ſerici crudi drach. j.
camphoræ,
margaritarum,
ſmaragdorum,
corallorum amborum ſing drach j.
tormentillæ drach. vj. ſcrup. ij.
ſe. citri vnc. s.
ſe. acetoſæ,

ozimi

ozimi sing. ℨ. ij.
ossis de corde cerui, ℨ. j.
carpobalsami,
xylobalsami,
been vtriusque sing. scrup. ij.
caryophyllorum drach. ij. cum aqua theriacali, & syrupo de acetositate citri, formentur trochisci, & deaurentur. Vel tales, qui prouocant sudorem.

Rec. *radicum tormentillæ,*
pimpinellæ,
se. end.
acetosæ sing. ℨ. ij.
corallorum rub.
alb.
vnicornu,
ossis de corde cerui sing. gra. v.
boli arm.
terræ sigillatæ,
omnium sandalorum sing. ℨ j.
ligni aloes crudi,
myrrhæ,
masticis,
calamenti,
croci,
zedoariæ,
cassiæ ligneæ sing. ℨ. s.
camphoræ gra. xij. & tum theriaca formentur trochisci, quorum vnus ponderet. drach. j. Da pro

ce trochiscum vnum cum aquis borraginis, buglossæ, acetosæ, aut melissæ. Vel talis:

℞ Rec. *boli arm. vnc. ij.*
terræ sigillatæ vnc. j.
croci,
myrrhæ sing. ʒ j.
specierum diamargaritonis frig.
diambræ,
diarrhodon sing. scrup j.
diapapaueris scrup. s.
theriacæ q. s. ad incorporandum formentur trochisci. Vel talis:

℞ Rec. *boli arm.*
terræ sigillatæ,
gentianæ rubeæ,
baccæ lauri,
tormentillæ,
enulæ campanæ,
diptamni sing. ʒ. ij.
aristolo. rot.
absinthii,
myrrhæ,
rutæ,
costi,
castorii,
iuniperi sing. ʒ. j s. cum theriaca formentur trochisci, qui ponderent ʒ j s. pro singulo.

CAP. XVII.

De Aquis.

INSVPER ex horum compoſitione, & craſſiori mero; quadam ad ignem deſtillatione aquæ exprimi poſſunt, quibus ſpiritus ſub anguſtiorib. craſſorum humorum compræhenſi meatibus vehementiore, ob vnitatem in primis calore maxime tenuantur, vnde arctiores meatus expreſſi tenuiores erumpunt; ſecundo calidiores pariter, atque eadem ratione lucidiores, tertiò motu agiles actione vehementiſſima, quarto ſolido ac ſtabili humore iugiter emanantes actioni diutiſſimi ſeruiunt, talis autem facultas ſpiritus vitalis obſequio freta aeris peſtiferi putredini reſiſtere poterit, eo maxime, cum res, quæ à proprietate ſubſtantiæ, ac earum qualitate operantur, cum ea aqua in deſtillatione exprimantur, quales ſunt, quæ ſequuntur, & in primis ex theriaca Gentilis exprimitur, quæ hæc habet.

Aqua ex theriaca Gentilis.

Rec. *terræ ſigillatæ vnc.s.*
boli arm.
ſe citri conditi, ſing. vnc.iij.
radicum zedoariæ,
gentianæ;
diptamni albi ſing. vnc.j.
tormentillæ vnc.j.s.

ligni

ligni aloes,
se. ozimi,
caryophyllorum,
cinamomi sing. ℥. ij.
aristol. longæ & rot.
galbani,
caßiæ ligneæ, sing. ℥. iiij.
carabæ,
emblicorum sing. ℥. iij.
pulegii montani, hoc est, *politrichium* ℥. s.
moschi electi scrup. ij.
conseruæ rosarum,
diaborraginati.
diabuglosati sing. vnc. vj.
conseruæ violarum lib. j.
sy. de pomis,
de acetositate citri sing. vnc. vj.
oßis de corde cerui ℥. j.
serici combusti ℥. j.
se. granæ ℥. ij.
bellyricorum,
smaragdorum,
hyacinthorum,
saphyrorum sing. ℥. s.
auri, argenti foliatorum sing. ℥. iij.
margaritarum non perforatarum, & perforatarum sing. ℥ j. s.
theriacæ optimæ antiquæ vn. iiij. talis est autem modus cõficiendi, vt pistata omnia simul

cum theriaca incorporentur, & in vitre alembico, & eis tantum aquæ vitæ subtilis e optimo vino factæ commiſceantur, vt pe duorum digitorum menſuram ſupra exce dat, cucurbitula vitrea lutetur, & eius os in obturetur, ne reſpiret, & permitte per ali quot dies ſimul macerari, poſtmodum deob ſtrue os cucurbitulæ, & admoue roſtrum, vna cum ſuo recipiente, & ita liga iuncturas, & ro ſtri & recipientis, ne reſpirare poſſit. poſtmo dum extrahatur aqua per cineres ſuppoſito igne, cum autem aqua fuerit extracta, & fæ ces, quæ ſuper ſunt, ſint relictæ, abſq; humo re, tunc per quatuor dies ponatur in balneum mariæ obſtructo ore vaſis, ne reſpiret, poſt modum iterum eam aquam deſtillatam in fundas ſuper illas fæces, & ita macerentur ſi mul per duos dies ſemper ore vaſis obturato ne reſpiret, poſtmodum denuo deſtillabis ap poſito roſtro, & recipiente, & ita facies tribu vicibus; hac deſtillata aqua ſeruetur in vaſe vi treo, vel argenteo, cuius orificium ita obtu retur, ne reſpiret. Doſis ſanis eſt ℨ.j. cum aqu melliſſæ, vel cum vino; peſte affectis, doſis e ℨ. j. cum aquis conuenientibus, poſtmodum affecti ita ſe cooperiantur, vt ſudent.

Alia eſt aqua, quę & ſanum præſeruat à pe ſte, & peſtilentem liberat, ſi cito propinetu & hanc aquam appellant benedictam, eſt di

la laude; Quemadmodum teſtatur Antonius Guainerius *in tractatu ſuo de peſte.*

Rec. *radicum tormentillæ viridium*, ſi haberi poſſunt, *lib.j.*

Aqua benedicta.

radicum herbæ tunici,
diptamni ſing lib.s.
radicum enulæ campanæ vnc.iiij.
acetoſæ cum ſeminibus lib.ij.
buglossæ,
borraginis cum earum floribus,
roſarum rub.ſylueſtrium ſing. lib.j.
pimpinellæ,
ſcabioſæ ſing.lib.s.
ſucci limonum lib.j.
theriacæ optimæ lib.s.
aquæ ardentis ex bono vino deſtillatæ pluribus vicibus vnc. ij.
terræ ſigillatæ,
boli armeni ſing. vnc. ij.
ſandalorum alb.
rub.
ſpodii,
been vtriuſque,
margaritarum ſplendidarum ſing. vnc.j s.
oſsis de corde cerui vnc.j.
raſuræ eboris vnc.s.
croci ℥ iij.
caphuræ drach. ij.
foliorum auri vnc.s. quæ inciſa ſint cum

forfice in frusta minuta, deinde super porphyro cum mellæ diu ducas, ita vt in puluerem non tactu perceptibilem ea redige: postea pone in aquam ardentem in vase, cuius obturetur os, ne respiret, & sic permitte simul per 15. dies, deinde accipe margaritas subtilissime tritas, & ipsas impone in alia ampulla cum succo limonum, & eius os item obturetur, ne respiret, & ita simul maneant per 15. dies, interim radices omnes optimo vino lauentur, vt sint bene mundatæ à terra, demum in vmbra à vino exiccatæ in mortario contundantur. Similiter herbæ & flores, & rosæ cum seminibus conquassentur, postmodum omnia ista, in vase quodam vitreato terreo infundantur. In quo adde theriacam, cum illis aliis pulverizatis, & contusis, & aquam ardentem, cum foliis auri, & succo limonum, cum margaritis. Inde vasis os obturas, ne respiret, postea facias foueam in terra, in loco humido profunditatis trium pedum, & in fundo foueæ ponas viuam calcem ad altitudinem medii pedis, deinde vas illud desuper pone, inde impleas totam foueam fimo equino, postmodum aquæ duas situlas aspergas, & sic per 12. dies vas illud sepultum permittas, & in singulis tribus diebus fimum illum equinum abiicias, & nouum imponas, quibus expletis ab

s ab eo vaſe magdaleon illud extrahito, &
o impleas cucurbitã vitream, & appone ca-
ut vitreum cum ſuo roſtro, cum ſuo reci-
iente & indutas omnes ita ſigilla, ne reſpi-
et, & per balneum mariæ aquam extrahe
nto igne, poſtmodum extractam aquam
enuo hanc ſuper fœces infundas, & ite-
um deſtilla, tertia vero vice aquam ſecun-
a vice deſtillatam, ex ſe ſola deſtillato, tan-
em eam tertia vice deſtillatam in vaſe vitreo
uius os obturetur, ne reſpiret ſeruato doſis
ſt cochlear vnum per ſé, vel cum aliis theria-
alibus confectionibus, pulueribus, &c. Hæc
amq; aqua ſpiritus multiplicat, ipſosq; cla-
ificat, membra omnia firmat, ipſaque ita diſ-
onit, vt cuiuſcunque putredinis impreſſio-
em peſtem inducere potentis nequaquam
uſcipiant, ac peſtis venenoſitati mirum in
nodum reſiſtit.

Alia, Rec. *radicum tormentillæ viridium*, ſi haberi poſſit, *lib. iij.*

radicum herbæ tunici,
diptamni,
enulæ campanæ,
zedoariæ,
doronici,
anthoræ, ſing. lib. j. ß.
pimpinellæ,
bugloſſæ,

borraginis,
ſcabioſæ,
verbenæ,
acetoſæ,
been vtriuſque,
ſcordion,
thlaſpi,
cardibenedicti,
gentianæ rubeæ,
vincetoxici,
angelicæ, ſing. m. ij.
roſarum rub.
baccæ myrtillorum,
roriſmarini ſingu. m. j. omnia hæc groſſo modo contundantur, atque in lib. 200 vini potentis odoriferi calidi macerentur, ſpatio temporis, trium dierum, deinde hæc omnia ſimul deſtillentur vt ſupra. Cum autem tota fere aqua ex vino deſtillata fuerit, tunc fœces per torculare fortiter exprimantur, cui expreſſioni adde eam aquam deſtillatam ex vino, quibus poſtmodum adde

ligni aloes,
caryophyllorum,
cinamomi,
caſſiæ ligneæ,
corticum citri,
ſpicæ,
ſpodii,

ſantalorum omnium,
oculorum cancrorum,
ſem. acetoſæ,
ozimi,
ſem. citri,
ſem. granæ,
plantaginis,
portulacæ,
coriandrorum præp. ſing. vn. i. s.
theriacæ finæ vn. i, deinde omnia ſimul per balneum mariæ deſtilla, & cum tota ferè exiuerit aqua, tunc iterum hanc aquam deſtillatam ſuper fæces infundas, & ita ſemper reiterabis vſque ad nouem vices, poſtea fœces per torculare fortiter exprimantur, deinde hanc expreſſionem, vna cum aqua deſtillata commiſceto, poſtmodum adde *terræ ſigillatæ vn. ij,*
boli armeni vn. i.
margaritarum vn. s.
frag. omnium ſing. ʒ. ij.
foliorum auri num. 100.
foliorum argenti num. 50.
oſsis de corde cerui vn. i.
raſuræ eboris vn. s.
corallorum omnium ſing. ʒ. ij.
cornu cerui,
vnicornu ſing. ʒ. i. s. omnia pulueriżata ſubtiliſſime, & ita per duos dies ſimul macerentur

rentur in vase stricti orificii, cuius os obture-tur, ne respiret. In balneo mariæ, postea pone omnia hæc in cucurbitulam, vt supra in balneo mariæ destillabis, & aqua, quæ exi-uerit, denuo infundatur super has fæces, & permitte sic macerari in vase stricti orificii, cuius os obturetur, ne respiret. In balneo mariæ per duos dies, deinde iterum per bal-neum mariæ destilletur, deinde cum fe-rè tota aqua fuerit destillata, iterum commi-scebis cum illis fæcibus, & permitte macera-ri per duos dies in balneo mariæ, vt supra, & iterum destillabis, tandem hac aqua destilla-ta, denuo ex sola, destilletur cum moscho & ambra, & floribus cordialibus, & in vase ar-genteo, vel vitreo seruetur, in æstate peste affectis cum aqua rosata drach. ij. propina-bis, in hyeme ʒ. ij. cum aqua melissæ non af-fectis ʒ. i.

Alia, Rec. *aquæ vitæ optimæ ex vino optimo confectæ* ℔. *iij. s.*
caryophyllorum,
piperis longi,
granorum paradysi sing. ʒ. *i. s.*
nucis moschatæ drach. i.
macis drach. ij.
cinamomi,
Zinz. albi,
galangæ sing. drach. ij.

cube-

cubebarum drach. i.
ligni aloes drach. i.
Zedoariæ,
diptamni albi,
gentianæ,
angelicæ,
cardui benedicti,
cardopacii sing. vn. i.
santalorum alborum,
citrinorum sing. vn. s.
theriacæ,
mithridati sing. vn. s. *misce in vase vitreo,*

cuius obturatum sit os, simul macerentur per duos dies in balneo mariæ, postea per tres dies maneat sub radiis solaribus in æstate: In hyeme post fornacem calidam per octo dies, omni die semper bis commiscendo, commouendo, & agitando vas, postea per balneum mariæ, vt supra, destillentur, tunc gustabis aromata, si acredinem propriam adhuc seruant, si nullum saporem proprium habuerint, serua eam aquam destillatam in vase vitreo, vel argenteo, cuius os bene obturetur, ne respiret, sed si fæces illæ, siue aromata ea adhuc seruauerint saporem suum, tunc repone denuo super ea aromata eam aquam destillatam, & destilla idq; toties facies, quousque aromata amiserint totum proprium saporé, sed

ſed in fine liga *moſchi gra. ij.* *camphoræ gra. iij,* in fine roſtri, ita aqua deſcendendo madefaciat moſchum, & camphoram: doſis eſt vn.s. cum aquis cordialibus.

Alia, Rec. *theriacæ finiſſimæ vn. iiij.*

radicum galangæ vn. i.

tormentillæ,

diptamni,

boli armeni præparati,

terræ ſigill. ſing. vn. ſ.

Zinz.

maceris ſing. vn. i.

radicum pimpinellæ,

zedoariæ,

piperis longi,

calami aro.

gentianæ,

cinamomi interioris ſing. vn. i. confracta groſſo modo macerentur hæc in ſ. q. aquæ vitæ ex optimo vino confectæ, & pluries deſtillatæ, & denudatæ à ſuo phlegmate, hæc enim operiat res has, & ſuper excedat per quatuor digitos, & macerentur ſimul per 21. dies, omni die agitando duabus vicibus, ſed vaſis os ſit ita obturatum, ne reſpiret, poſtea deſtilletur; doſis eſt vn. s. cum vino, aut aqua cordiali, ſi quis eam validiorem conficere voluerit, obſeruet modum præſcriptæ aquæ.

Alia,

Alia, Rec. *tormentillæ vn. iij.*

theriacæ optimæ,

mithridatii sing. vn. s.

boli armeni,

terræ sigill sing. vn. s.

camphoræ drach. ij.

ambræ griseæ scrup. i.

piperis longi vn. i.

gentianæ,

diptamni,

specierum diamargaritonis,

radicum aristolo. vtriusq; sing. ℥. iij.

pulueris liberantis drach. iij. macerentur in aqua vitæ, vt supra, destillentur, dosis est vn. s. cum aquis scabiosæ valerianæ, acetosæ.

Alia, Rec. *foliorum lauri vn. iiij.*

florum anthos vn. ij.

foliorum indi,

nepitæ sing. vn. s.

abrotani,

rutæ sing. vn. i.

thymi,

serpilli,

origani,

menthæ,

absynthii sing. drach. vj.

radicum angelicæ vn. ij.

valerianæ,

pimpinellæ,

gentia-

gentianæ,
diptamni,
tormentillæ sing. vn. i.
enulæ campanæ vn. ij.
lapatii acuti,
raphani sing. vn. i. s.
corticum citri arantiorum sing. vn. ij.
radicum leuistici,
astrucii,
chælidoniæ,
ciperi sing. vn. s.
maioranæ m. ij.
stœchadis arab.
squinanti,
spicæ sing. drach. iij.
florum rosarum,
borraginis,
buglossæ,
violarum sing. vn. s.
saluiæ,
lauendulæ sing. vn. i.
granorum iuiperi vn. iij.
carpobalsami,
cymini,
coriandri præp. sing. drach. ij.
cardamomi,
caryophyllorum sing. drach. iij.
cinamomi electi vn. i.
croci vn. s.

sem.

sem. acetosæ,
lactucæ sing. drach. ij.
baccar. lauri vn. i. s.
maceros,
ligni aloes drach. iij.
nucis muschatæ vn. i.
myrrhæ electæ vn. i. s.
sem. ameos,
amomi,
agni casti,
erucæ sing. vn. s.
rhabarbari electi vn. i.
rhapontici vn. s.
caricarum num. 15.
sacchari candi vn. iij.
gummi serapini,
bdellii sing. v. i. incidenda incidantur, cõquassanda conquassentur, desuper proijce vinimaluatici ℔. viij. vini ter destillati ℔. vj. macerentur simul per mensem sub solaribus radiis, omni die agitando, deinde colentur, & fortiter per torculare exprimantur, & expressioni adde
theriacæ antiq. bonæ vn. viij.
mithridati optimi vn. iiij. & destillentur in balneo mariæ secundum artem lento igne, deinde huic aquæ destillatæ adde *specierum electuarii de gemmis frig. vn. ij.*
diamusci dul.

diam-

diambræ,
diarhodon abbatis,
diatameron sing. drach. i.
aro. ro. drach. i. s.
camphoræ drach s.
moschi boni scrup. i.
ambræ scrup. s.
foliorum auri & argenti sing. numer. 15. ligentur in panno raro syndonis rubei, & suspendatur, suspendēdo in aquam dictam destillatam, & in vase vitreo vel argenteo seruetur, cuius os obstruatur, ne respiret; dosis est vn. s. cum aquis cordialibus.

Alia, Rec. *radicum tormentillæ,*
valerianæ,
pimpenellæ sing. vn. i.
serpentariæ,
diptamni albi sing. vn. i.
terræ sigill.
boli armeni,
spermatis cetæ sing. vn. i. s.
galangæ,
piperis longi,
ZinZ.
caryophyllorum,
Zedoariæ sing vn. i.
gentianæ vn i s.
macis drach. vj.
croci ʒ. ij. *theriacæ vn. ij.*

aqua

aquæ vitæ, quantum sufficit, vt super speciebus natet per duos digitos, & in vase vitreato macerentur per 15. dies sub sole, omni die agitando, ore vasis bene obturato, deinde colentur: dosis est à drach. iij. vsq; ad quatuor.

Alia. Rec. *radicum tormentill.*
valerianæ,
pimpinell.
zedoariæ,
terræ sigillat.
boli arm. præpar.
cinamomi,
nucis mosci,
saluiæ,
absynthij,
rutæ,
florum borraginis,
buglossæ,
sampsuci sing. ʒ. j.
Zinz. albi.
baccarum juniperi sing. ʒ. ij.
moschi gra. j. theriac. veteris ℥. j. s. mis. hæc omnia puluerizata, adde *vini sublimati lib. iiij.* macerentur simul in vase vitreo eius ore obturato, sub sole in hyeme in æstuario calido, seu in balneo mariæ per x. dies, semper omni die agitando & vsui seruetur,

Alia, quæ dicitur aqua solis. *Aqua solis.*

Rec. *radicum tormentill.*

valerianæ,
serpentariæ,
absynthij,
diptamni,
gentianæ,
præmorsæ sing. ℥. iij.
cardui benedicti. ℥. ij. s.
radicum,
caryophyllatæ,
angelicæ,
zedoariæ,
vincetoxici,
enulæ campanæ sing. vn. j.
baccæ iuniperi ℥ ij. s.
liquiritiæ rasæ drach. x.
aranciorum minutim incisorum num. iij.
baccarum lauri ʒ. iij.
cinamomi electi ℥. j. s.
nucis vomicæ, ʒ. ij.
sulphuris viui præparati vn. j. s.
croci integr. ʒ. j.
corticum citri vn. s.
santalorum citrinorum ʒ. ij.
ligni aloes ʒ. j. s.
se. anisorum,
fœniculi,
coriandri præpar. sing. ʒ. ij. s.
zinz.
macis,

nucis mos.
caryophyllorum sing.ʒ.ij.
piperis longi,
granorum paradysi sing.℈.iiij.
majoranæ,
absynthij,
saluiæ,
foliorum lauri,
florum borraginis,
buglossæ,
violarum,
*anthos sing.m.s.*contundenda contundā-tur, incidenda incidantur, macerentur in lib. vj. aquę vitę boni vini, muscatellini lib.xij. per dies 15. postea colentur, & exprimantur, & expressioni adde *ther. mithridatij sing.vn.j.s.*
trochiscorum de camphora vn.s. destillentur secundum artem in balneo mariæ, aquæ tandem destillatæ, adde *specierũ electuariȷ̃, de gẽmis,*
diambræ,
diamosci dul.
diarrhodon,
diamargaritonis sing.ʒ.j.
moschi gran.5.
ambræ ℈.s.
foliorum auri num.xx.
rhabarbari electi ʒ.ij.s.
spicæ,
squinanti sing ℈.s.

ſacchari candi ℥.ij.
ſucci pomorum citri lib. iiij.
camphoræ ℥.ij.
boleti cerui vn.s.
croci integri ℥.j.s.
rutæ,
roriſmarini.ſing.m.ij.s.
aceti lib.j.s. macerentur ſimul in vaſe vitreo, cuius os obturetur, ne reſpiret, per 15. dies, poſtea iterum in balneo mariæ deſtillẽtur, & aqua, quæ exibit, iterum infundatur ſuper dictas fæces, & ita iterum in vaſe, cuius os poſtea ſit obturatum, & ita macerentur ſimul per duos alios dies, poſtea iterum deſtillentur, & aqua, quæ exibit reſeruetur in vaſe vitreo, vel argenteo, cuius os ita obſtruatur, ne reſpiret.

Aqua nucũ. Alia, quæ appellatur aqua nucum.
Rec. *rutæ,*
ſcabioſæ,
borraginis,
bugloſſæ,
acetoſæ ſing.m.j.
nuces immaturas num.vj. miſ. & ſimul deſtillentur.

Alia aqua nucum. Rec. *rutæ,*
ſcabioſæ,
hypericonis ſing.m.v.
calendulæ,

dipta-

diptamni sing.m.ij.s.
rosar.rub.m.iij.s.
cinamomi,℥.j.
acetosæ,borraginis,
buglossæ sing.m.ij.s.
nucum viridium num.xxv. omnia contũtantur & secundum artem per balneum mariæ destillentur.

Alia.Rec.*enulæ campanæ,*
tormentillæ sing.ʒ.ij.
pimpinellæ,
diptamni,
cinamomi,
boli armeni,
scabiosæ sing.ʒ.j.
theriacæ,
mithridati sing.ʒ.j.
camphoræ ʒ.s.
foliorum auri num.v.
aquæ vit.optimæ ex vino confectæ lib.iiij.misc. & macerentur simul in balneo mariæ in vase vitreo stricti orificii, cuius os obturetur, ne respiret, per duos dies, postea per octo dies sub sole macerentur, omni die bis conquassando vas, postmodum in balneo mariæ secũdum artem destillabis.

Alia.Rec.*aquæ vit.lib.iij.*
nucis Indicæ quartæ partis vnius,
Aristol.rot.℥.iij.

diptamni albi ʒ.j.s.
gentianæ,
centaureæ maioris,
acetosellæ agrestis,
rutæ.
tormentillæ,
radicum scabiosæ sing.vn.j.
nucum communium num.xij. conterenda, conterantur, macerentur inde omnia simul per 7.dies in balneo mariæ, in vase stricti orificii, & obturetur os, ne respiret, postea destillentur in balneo mariæ secundum artem, sed antequam destillentur, adde aliis rebus *theriacæ optimæ vnc.j.* Dosis est vnus cyathus, prouocat sudorem.

Alia. ℞. *tormentillæ,*
diptamni,
zedoariæ,
carlinæ, j. cardopacij,
angelicæ sing.ʒ.j.
cardui benedicti,
camphoræ,
santalorum citrinorum,
rub.sing.ʒ.ij.
moschi optimi ʒ.s.
hæc omnia puluerizentur, & macerentur per octo dies in aqua vitæ, deinde in balneo mariæ destillentur secundum artem, dosis est sanorum cochlear, ægrorum vn.j. cum the-

theriaca propinetur: si patiens non fuerit iuuenis, prouocat vomitum, & sudorem: si autem iuuenis, sudorem duntaxat prouocat.

Alia. ℞. *tormentillæ ℥. j.*
diptamni,
vincetoxici,
pimpinellæ,
valerianæ,
doronici,
angelicæ, sing. ℥. s.
corticum citri,
se. citri.
se. acetosæ sing. ℈. ij.
santalorum omnium sing. ℈. j.
camphoræ ℈. s.
cinamomi ℥. j. s.
ligni aloes drach. j.
theriacæ,
mithridatij sing. drach. ij. hæc omnia contusa macerentur in aqua vitæ per octo dies, postea destilla per balneum mariæ secundum artem.

Alia. ℞. *cinamomi,*
caryophyllorum,
zinz.
nucis moscat. piperis longi, sing. vn. s.
dactylorum, drach. j.
cubebæ,
granorum paradysi, macis,
anisorum,

galangæ.sing. ℥ *s.*

saluiæ ℥.*xij.puluerizentur omnia, & macerentur per octo dies in xij.libris vini maluatici,* in vase, cuius os obstrueretur ne respiret, deinde in balneo mariæ secundum artem destillentur.

Alia, quæ in animi deliquio multum prestat. Rec. *vini pluribus vicibus sublimati,*

vini maluatici sing.lib. ij. s.

cinamomi electi ℥.iiij.

zinz.

zedoariæ,

galangæ,

hysopi sing. ℥. *j. s.*

caryophyllorum,

nucis muscatæ conditæ,

benedictæ,

caryophyllatæ sing. ℥. *j.*

cubebarum ℥.*s.*

melissæ,

ireos,

mentæ sing. ℥ *j.*

florum lauendulæ,

rorismarini sing. ℥.*s.*

rosarum albarum rub.sing. ℥.*j. mis.* & puluerizentur, pul.reliqua conterantur, & conquassentur, & pone omnia in vas vitreum, deinde adde *sacchari vn.iij.*

sacchari candi vn.j.

pas-

passularum lib.s.
caricarum vn.iiij.
camphuræ ℥.ij.
aquarum rosarum,
endiuiæ,
florum sampsuci, sing. lib.j. macerentur omnia simul per 20. dies sub radiis solaribus in vase stricti orificii, cuius os obturetur, ne respiret, omni die conquassando, postea in balneo Mariæ destilletur.

Cap. XVIII.

De Iulepis.

Contra sitim, Rec. *cichoreæ,*
endiuiæ,
lactucæ,
portulacæ,
acetosæ,
trifolij,
rostri porcini,
borraginis,
buglossæ,
florum earum an.m.j.
rosarum rub.
violarum,
florum nenupharis an. ℥.iij.
sem.end.
scariolæ,

portulacæ,
acetosæ, ana ʒ.vj.
sem.citr.mundati vn.j.
sem.com.frig.maiorum,
florum rorismarini an.ʒ.ij.
sandalorum omnium,
berberorum an.ʒ.iij. macerentur omnia in sex lib.aquæ fontis per duos dies, deinde omnia destillentur in balneo Mariæ, & cum aqua inde, quæ exierit, & saccharo q.s. fiat postmodum iulepus, & acetosetur cum aceto, & aromatizetur cũ spodio, & pauca camphora, & in fine decoctionis addantur *aquæ rosatæ* ℥.iij. & parum diamoschi dulcis, & fiat iulep: dosis ʒ.ij.pro vice.

Aliud cordiale extinguens sitim.

Rec. *aquarum buglossæ,*
endiuiæ,
melissæ, an.vn.vj.
aquarum graminis,
rosarum an.vn.iij.
aquæ fontis lib.s.
sacchari lib.j fiat iulepus longus, aromatizetur cum *sandalis citrinis ʒ.ij.*
cinamomi,
ligni aloes an.ʒ.j.
croci drach.s.
ambræ scrup.j.

Nota, quod aqua graminis, buglossæ, de-

coctio

ctio se.citri, & florum cordialium habent
roprietatem resistendi putredini aeris.

Ex his etiam componi possunt iulepi,
quemadmodum hic seq. qui curat cor à qua-
unque cardiaca passione.

Rec. *aquarum melissæ vn.j.s.*
buglossæ lib.j.
betonicæ,
violarum, sing lib.s. in his macerentur per
iem naturalem, cinamomi electi drach.ij.
ligni aloes,
caryophyllorum,
stœchadis sing. drach.j.
capill. Ven.
scabiosæ,
farfaræ sing. p.j.
corticum citri,
sem. eius,
santalorum citrinorum, sing. ℥ ij.
florum violarum p.j.s. Deinde bulliant le-
ni ebullitione, vsque ad consumptionem ter-
tiæ partis, & colentur, cui colaturæ addantur
sy. iuiubini,
de buglossa sing. ℥.vj. fiat iulep. clarifica-
tum, quod aromatizetur cum *speciebus diamo-*
schi dulcis drach.j.
saphyri,
smeraldi,
granati,

rubi-

rubini sing. scrup. j. hæc fragmenta primo præparentur.

Aliud. Rec. *succi pomorum dul. lib. j.*
succorum citrangulorum,
limonum,
acetositatis citri. sing. vn. ij.
aquarum buglossæ,
melissæ,
violarum sing. vn. vj. macerentur simul per diem naturalem: cinamomi electi,
santalorum,
citrinorum sing. ʒ. ij.
caryophyllorum vn. s.
macis,
corallorum,
margaritarum, sing. scrup. ij. deinde bulliant vnica ebullitione, cum q. s. sacchari, fiat iulep clarificatum, & aromatizetur cum *speciebus electuarij de gemmis ʒ. j. s.*
triasantalorum drach. j.

Aliud. Rec. *syr. de acetositate citri,*
succi acetosæ facta residentia sing. vn. vj.
aquarum acetosæ,
nenupharis, sing. vn. ij.
aquarum cichoreæ,
lupulorum,
buglossæ, sing. vn. ij. s.
vini granatorum, vn. j. s. misce, & fiat iulepus, & aromatizetur cum sandalis citrinis.

Alius.

Alius. Rec. *succi melissæ,*
succi acetosæ facta residentia singulæ quartale j.
aquarum rosarum,
end. sing lib. s.
aceti albi ℥.ij.
santalorum alb.
rub. pal. sing ℥.ij.
camphoræ vn. j.
sacchari vn. vj. fiat iulepus, & clarificetur.

Alius. ℞. *aquarum acetosæ,*
scabiosæ,
rosarum,
nenupharis,
buglossæ, sing. ℥.vj.
manus Christi perlati vn. iiij.
cinamomi electi ℥.v.
trochiscorum de camphora ℥.ij. mis. & fiat iulepus.

Alius. Rec. *conseruæ rosarum,*
buglossæ,
borraginis, sing. vn. j.
specierum tria santalorum sing. ℥.j.
specierum electuarij de gemmis ℥.s.
florum anthos ℈.ij.
conseruæ liquefiant in aceto, & exprimantur, & expreßioni cætera addantur, & aqua rosea, cum iulepo rosato fiat iulep longum.

Aliud. ℞. *aquæ rosatæ,*

succi

succi pomorum acetosorum,
succi pomi citri,
aquæ buglossæ sing. vn. ij.
sacchari albi lib. s fiat iulep.

Aliud, quod bibitur post quartum horæ pheb. Rec. *conseruæ rosarum,*
buglossæ,
borraginis,
succi aranciorum acetosorum an. ʒ.ij. ligantur in pecia rara, & macerentur in aquæ buglossæ, acetosæ ʒ.iij. & per mediam horam postea exprimantur, & potui propinentur.

Et hæc quantum ad medicinas per os ingerendas, quæ cor firmandi vim habent, modo superest, vt hic percurramus extrinsecus admouenda, quemadmodum sunt olea, sacculi, vnguenta, epithemata, quæ etiam corroborandi cor facultatem habent, quamuis nō nulli hæsitant, ea cordi admouere, hac ducti ratione: Nam si posueris extra, vel actu, vel potentia frigidum; si frigidum actu, constipabis cutanea spiramenta, ne vapores difflent, quo fit, vt cordis euentatio prohibeatur, ad hoc dicerem, verum esse, si quæ extrinsecus admouentur, essent composita ex puris frigidis astringentibus; sed existunt, quæ nō sunt ita frigida actu, sed moderate, imo optime penetrant, quia ob motum arteriarum fit attractio, nec est illa frigiditas, quæ obtundat calidita-

An & quomodo exteriora frigida sint admouenda.

ıcatem, quia frigida moderate & aſtringen-
ıa modice, adiuuant ad penetrationem; ſed
uæ multum excedunt in frigiditate, & quæ
raſſæ ſubſtantiæ, incommoda ſunt, ſiue fue-
ınt frigida actu, aut liquida, aut vnctuoſa, vn-
e quæ cordi admouentur, calefieri quoquo-
ıodo debent, frigiditas enim remiſſa non
npedit penetrationem, quo ad potentiam
dmoueantur frigida peruiarum partium, vt
ıccus limonum, aqua roſata, acetoſa, quia
enetrat, & citius refrigerant, quam quæ per
s propinãtur, ſed cum frigidis, quemadmo-
um dictum eſt, admiſceri etiam debent cali-
a cordialia, quemadmodum Maluaticum
inum, & crocus, & ſimilia, ideo exordium
rit ab oleis.

Cap. XIX.

De oleis.

QVæ cordis ſubſtantiam à quacunque re venefica tueantur, ſunt quoq; illinitio-
ıes, vtpote manuum & pedũ pulſus, ac tem-
orum & cordis extimæ partis de tribus in
ribus horis, vt ℞. *olei antiquiſsimi lib. iij.*

foliorum hyperici virentis contuſi m. iij. ſimul
nacerentur per 12. dies in arena, quæ ex Sole
erueat, clauſo ore vaſis, ne reſpiret, deinde
one vas in balneum Mariæ per horas 24.
nox oleum ab herba exprimatur, poſtmo-
lum ℞. *hyperici,*

chamæ-

chamædrios,
calaminthæ,
carduibenedicti sing.m.j. quæ omnia con-
tundantur,& miſceantur cum oleo,& mace-
rentur ſimul tribus diebus in balneo Mariæ
deinde exprimantur, poſtmodum accipe *flo-
rum hyperici m.iij.* Contundantur,& maceren-
tur per triduum cum oleo in balneo Mariæ
deinde exprimantur,& ita fiat quater, vſque
quo oleum ſanguineum apparet, poſtea acci-
pe *ſem. hyperici m.iij.* contundantur,& mace-
rentur in vino aliquantulum, in oleum ite-
rum infundantur, poſtmodum in arena cali-
diſſima abſcondantur per octo dies, deinde
per tres dies macerentur in balneo Mariæ,o-
re vaſis obturato, poſtea colentur & expri-
mantur, ita quatuor vicibus macerabis hype-
rici noua ſemina, deinde accipe *ſcordij recentis
calaminthæ,centaurij minoris,carduibenedicti, ver-
benacæ,diptamni Cretenſis ſing.m.s.* tundantur o-
mnia,& mergantur in oleum prædictum,&
per biduum macerentur ſimul in balneo Ma-
riæ,deinde colentur,& exprimãtur, poſtmo-
dum ſumantur *zedoariæ, radicum diptamni albi,
gentianæ,tormentillæ,ariſtologiæ rot.ſing.ʒ.iij. ſcor-
dij m.j.* contundantur omnia, & macerentur
in balneo per tres dies continuos colentur,
& exprimantur, infundantur denuo *ſtyracis
cal.laſeris,ſing.ʒ.vj.*

bacca-

baccarum iuniperi drach. iiij.
melanthii drach. ij.
cinamomi drach. viiij.
iunci odorati,
cyperi. sing. drach j. s.
santalorum alb. vn s. infundantur omnia
in eodem oleo, per triduum continuum in
balneo macerentur, demum colentur, & exprimantur
modo, quo ante dictum est, postremo
300. scorpiones in diebus canicularibus
collectos in vas vitreum ponantur, quod
vas ponatur super cineres calidos, & cum sudant,
& irascantur, tunc superinfunde oleum
in dicto vase, caue, ne cineres calidi frangant
vas suo calore, obturato vasis orificio, macerentur
simul tribus diebus, deinde colentur,
& exprimantur, proiectis scorpionibus, rursus
in dicto oleo infundantur *rhabarbari,*
myrrhæ,
aloes hepaticæ, sing drach. iij.
nardi Indi drach. ij.
croci drach j.
theriacæ electæ,
mithridatii sing. vn. s. contundenda confundantur,
vltimo infundantur in oleo, per
triduum continuum macerentur in balneo,
deinde oleum non amplius percoletur,
sed recondatur perinde ac carpobalsamum.

Aliud. Rec. *olei oliuarum veteris lib. j.*

ſcorpiones num. 100. *vel circa*, bulliant in dicto oleo aliquantulum, deinde per pãnum lineum colentur, ac diffundantur in amphyalam vitream, miſcendo *rhabarbari* ℥.j. per dies 40. Ita maceretur ſub radiis ſolaribus ferventibus, cum quo oleo, antequam recedas è domo, inungas aliquantiſper tempora, brachiorum & pedum pulſus, & regionem cordis.

Aliud. Sumatur bocia capacitatis 24. librarum, & impleatur vſque ad medietatem cum floribus ſampſuci, & ℔.ij. florum altheæ, tunc macerentur in duplici vaſe, in balneo Mariæ, vaſis ore obturato, ne reſpiret, poſtea adde *florum hyperici* ℔.ij. deinde oleum antiquiſſimum, poſtmodum in ipſo vaſe obturato ore ſimul in fimo ſepulta per 10. dies macerentur, deinde maneant ad Solem per totam æſtatem, tandem per torculare exprimatur, & vſui ſeruetur oleum illud.

Aliud. Rec. *florum ſampſuci cadentium ex agitatione, maparum lib. vj.*

florum altheæ,

ebuli ſing. lib. j. s.

florum hyperici lib. ij.

olei antiquiſſimi q. ſ. ad cooperiendum flores deinde bulliant in vino potenti, vſque ad ſpiſſitudinem mellis, poſtea fortiter exprimantur, & deſtillentur, & in ipſo oleo infunde

e ſcorpiones num. 200. vel imponas aſpi-
em viuum, & vnum ſtellionem viuum in
pſo oleo, tam in tanta quantitate, vt ipſi viue-
e poſſint, & ſe mordeant, & cum mortui
unt, colentur, angues abiiciantur, & oleum
eruetur ſub radiis ſolaribus per totam æſta-
em: His autem oleis ſi volueris præſeruari à
eſte, inunge cordis regionem: ſi vero quis
nfectus iam ſit, inungat cordis regionem, &
irca apoſtema: ſi autem perſona ſit tibi cha-
a, vnge totum eius corpus, quoniam ſudabit
udore fœtido malo, & cito.

OLEVM AD ATTRAHENDVM ANTRACEM, AD quemcunque locum volueris.

Rec. *olei de terebinthina lib. j.*
de lachryma abietis,
olei laurini, ſing. lib. ſ.
olei de ſcorpionibus,
gummi elemi vn. iij.
olibani,
ligni aloes,
laudani,
ſerapini,
caſtorij, ſing. vn. j. ſ.
galangæ,
cinamomi,

nucis muſcatæ,
cubebarum,
Zedoariæ,
opoponacis, ſing. vn j.
reſinæ pineæ,
picis naualis, ſing. vn. s. terantur groſſo modo, & macerentur ſimul, & deſtillentur per arenam, per diem & noctem continuo.

Cum in febre peſtilentiali commoueantur vermes, iſto oleo inungatur venter:

Oleum contra vermes.

Rec. *oleorum abſynthij,*
de amygdalis amaris,
de citoniis ana ℥.s.
roſarum,
corallorum,
lupinorum,
cornu cerui vſti,
ſem. endiuiæ,
plantaginis,
portulacæ, ana drach. j.
aloes ſuccocitrinæ drach. ij. miſ. abſq; cera.

Aliud. Rec. *oleorum abſynthij,*
citoniorum,
amygdalarum amararum ana vn. vj.
ſucci ſantonici,
abrotani,
matricalis,
mentæ,
caulium,

absynthij, ana vn.j.
lactis nucleorum persicorum,
cerasorum,
prunorum, ana vn.s.
rosarum,
corallorum,
farinæ lupinorum,
cornu cerui vsti ana vn.iiij.
aloes hepaticæ, & succocitrinæ ana vn.s.
foliorum persici,
fellis taurini ana vn.j. cum cera, fiat vnguentum, cum quo inungatur venter.

CAP. XX.

De sacculis cordialibus.

SAcculi ex his componantur, quæ excessiuas non habeant qualitates, sed cum temperatis rebus, sed audendum plus in corporibus sanis est componere sacculos cum calidis, quam cum frigidis, & in infirmis magis cũ frigidis, quam cum calidis; tamẽ semper commisceantur calida cum frigidis. Ita obseruetur in epithematibus & vnguẽtis, sacculi ex purpurea syndone conficiendi sunt, & supra cor, sub mamillam sinistram imponendi.

Rec. *florum buglossæ,*
echij,
cirsij,
stœchadis,

foliorum apiaſtri,
roriſmarini,
ozimi, ſing. p. j.
corticis citri,
coralli rub.
albi,
oſſis de corde cerui,
camphoræ,
telæ bombicinæ combuſtæ drach ij.
moſci grana iiij.
croci grana ij. pulueri zentur, & fiat ſacculus. Andernacus.

Alius. Rec. *roſarum rub.*
violarum,
florum buglоſſæ,
e. hij,
cirſij ſing. p. j.
folij myrthini,
corticis citri,
corallorum rub.
alborum,
ſuccini candi,
ſantalorum alborum, ſing. ℥.ij. pulueri zentur, & fiat ſacculus. Idem.

Alius. Rec. *florum & foliorum bugloſſæ, ſing. drach. ij. s.*
hyacynthi,
ſmaragdi, ſing. gran. iiij.
foliorum auri & argenti, ſing. ſcrup. s. fiat

...culus, vaporandus est, ex vaporibus aquarum rosarum, cum pauco aceti & croci, quæ ...pra tegula calefacta aspergantur, vel calefiat ...ter manus, quoniam nullum actu frigidum ...dmouendum regioni cordis: nihil enim est ...lori naturali conuenientius, quam calor ...se naturalis.

Alius temperatus. Rec. *sem. & foliorum melissæ, sing. drach. ij.*
rosarum rub. scrup. ij.
margaritarum nouarum gran. vij.
ligni aloes non sophisticati, neq; vetustate corrupti,
caryophyllorum optimorum, sing. scrup. j.
been vtriusque, sing. scrup. s.
croci gran. iij. pista subtiliter, & in sacculum pone, quem vapora cum decoct. melissæ, ...nulæ, zedoariæ, & cubebarum, aut cum santalis, & corallis, & cum calidis & frigidis secundum necessitatem.

Alius. Rec. *succini electi drach. ij.*
foliorum myrti,
corticis citri,
florum nenupharis,
rosarum rub.
violarum,
croci,
macis,
santalorum citrinorum, sing. drach. j.
camphoræ, Oo 4 *assa*

aſſæ dulcis, ſing. ſcrup. j.
ambræ,
moſchi, ſing. ℈. *s.* & fiat ſacculus.

Alius frigidus. Rec. *roſarum rub.* ʒ. *s.*
coriandrorum præp.
ſpodij,
corallorum rub.
ſantalorum ſing. ſcrup. j.
margaritarum gran. ij. fiat ſacculus, vaporandus cum aqua roſea, & pauco croci.

Arſenicum vero qui his in ſacculis cordi admouent, neque probatorum auctoritate virorum, neque ratione commoti illud peragunt, quapropter ab eo abſtinendum cenſeo.

Rec. *margaritarum ſcrup. j.*
corallorum rub.
ſandalorum rub. ana ſcrup. ij.
ſpodij ʒ. v.
coriandrorum præpar. ʒ. *j.*
roſarum rub. m j.
corticum citri ʒ. *j. s.*
camphoræ gran. iiij. fiat ſacculus.

In dolore capitis in feb. peſtil. ſacculi apponendi fronti.

Sacculus pro dolore frõtis. Recipe *roſarum rub. q. ſ. non pulueriz atarum, fiant duo ſacculi interbaſtati*, cum duplici baſta, decoquantur in aqua, quouſque incipiant bullire, tunc deponantur ab igne, poſtea com-

comprimantur cum manibus, & applicentur fronti, tamdiu quod fuerint calidi, videlicet pro tempore, quo diceret Pſalmum Miſerere mei, poſtea alter apponatur, tribus vicibus vtantur in die alternatis vicibus, ſi dolor ſedatus fuerit, calefaciendo eos in eorum expreſſione, cùm opus fuerit reiterare. Cæterum, cum amouentur iſti ſacculi, tunc admoueant tunc alterum, qui ſequitur, & tunc dormiat, ſi poſſet.

Rec. *roſar. rub.* ℥. *ij.*
florum nenupharis ℥. *s.* teratur groſſo modo, & fiat ſacculus, in panno lineo raro, pro fronte, poſſunt addi *drach. ij. ſe. papaueris albi*: applicetur fronti abſque calefactione.

In dolore ſtomachi in ſimilibus febribus tempore paroxyſmi, ſacculus. *Pro dolore ſtomachi.*

Rec. *roſar. rub.* ℥. *j. s.*
pſidiarum,
balauſtiorum ana ℥. *s.*
coriandri præparati drach. ij.
corallorum rub. drach. iij.
panis aſſi infuſi in acet. ℥. *j.* pul. omnia groſſo modo, & fiat ſacculꝰ, applicetur ſtomacho tepefactus aſperſo vino ſuper tegulam, vel aqua roſata, cum modico aceti, ſed ſi contingeret, quod talis dolor eſſet ex flatu eleuato à à cholera groſſa, & phlegmate vti ex cholera

vitulina, is sacculus non tollet dolorem, tum instituenda est talis fomentatio.

CAP. XXI.

De epithematibus.

EPithemata fiant, cum candida syndone duplicata cum aquis stillatitiis frigidis vel calidis cordialibus, quemadmodum.

℞. *Aquæ rosat.* ℥. *v.*
aquæ bugloss. ʒ. *j.*
triasandalorum sing. ℥. *j.*
pulueris rosar.
spodij,
corallorum rub. ℈. *s.* & si vis magis infrigidare, adde camphoram, vel.

℞. *Aquæ acetos.* ℥. *vj.*
succi pomorum aranciorum, vel ejus aquæ stillatitiæ,
succi, vel aquæ citri mali sing. ʒ. *j.*
corallorum rub. ʒ. *s.*
croci gran. iij.
coriandrorum siccorum ℈. *j.* adde camphoram, si expediet.

Calidum autem tale. ℞. *Aquæ melissæ* ℥. *v.*
aquæ bugloss. ℥. *j.*
zedoariæ ℈. *j.*
moschi,
ambræ, sing. gran. ij. terenda terantur, & fiat epithema, vel.

℞. *Aquæ*

℞. *Aquæ stillat. enulæ, ac melissæ sing. ℥. iij.*
aquæ ozimi,
caryophyllati ℥. j. s.
cinamomi,
cubebarum sing. ʒ j. s.
caryophyllorum ℥ j.
corticis citri ℈. iiij. fiat epithema. Vel. Tale, quod est temperatum.

℞. *Aquæ bugloss. vn. vj.*
foliorum, & florum bugloss. sing. ʒ. ij.
smaragdi ℈ s.
hyacynthi gran. iij.
foliorum auri ℈. s. fiat epithema.

℞. *Aquæ stillat. apiastri,*
stœchadis,
rorismarini,
ozimi,
vini maluatici, sing. Cyathos tres,
aquæ bugloss.
crisij,
aceti sing. Cyathum vnum,
corticis citri,
se. ozimi,
zedoariæ,
corallorum rub.
alb.
ossis de corde cerui,
camphoræ,

succ-

succini candidi sing. ℈.*j.*
croci gran. iiij.
moschi gra.ij. fiat epithema, vel tale.
℞. *Aquar. rosarum,*
cichorij,
floris salignei, sing. Cyathos duos,
aquar. buglosß.
echij,
vini maluatici,
aceti sing. Cyatum *vnum,*
santali flaui,
rub.
alb.
cit.
corallorum rub.
alb.
oßis de corde cerui sing. ℈.*s.*
croci gran. ij.
moschi gran. j. fiat epithema.
Rec. *Aquar. acetos.*
borraginis,
pomorum dulcium sing. ℥.*ij.*
rosarum ℥.*iij.*
specierum, electuarij de gemmis,
diambræ sing. ʒ.*s.*
oxyrosei ℥.*ij.*
croci scrup. s.
camphoræ gra. iiij. fiat epithema, vel.
Rec. *Aquar. rosar.*
melissæ sing ℥.*viij.*

vini

vini veteris potentis vn.j.
aceti vn j.s.
corticis citri puluerizati vn.j.
rosarum rub.
spodij,
carabæ,
omnium santalorum,
serici combusti sing.ʒ.j.s.
caryophyllorum,
nucis moschatæ sing.℈.j.
*moschi gran.vj.*omnibus pul.fiat epithema: vel tale.

Rec.*Aquar.rosar.*
buglossæ,
acetos.sing.vn.iiij.
vini antiqui potentis vn.ij.
*boli armeni subtilissime triti ʒ.ij.*fiat epithema, de quo etiam mane, & sero bibere poterit vn.ij.pro vice, vel tale.

Rec.*Aquar.borrag.*
bugloss.sing.vn.j.s.
rosar.vn.ij.
quercinæ,
acetosæ sing.vn.iij.
specierum diamoschi dulcis,
diamargaritonis frig.sing. drach.j.
diambræ ℈.j.
croci ℈.ij.
aceti vini vn.iij. fiat epithema.

CAP.

CAP. XXII.

De vnguentis.

NEc non vnguenta cordialia conueni[illegible] possunt, quamuis non sint in vsu, quę ta- men fieri possunt tum calida, tum frigida e pulueribus præscriptis, vel theriaca, vel mi- thridatio: Illinire cordis regionem & stoma- chum illorum, qui ætate immatura, aut viri[illegible] administrantium imbecillitate ab huiusmod[illegible] medicamentorum hausu longius arcentu[illegible] Reges vero, & principes inungant balsamo alii vero huiusmodi vnguentis: videlicet.

Rec. *theriacæ optimæ*, ℥ *j.*
succi limonis ℥. *s.*
croci ℈. *j.*
camphoræ gra. ij.

Misce, & omnia simul misceantur cũ me- dio cochleari vini maluatici, quousque fiat li- nimentum, quod extendatur super sindone, & applicetur cordi. Aliud.

Rec. *olei de scorpionibus,*
theriacæ electæ sing. ℥. *ij.*
se. citri drach. j.
diptamni,
corallorum rub.
oßis de corde cerui,
vnicornu,
boli armeni,

frag-

fragmentorum smaragdi sing. drach. s.
croci gran. iij.
ceræ parum, formetur linimentum pro corde.

Possunt etiam percommode inungi, stomachus, iecur, & testes, vt omnia membra cõtra talem luẽ sint ita firmata, ne eius vis venenata in corpore vires suas seminare possit.

Rec. *olei rosati omphacini ℥. ij.*
olei de spica ℥. s.
pulueris cinamomi,
caryophyllorum sing. drach. s.
rosar. rub.
santalorum citrinorum sing. drach. j.
cum modico ceræ, & acet. rosat. fiat vnguentũ.

His expositis restat modo, cum iam demõstrauerimus in principio cũ corpus fuerit cacochymum, aut plethoricum, quid agendum esset, vt sanguis cordis illustrior, & inculpatus existat, cum sit vnus ex contentis in corde, qui cum purus non sit, vim venenatam suscipit: post modum ostendimus, quomodo spiritus cordis debeat conseruari purius, lucidus, clarus, illustris, cum sit vnus ex contentis in corde, & sit ex illis, qui præoccurrunt vi venenatæ, & qui primo afficitur, ostendimusque ea, quibus firmatur cor, ita vt resistere valeat huic rei pestiferæ, nunc ergo interest, vt declaremus ea, quæ sanguinem, spiritum, & ipsum cor ab ipsa vi venenata præcu-

præcustodiant, quæ autem fient, cum obse-
uetur inculpata victus ratio , qua quide
corpus euchymum conficere possumus
quod peste minime corripitur , sicuti i
ferius declarabimus. Itaque Deo du
seriem nostram sequemur, & cum satis co
memoratum sit de aere nos ambiente, de e
hoc loco non longiorem sermonem habu
ro, sed duntaxat dicam, quod consultius, cu
pestis grassari incipiat, videatur sequi illu
prouerbium ; CITO, LONGE, TARDE
Quoniam cum pestis inolescit, nemini parc
quandoque tam putride, ac veneficæ qualita
tis est, vt antidotorum potentiæ minime ce
dat, quo fit, vt non dūtaxat de homine in ho
minem, de ciuitate in ciuitatem, sed de regio
ne in regionem veneficam qualitatem semi
nans transeat, insequens aeris mutationem i
putredinem, aut in pessimam qualitatē per
niciosam secundum plurimam interficiem
Itaque cum tam dira, ac pestifera belua, ac ae
inquinatus tantarum putridarum virium,
ac vehementis violentiæ plenus sit, quibus
non modo ex corporibus munda plura, verū
etiam omnia fere depascens animantia rapiat
& absumat, inficiat, occidat, & eius viribus
præsertim cum antidota non resistant, tunc
ab ea citius fugiendum est regione, in qua pe-
stis grassatur, & quam talis aer ambit, citius, &
pro-

ocul ad aliam regionem ſanam petendum
; cum poſt diuinum auxilium fuga, nul-
n tutius ſit remedium; quoniam venefi-
contagio lues iſta peſtifera eos maximè
nadit; qui ſub infecta cœli conditione
rſeuerant, finitimaue incolunt loca, quæ
am peſtifera morbi vis pertingit. Ino-
cente itaque peſte, fuga haudquaquam
n tardetur; ſed celerrime præ omnibus
aliam à peſtifero viru immunem longin-
am regionem, commigrandum erit, Ple-
que animalia frigore laceſſita, latebras,
calidos ſpecus, in penetralibus terræ ſi-
nueſtigant; aliqua æſtatis tempore calo-
anhela ſeſe in aquam frigidam coniiciunt
in vmbroſis locis, ventoque peruiis im-
orantur; grues, aquilæ præ longo vſu, ad
imos terrarum terminos volatu partim
gus, partim æſtum euitantes, quo con-
ria contrariis ſemper propulſent, & ea-
m naturæ contraria fugiant, Varro *ſecun-
de re ruſtica cap. primo* ſcire oportet in gre-
, quod reiiculæ ſunt alienandæ,

Reiiculæ oues ſunt, quæ ætate, vel
morbo reiiciun-
tur.

CAP XXIII.

De fuga.

TERRA autem, in qua fuerit antrax, pestilentia, omnino fugienda est.

Nonnulli insuper temerarii, & ita con-tentiosi reperiuntur, qui mori potius, qua fugam dare, aut ab aliis peste affectis segr gari volunt, quoniam argumentantur, cu pestis datur à Deo, eam ergo non fugien-dam esse, quia arbitrantur semper à Deo e se, cum firmiter credant, quod pestis, f mes & gladius sint semper flagella Dei, se decipiuntur, Mirum, quo istorum cord improbitas procedat, dura mentis inuict ceruice, hic enim spectari potest eorum naturæ toruitas, dura, & inflexibilis, ouiu enim naturam, & morem sequuntur, cu earum vna in flumen se proiicit, aut è mon-te se præcipitat, omnes aliæ sequuntur. Ex iam commemoratis memoriam refri cent, vbi prænotatum est, pestis triplicem esse causam vniuersalem, vnam ex fatali nu-mine, alteram ex syderibus, tertiam ex ele-mentorum corruptione, & rerum squal-lore. Cum ex fatali numine ob mortali-um scelera pestis grassetur, fatendum est, nullam fugam tutam esse, Cum præpotens Deus nos vbique reperiet. Sed si à syderi-bus,

is, aut ab aliis inferioribus caußis eam regionem, illud clima, in quo peſtis inoleſcit, relinquendum eſſe, & ad aliud commigrari tutius, ac conſultius, non negandum erit, quoniam, vt experientia docet, contactu inficimur, vitiato aere coinquinamur, ea eadem lue hac commorimur. Exemplum ſumamus ex animalibus, cum ex ſyderibus aer pollutus ſit, animalia, quæ in montium cacuminibus habitare ſolent, ea relinquentes infima petunt, ne tali venefico aere labefiant, ſi autem ab inferioribus aer coinquinetur; animalia, quæ prope terram, aut in illis latebris degunt, loca depreſſa deſtituuut, & ad altiora montium cacumina curſant, volant, Nam à natura illis hoc inſitum eſt. Itaq; ſecus hoc loco concludere nequeo, niſi, quod hi viri cum ſponte mortem fugere nolint, nec à natura, nec ratione ducantur, quo fit, quemadmodum fatui, & amentes ab omni inſtinctu naturali, & omni ratione denudati hàberi merito poſſint, cum bruta animalia haudquaquam sint, cum inſtinctu naturali duci non admittant, Animalia minus rationabilia exiſtimari debent, cum ratione minime vtantur, Nam contentioſis iſtis præ oculis experimentum in dies occurrit, ſi qui ab ea regione, in qua peſtis graſſetur, celerrime

aufugiant, illi ſoſpites fiunt; ſi peſtis omn
data eſſet à Deo, cum, qui fugit, Deus cu
ſit Dominus vitæ & mortis, proculdubio r
periret, ſed cum ex fuga quis ſoſpes conſe
uetur, omnis ergo Peſtis non data eſt à De
Ita hi contentioſi quemadmodum oues
Montibus, ac vti fatui, amentes, qui quan
doque ſe ipſos occidunt, ſe in peſtem vo
luntarie præcipitare volunt. Reperiuntu
etiam nonnulli, qui aſſerunt, vbi quis vu
fugere aerem peſtiferum, ſtatim eam reg
onem, quam peſtis depaſcit, fugiat. Op
nio hæc approbanda eſt, ſed eorum rati
negligenda, & hanc cauſam in mediu
ducunt, quia ſi diu protrahat fugam, & po
ſtea, ad ſalubrem aerem proficiſcatur, citi
us peſte corripietur & morietur, tutius e
ergo in peſtifero aere manere; & vtuntu
pro confirmanda ſua opinione experienti
loco rationis, & teſtantur, ſe aliquis co
gnouiſſe, qui cum ab aere peſtifero in ſa
lubriorem aerem ſe contuliſſent, ſtatim pe
ſte correpti periiſſent: & in hac experienti
rationem hanc eſſe dicunt, Nam dum vbi
iſte in peſtifero aere ſe continebat, Natura
humores aggredi minime audebat; enormis
nempe hæc ratio eſt, quia tam eſſet dicere,
quaſi natura haberet prouidentiam, qua di-
xiſſet in aere peſtifero te non tentabo, ſed
vbi

si postea in salubrem aerem veneris, aggre-
iar te, & dicam, tu es hic, & commouebo
os humores, & tunc natura materiam ag-
editur, & hominem interficit, quod for-
an non fecisset in aere pestifero, cum ma-
iam aggredi non ausa fuisset natura, cum
aere pestifero natura habeat duos hostes,
icet aerem & humorem, & in aere saluti-
o vnum duntaxat scilicet humorem, &
nc rationem comprobant experientia.
alenus autem *in simplic. medic. facult. lib. se-*
ndo capitulo secundo, tertio & octauo. Inquit,
cuique experientiæ, nec cognitioni credere o-
rtet. Vnde ex horum opinione videtur,
uod natura habeat prouidentiam, quan-
oque humores attentat, & humores &
mpora, quandoque eligat, quandoque
deat, quandoq; non, cum ita tamen non in-
lligendum sit; Nam naturales facultates
nt sine imaginatione teste Aristotele *secun-*
de anima; cauda lacertæ neque appetit,
m cum imaginatione fugæ proprium sen-
m habent, & virtus naturalis non habet
psum. Nonnulli vero instant, dicentes
rimo actiones tamen agere secundum natu-
m; Contra quod agit à forma mera na-
rali, tantum secundum vnum modum a-
it, si sursum mouetur, semper sursum mo-
et, si deorsum, semper deorsum, sed ope-

rationes naturæ in corpore diuerſe agun[t] deorſum, ſurſum, tranſuerſum. Præter[e]a actiones naturales non tantum trahunt, ſe[d] eligunt, quemadmodum conſtat ex magn[e]te, facultatem enim habet vnum attrahend[i] & non aliud. Sed ex hoc arguitur, quod a[d] huc omnes reliquæ actiones naturales mag[is] in infinitum agant, tamdiu enim ignis cōbu[s]rit, quouſque ſubiectum habeat, ſed actione[s] naturales non agunt indeterminate, erg[o] &c. iſtæ rationes aliquid eſſe quamuis ap[pa]pareant, tamen nihil ſunt, Nos vero ita d[i]cere poſſumus, quod nulla facultas natura[li]lis in corpore exiſtens agat magis vno tem[pore], quam alio, ſed ſemper agat, quan[do] do ſcilicet poteſt, & non agit ſecundum ele[ctionem], ſed ſemper agit tantum, quantum poteſt, aliud eſt enim agere à propoſito, a[liud] liud eſt agere ſecundum electionem, qui[a] vnicuique formæ datum eſt agere, ad cer[tum] tum finem, & iſtæ naturales eodem ſem[per] per modo agunt, non electiue, Galenu[s] *tertio de facultatibus naturalibus*, inquit, qua[tuor] tuor ſunt virtutes, quæ diuerſo modo a[gunt], gunt, ſed ſibi concinunt, tanquam chorus & harmonia nuſquam à fine diſcedunt, attra[ctiua] ctiua ſemper attrahit ſecundum vim natu[ralem], ralem, niſi, vel ſubiectum non habeat pro[portionatum], portionatum, vel impedira ſit, vel non ſana

aliter

ter ſemper agit quouſque proportio-
atum habet; ſic de retentrice, retinet
antum debet, ſecundum quod ita reti-
endi proprietatem habeat, illi inſitam; ſic
iæ concoquunt, expellunt, ſed non quod
ogitent velle expellere, ſed virtus illis inſi-
a ſingula iſta facit, non ergo propter cogni-
ionem aliquam, ſed per naturam, quia
gunt naturaliter. Sic eſt etiam in plantis,
x quibus nulla eſt differentia, vbi illis ſic
tiam quatuor illæ virtutes præſupponun-
ur, quemadmodum Galenus *de formatio-*
ne fœtus, & Ariſtoteles *ſecundo de anima*;
acultates naturales agunt ſecundum vnam
ormam, vel vnum modum, animales ſecun-
dum diuerſum. Sed ſi quis diceret, cur v-
num magis, quam aliud eligunt; illa non eſt
vera electio, neque propria, ſed metapho-
rica, ſed quia conuenit ratione formæ pro-
priæ, trahit, quod ſibi conuenit, quia eſt
mera actio naturalis, Nam pharmacum
non ſolum, quod ſurſum, aut deorſum, ſed
ad omnes differentias eligit & trahit, verum
quod ſibi proprium; ſic de magnete cum
ferro. Ita pharmacum ad ſe trahit humores,
& ſemper attrahit, & quandocunque poteſt,
ab attractione nunquam ceſſat, niſi cum in ſe
debilitetur, vel obiectū proportionatum non
habeat, vel ipſius actio impediatur, nō expe-

ctat tempus; ſic magnes ferrum ſemper a-
trahit, niſi ferrum rubigine, vel ſimili no
fuerit proportionatum, vel impeditum; t
dummodo non ſit, quod impediat, facu
tates naturales ſemper agunt, quare non e
dicendum, quod nunc non audeant, nun
iterum audeant, cum continue agant, n
ſi ſit, quod eas impediat. Vnde non ſolu
concoquunt in corpore humano, ſed e
iam plantæ concoquunt, fructificant, &
ceſſant, vbi peruenerint ad proprias forma
ſic eſſet dicere, plantas quandoque coque
re, quandoque non coquere, quod eſt abſur
dum, ſemper enim concoquunt, niſi obſtacu
lum ſit. Sed dicet aliquis, arbores hyem
fructum emittere non audere, ſed veris, au
æſtatis duntaxat tempore; hæc intelligantu
metaphorice dicta, ſicuti dicimus prata ri
dent, luxuriant ſegetes, ſed philoſophi pro
prie loquuntur, hoc fieri, non quia timen
arbores frigus, & ideo nolunt folia & fructu
emittere, aut timent, ac ſi in eis eſſet intelli
gentia & prouidentia, quæ in ipſis non ſunt
ſed hoc ex natura illis contingit, cum in mea
tus arborum in aere frigus vigens penetret
meatus tunc reſtringuntur, & calor fugiens
ſibi contrariũ, ad profundum arborũ concen
tratur, vnde pori obſtruuntur; Veris autẽ &
æſtatis calefacto aere dilatantur meatus, pori
deob-

deobstruuntur, cum calor dilatet, ac secũ humidum prolificum trahit, tunc folia & flores creantur. Pariter etiam in humoribus corporis euenit, vbi calor naturalis, qui à diuersis humoribus augmentatur, retrahitur, se ipso fortior redditur, vt flamma aeri frigido occurrens contorquetur, non quod imaginetur, neque timeat, sed est naturalis resistentia, vt contrarium contrario pellatur, sic fortior fit, verum insurgit, vt vincat, vel vincatur; sic de humore, calor frigiditatem percipiens retrahitur, vnde concentratur, & fortior redditur, non ex hoc quiescit, sed semper agit, quia est agens naturale, at si humor superat calorem, calor extinguitur. Nam si quis venenum sumpsit frigidum, venenum non cessat suo motu moueri ad cor, nam arteriæ illud trahunt, causa sui interitus, quia cogitur; Ergo non agunt nisi naturaliter, quia non intelligunt, sed calor sæpe rediens cogitur incidere ramos, & apparent signa, tunc animal fiet sanum, & omnes motus isti sunt naturales, & vix videntur nobis agere, tamen agunt, & hoc est, quia virtus & calor imbecilliter operantur, resistentiam enim plurimam, vel in se debilem habent, & non faciunt operationem sensibilem, non tamen dicendum: quod non agant, quod non sentimus, quia videntur postea in aliquot diebus sani; Ergo semper agit calor

vno tempore, tamen vno loco magis, quam in alio bene operatur, vel quia locus calidior, vel tempus calidius ſit, vt æſtate, non quod calor innatus id eligat, ſed quia iuuatur ab extrinſeco calore, iunguntur ſimul, & citior fit operatio, & manifeſtior, quia virtus fortior fit, quæ iuuatur à ſimili 7. *Phyſ.* & ſecundum agentis, vel reſiſtentis vires, celeriores, vel tardiores fiunt actiones, quare concludendum, ac dicendum, quod ea opinio ſit erronea. qua creditur, quod natura quandoque audeat, quandoque non audeat; ratio autem talis eſt, cum ille relicto peſtifero aere, & ad ſalubrem ſe contulerit, cum ad eum venerit, ſtatim peſte moriatur; Dum in morboſo aere humores illius vitiati, multi ac quieti erant, natura non poterat in eos confertim agere, quamuis actiones ſint occultæ, cum in fuga tales humores agitati fuerint, cum ex retroceſſu caloris humores magis præcipitantur, & putreſcunt, ſic ex tali humorum putredine, præcipitatione, & copia ſic natura ſuperatur, vnde breui, aut in inſtanti pereunt, ſed non ob aeris mutationem, ſed quia in morboſo aere humores aggregati, & ob motum agitati putreſcunt in ſalubri aere, ſicut dicit Hippoc. ergo quam citius fieri poteſt, fuga ab aere morboſo danda eſt in aerem ſalubrem.

Cur qui relicto peſtifero aere ad ſalubrem ſe contulerint, ſtatim interdū peſte moriantur.

CAP.

Cap. XXIV.

De Altera Parte fugæ, quæ dicitur TARDE.

AD eam insuper regionem, quam pestis depascit, tarde reuertendum, quoniam in angulis eius reliquiæ diu asseruari solent, itaque salubri inuento habitandi loco, istic expectandum est, quousque domi teterrima lues cesset, & longo temporis interuallo neminem tollat, & necet, auresque apertæ cum astu ita tenendæ sunt, quemadmodum faciunt vulpes, quæ, vt scribitur, in Thracia solerti auditu, amnes vel lacus congelatos, non nisi ad pastum ituræ, redituræque transeunt. Obseruatum enim est, eas aure ad glaciem opposita coniectare crassitudinem gelu. vt vltro transire tute valeant, quoniam nonnulli sunt ita inuidi, pariter & maligni, qui mendacia semper referant, aliquando eam regionem à peste (cum non sit) sospitem esse affirmant, sed ad eam regionem pestis (licet iam incolumis esset) & à peste libera diceretur, omnes Medicinæ periti non reuertendum consulunt, quousque iam sex mensibus eam regionem sæuiens pestilitas destituerit, auraque ab omni pestifero veneno sit perpurgata, nec aliquod pestilentiæ vestigium relictum.

Cap.

CAP. XXV.

De dignotionibus cum pestis iam vires suas remittit.

CVM pestis vires in vna regione vigent, quicunque morbus, qui tunc acciderit, si bene pueri vermibus molestarentur, pestifer erit, sed cum inde complures seorsum à peste dissimiles morbi contingant, tunc pestem vires suas remittere indicium erit.

CAP. XXVI.

De dignotione ex aëre, an effectus sit salubris.

IN primis considerandum erit, an ambiens illam regionem aer fuerit tenuis, vel crassus, si tennis corruptionem facillime suscipit, & breuius purificatur. Si vero crassus, cum difficultate corrumpitur, sed diutius putredinem pestilentialem retinet, ad hanc ergo regionem tardissime reuertendum erit. Insuper cum reuersi fuerint, attentis oculis bene respiciant, si adhuc aer frequenter turbidetur, & crassetur, quod si ita continget, ab ea regione iterum & protinus recedant, quoniam cum quis in aere sano & mundo habitauerit, & vti aduena ad aerem infectum se conferat, velocius inficietur, quam ille,

le, qui tanquam incola insalubris auræ consuetus, ac in aere infecto conuersatus, cuius causa est maior inter ipsum, & aerem infectum contrarietas, ob quam maior & potentior accidit actio. Qui autem à principio in aere infecto commoratus est, ex assuetudine, & symboleiate acquisita, non sic ab illo tam cito inficitur. Tunc autem aer crassus dicitur, cum stellæ paruæ non videntur ob eius crassitiem; aer cum non mouetur, crassatur, & illi vapores crassi admiscentur, & aer crassus non est humidus, quia aer humidus suis partibus est similis, & resoluitur ex eo aliquid tenue, quod remanet in suo statu, quo resultat vapor humidus, & aer crassus ex vaporibus æqualiter est permixtus.

Cap. XXVII.

De III. Parte, quæ vocatur Longe, *& de delectu aeris.*

IN primis in omni cœli statu, & aliorum mutatione de aeris natura corpora humana sollicita esse debent; ipse enim inter non naturales res nos ambiens vnus est, qui quam maxime animantia commutare solet, & ambiens est is, sine quo nec tolli morbus, nec tueri sanitas potest, nec alimentorum, nec rei vllius delectum magis ad vitam, quam aeris nobis accommodari censendum est.

Aer

Aer enim, & inferior, & cœlestium qualitatibus facillime semperque affectus, & immensa amplitudine circumfusus, perpetuoque motu, nos vndique penetrans ad suam nos mirabiliter redigit qualitatem, præsertim spiritum vitalem in corde vigentem: In cuius intima conceptacula, ac penetralia tum assidue influit, tum repente sic protinus afficiens spiritum. Ideo, cum praua quædam aeris ad corruptionem prompta mutatio efficitur, & homines cum respirationis necessitate periculum euitare nequeunt, ipsum veluti venenosum quiddam ad se per os trahunt, quod veneficum protinus cor principem animi partem interimere molitur, cum venenum insita quadam proprietate cordi sit inimicum è vestigio ad ipsum prouehitur. Hippo. de respiratione & inspiratione pestilentis constitutionis tempore loquens, illi haud exiguam tribuit causam, quoniam mortalibus hæc cum vitæ, tum morborum causa depræhenditur, attrahentes itaque morbosis infectum inquinamentis aerem necessario lædimur, ille enim in suam naturam illico nos rapit, & trahit, Gal. 2. *de Crisib.* spiritus, qualem nos haurimus, aerem lædit talis vitalis cordis spiritus, mox & humores ipsos perturbat, quibus in ebullitionem actis conscendunt, inque tumorem attollunt, quæ febrem

esse

se liquido constat, Rhases *lib. de Peste. Pestis* ... *putrescente sanguine, efferuescenteque ad efflan-* ... *m rapidam redundantiam.* Vnde, & Lucretius ... nit:

Et cum spirantes mixtas hic ducimus auras,
Illa quoq; in corpus pariter sorbere necesse est,
Consimilis ratione venit Bubo, quoq; sæpe
Pestilitas etiam pigris halitibus ægris.

In primis igitur cum à regione infecta lon- gius abeundum sit, ad eam regionem com- migrandum erit, vbi optimus tum natura, vel arte aer spiret, in eodem enim humorum, & spirituum in nobis mutatio fiet, pro vt est mutatio aeris nos ambientis, quia cum aer est clarus, ita spiritus, & humores fiunt; cum est turbidus, vaporosus, pari modo, & ipsi fiunt. Quare admonet Galenus *in primo de* ... *. sanit.* non modicum inesse vim tuendæ sa- nitatis in boni aeris electione. Hac tamen pestifera tempestate pro comperto habea- tur, excessiuam nos ambientis aeris qualita- tem, qua membrorum principalium, & spi- ritus facultates imbecilles redduntur, omni- no fugiendam esse, aeremque fœtidum, qui comprimendo, & spiritum corrumpendo debilitat, ac vallium aerem, in quibus non lu- dunt vẽti, ac ab Subsolani & Austri flatib. nos custodire operæpretium fore, Item Gal. scri- bit, quod aeris substantiæ, quã inspiramus ha- benda

benda ſit cura, vti ſcilicet tum optima tem-
perie ſit, tum ab omni inquinamento puriſ-
ſima, nec aliquid ex metallis, aut caminis,
aut baratris ſibi admiſceatur, aut aliquid ex
putredine leguminum, vel olerum, vel ani-
malium, vel cuiuſcunque rei contrahat, aut
halitus ex ſtagnis, vel paludibus, vel fluuic
recipiat.

His itaque omnibus proſpiciat oportet,
qui vires illæſas tueri volet, quoniam illud,
quod comedimus, aut bibimus, eſt corporis
nutrimentum, aer vero ſpiritum alit, qui pri-
mo in peſte afficitur, cum habeat etiam aer
in ſe inſpiratus fumi reſolutionem cum eo
exitu, & ipſius exhalatio cum ſuo ingreſſu,
quod eſt de cauſis prohibentibus putrefa-
ctionem. Itaq; boni aeris nos ambientis pro
ſanitate aduerſus tam diram labem tuenda
latitudinis, ventorum, ſitus, temperaturæ, re-
gionis ſitæ in poli oppoſitæ ratione regio, ad
quã fugere conamur, omni ſtudio, induſtria
examinanda erit, & eius temperatura in pri-
mis, & proprietas, & venti, qui aerem in ſuam
mutant temperaturam; & in corporibus
morbos efficiunt, qui ab altero non
efficiunt, proſpicien-
da erit.

CAP.

Cap. XXVIII.

De dignotione regionis, ad quam petendum est tempore pestis.

AD eam itaque regionem pestis tempore confugiendum erit, in qua flant venti boreales cum suis lateralibus, aut in qua flat ventus vulturnus subsolani lateralis, aut in qua spirat ventus circius fauonii lateralis, vt aer sit temperatus, & ad frigidum, & ad siccum declinans, sit clarus, purus, & fuliginibus & vaporibus pollutis quantum possibile sit mundus, denudatus, sit boni odoris, & à sole illuminatus, & ventatus, is enim aer corpora confortat, indurat, spiritus clarificat, cerebrum sanat, humores, & sensus mundificat, motum attenuat, appetitũ inducit, & auget, concoctionem perficit, defluxiones prohibet, corporum exteriorum spiramenta spissat, calorem innatum ad intima conuertit, munit membra, & spiritus ad interiora corroborat.

Cap. XXIX.

De delectu situs & loci & aquæ præscriptæ Regionis.

CICERO *lib. primo de fato: inter locorum naturas, quantum intersit, videmus alios esse salubres, alios pestilentes, circumspiciendus erit ergo situs, locus in hac regione, & solis exortus, quo-*

niam secundum longinquitatem, & propinquitatem ventorum intemperiem, ac qualitates quibus proximus sit, aer sequitur comparticipat, & ab illis diuersimode conuariatur, & non æquales sunt vires ad septentrionem sitæ, & ad austrum vergentes, neque eius, quæ solem ex oriente, & quæ secundum occidentem spectat. Situs vero & locus eligatur ille, qui septentrionem, aut eam, in qua orientis laterales venti, aut occasus, aut boreas cum eius lateralibus plagam versus spirant, sit sublimis, discopertus, in Orientem Septentrionemque spectans ab omnibus fœtidis, squalidis metallorũ offinis longissime sepositus, quem nulla putrentium aquarum illuuies ambit, nullæ cauernæ tetros eructantes fumos perturbant, in libero ergo, & amæno integro non effosso situs solo, atque à solis ortu, atque à septentrione ventorum flatus suauissimos liberrime transmittere potest, si modo contigerit, hunc locum esse in alia regione seorsum, à septentrionali, & montes sua altitudine australium ventorum flatum impedierint. Iste autem locus commodus erit. Et si montes tam magni non extiterint, qui eorum mole australium ventorum flatum impedire queant, tamen & si per loca dummodo niuosa Australes venti transeant, locus & iste expediet. Cæterum si septentrionales venti ad hunc

locum,

rum, ad hanc regionem, in qua pestis
fertur, spirare nequeant, locus iste insa-
lris erit. Si vero montes tam alti inter
umque se interponant, percommodam
em præstabunt, vaporum putridorum,
ieris corrupti prohibebunt accessum, ne
torum flatu, vel aeris dilatatione infecti
um illum inficiant, & talis sit situs, & lo-
, in quo cum venti, nubes, pluuiæ con-
erint, spirare ac dilatari libere possint. Ad-
net enim Paulus *lib. primo*, quod vitiosus
sq; locus est in valle vndique celsis mon-
m iugis inclusus, nullam omnino suscl-
ns auram.

Cap. XXX.

De delectu loci & situs cum pestis sit ex syderibus.

Cvm ex syderum conuentione mortife-
rum hoc malũ à supernis inquinamentis
um habuerit, tunc eligatur locus depres-
s, sed apertus, qui non humeat, neq; crasso
bilo spiritu fumet, nec putrentem exhala-
nem excipiat, nec fœtorem immunditiæ
didæ alicuius artis participet, nec fœten-
atros ve putres alicuius halitus loci intro-
ttat, nec cloacis, stagnis, paludibus, lauacris
itus, nec perpetua aeris obscuritate ob-
atur. At talis sit, in quem iam commemo-

rati venti salubres libere flare queant. N
locus iste sit sub eodem climate, cuius cau
contigerit pestis, & tunc inter duo pauime
ta, aut prope terram habitandum est.

CAP. XXXI.

De delectu loci aut situs, cum pestis sit ex causis inferioribus.

SI vero infernatum rerum squalores pe causam præbeant, tunc locus grumorum aut collium apricorum sublimis, non depres sus eligendus est.

CAP. XXXII.

De delectu loci & situs, cum pestis sit ex superioribus & inferioribus.

TVNC locus altus, non depressus eligen dus est, quoniam in loco alto aer est t nuior, in depresso aer est crassior. Tenui vero ex ventis facillime inficitur, facillim etiam rectificatur, crassus autem initio re stit, tardiusque inficitur, sed quod suscipit v tium, id diutius retinet. Aquæ etiam perscru tandę sunt, num palustres, aut molles, aut d ræ, an ex sublimi loco prolabantur, an scatu riant ex petris, siue salsis marinis, aut ex crudis, aut ex minera- libus locis.



CA

Cap. XXXIII.

De conditionibus domus habitandæ tempore peſtis.

N iſtis ergo locis approbatis reperiatur aut conſtruatur domus ampla, thalamos ha-ans amplos, nitidos, omni fœtore, & omni mmunditia carentes, quarum ſpeculę orien-m & ſeptentrionem verſus aſpiciant, qua-m, cum temporis conſtitutio fuerit frigi-, aperiantur illæ feneſtræ, quæ orientem rem ſuſcipiunt. Si vero fuerit calida, tunc æ ſeptentrionem aſpiciant, aperiantur, & quæ meridionalem ſuſcipiant claudantur, ıa huiuſmodi aer, vt prænotatum eſt, ad utredinem diſponit, niſi ex montibus, in ibus continue nix exiſtat, diflauerit, qui us frigore alteratus, non calefiet, ſed refri-erat, & ideo vbi niue montes non ſint one-ti, nothus cum humidus, & æſtuoſus ſit, rpora calida & humida reddit, & putredi-e maxime obnoxia. Italiæ inimicus, fædi ha-us cauſa eſt, qui oriente canicula mouetur, uo aer commutari ſolet, obſeruatum enim t, Teſte Plinio *lib.* 7. *cap.* 50. in meridianis rtibus ad ſolis occaſum peſtilentiam ſem-er ire. Inſuper per illas ſpeculas in ſolis or-u radios ſolares ingredi admittant, vt exteræ ıræ craſſities diſſoluatur, & abſumatur. Ita

aper-

apertæ vſque ad veſperas denuo claudantur ne domus aer ad calidum nimis diſtemperetur, niſi interim aliquis orientalis, aut ſeptentrionalis, qui putredinem prohibeat, difflaret aer, & tunc ex tali peſtis cauſa in cameris ſuperioribus commorandum erit, hyberno vero tempore radii ſolares meridie etiam vndique domum ingrediantur, & iſte ordo omni die obſeruetur, ne aer, q̃ eſt in cameris, cuius non de facili patet introitus, & exitus, obtundatur, & in toto corrumpatur, qui inde humores magis putres redderet, quam thalami liber aer, qui tunc deſiccat.


Præterea præcaueant, ne in thalamis lunæ radii ingrediantur; mirum in modum enim obſunt, domum inſuper non hominibus plenam patiantur, & illos duntaxat admittant, qui inculpata victus ratione vtantur, & laudabilis temperaturæ exiſtant.

Item ad id etiam aduertere operæpretium erit, ne conſtruatur, vel conſtructa ſit domus vicina paludibus, ſtagnis, vel planitiei multarum fouearum, vel mineris, neque malarum arborum frequenti poſitione circumſepta ſit, quales ſunt ficus, nuces, caules, erucæ, canabi, aſpalus, linum, ſohac, taxus, barbaſſus, ſambucus, ebulus. Nec non ab ea amoueatur, quæ aerem putridũ conficere queant, quemadmodum cloacarum, latrinarum, ſentina-

[illegible]

um, aut laniorum, aut macellatorum ſordes, ſepulchrorum vicinitas, & loca cauernoſa, ex quibus aer putris egreditur, fœdum odorem ſeminans, quoniam nulla res eſt caloris innati magis inimica quam malus fœtor. Admonet Gale. *in primo de tuenda ſanit.* quod neque ſit aer ille, qui ex animalium, olerum, aut leguminum putredine, aut fimo inquinatur, nec qui ob ſtagnum, aut flumen vicinum nebuloſus ſit, nec qui editis vndique montibus in cauo loco clauſus nullum recipit flatum, ſuffocans, & putris, qualis in domibus quibuſdam eſt incluſus. In quibus ob putredinem & per flatus defectum plurimū coacervat. Poſtremo quam maxime curandum erit, vt habitationis aura omni tempore pura, ſyncera, delectabili odore redolens conſeruetur. Quæ omnia præpotens Deus dirigat ad laudem & honorem ſuæ diuinæ Maieſtatis, & ad ſalutem corporum, & animarum, naturarum. Qui ſit benedictus in ſecula ſeculorum. Amen.

FINIS FASCICVLI
Quinti & Vltimi.






EPICEDIUM

NOBILI AC EXCELLENTISSIMO DOMINO D. ANDREÆ DE GALlis Tridentino S. C. M. Consiliario, & Sereniss. Archiducis Ferdinandi &c. Archiatro,

In memoriam perpetuam, & veri sui amoris testimonium scriptum

A

DOCT. LAVRENTIO SPAN à Spanouu.



Ergo iaces venerande senex, & inane cadauer
Exuto veteri nomine torpet humi?
Quique alios morti poteras seruare propinquos,
Iussus es in rigidæ cædere iura necis?
Nec te Pæonii quidquam iuuere liquores,
Nil & Apollineæ profuit artis opus?
Qua velut alter in hoc florebas orbe Machaon
Cæsaribus charus, Principibusque viris:
Sic visum est Superis, per quos vitæ arboris vsum
Ales fulmineo flammeus ense vetat,

e quo diuina transgressor legis Adamus
Exul ab Elysiis hæc tenet arua locis:
c morimur: nec, quæ pugnacis spicula mortis
Arceat, in nostro germinat, herba, solo.
umq́; rudi Doctor vulgo quoq; tendit in illas,
Quas loca sufficiunt inferiora, casas:
mmunes etenim Medicos si redderet ipsa
Ars, & mortis onus hæc inhibere queat,
nus eras primos pater inter Galle futurus,
Perpetuos posses qui numerare dies.
amq;, quod Hippocrates Cous, quod in vrbe Gale-(nus
Ausonia, abstruso scripsit vterq; stylo:
uodq́; Arabes docuére, Auicennas, Rhases, & ille,
Quem dedit à cunis clara Damascus Adæ:
oc memori totum voluebas pectore præstans
Viribus ingenij, consilijsq; potens.
inc, improuiso quamuis occurreret æger,
Debilis & promptam sollicitaret opem,
aud aliter morbi causasq;, statumq́; recensens,
Quam quis ab opposito si legat ista libro,
mnia dicebas autorum congrua verbis,
Quos Medica summos scimus in arte Duces.
t, quia curari cupiunt, non voce doceri,
AEgroti, quoties hos premit vlla lues,
rompta salutifera scribebas pharmaca dextra,
Qualia vix alter par tibi nouit homo.
on velut Empiricis, adsunt si quando togati,
Composito vultu concio longa fluit:

Deliquium stomachi, iecoris, fluidumq; Catarrhum
Et sermone tenus nomina nota sonant.
Cùm tamen ignorent formamq;, locumq; doloris
Nescia turba ægri, nescia turba sui:
Mox, vbi debebat fieri medicatio ventris,
Ponunt in sanum fors cataplasma caput.
Frigida miscentes calidis, humentia siccis,
Dum modo charta suis turgeat ampla notis.
Vtq; rudes asini sint, fumos venditat omnes,
Fucat & inscitiam, blandula lingua, leuem:
Infœlix genus, impunita homicidia patrant,
Quos manet æternus post sua fata rogus.
Longè alia, & melior nostri sententia Galli,
Sanctior inq; ægri corpore cura fuit.
Omnia perpendens ad amussim signa relinqui
Inuestigatum censuit ille nihil.
Et, num temperies simplex, coniunctaue causa
Ad varium cura cogeret ire genus:
Quæ ratio victus, quæ consuetudo, vel ætas,
Quæ regio, & porro quæ didicisse iuuat.
Ex his construxit Methodo medicamina pulchre
Cuncta volens certa cum ratione geri
Nil intermittens, quod prouida cura periti
Posceret in tali conditione viri.
Nam scibas, vituli non hic de tergore ludi,
Galle, sed esse DEO corpora chara suo:
Hoc Patauina tibi peperit schola, quæq; studenti
In Mediolano cura peracta fuit.

Docte

Doctorumq; frequens id conuersatio iuuit,
Quà premit Adriacos vrbs oppulenta sinus.
Quæ cum fama pij de te peruenit ad aures
Cæsaris, Imperij qui modo sceptra tenet,
Vrbe Tridentina votis te exciuit amicis,
Natabus Medicum constituitq; suis:
Bis tribus hic annis, vbi spumifer æstuat Oenus,
Functus es egregio strennuus officio.
Cumq; fidelis in hoc semper documenta laboris
Integer aßidua sedulitate dares,
Tradidit in curam Cæsar sua pignora natum,
Archiducem: quo quid maius habere daret?
Nominis hic hæres patrij, virtutis, & olim
Regnorum fidam te sibi sensit opem:
Dum bis sex annos nostra regione moraris,
Boiemumq; pia protegis arte Ducem:
Non Medicus tantum, sed & in pars lecta Senatum,
Consilium factis vnde Monarcha petit.
Has tamen inter opes, & raros inter honores
Nulla supercilij signa fuere grauis.
Sed facies hilaris, mens æqua, benignus in omnes,
Adfectus, Scytica candidiorq; niue.
Nomen vt ignotos quoq; deuinciret, & inde
Plurimus à doctis alliceretur amor.
Quid referam? mensæ quod prodigus, inq; medendo
Quod facilis cuiuis, quodq; paratus eras.
Testatum facit hoc Satraparum cœtus, & ordo
Nobilium, quotquot Cæsaris aula fouet.

Quid? quod & in miseros comis, si quando rogabãs,
Cæsareas supplex ausus adire manus
Horum iustas infracto pectore causas
Es solitus contra vim prohibere grauem
In dominos fidus, summis acceptus, ab omni,
Cultus honorifice cum pietate, bono.
Et sic vita licet tibi suauiter omnis abiret,
Quæ tranquilla quidem, non onerosa fuit:
Attamen optabas canam finire senectam
Nil horrens Parcæ fila seuera Deæ:
Nam memini, quia vix annus, mihi tale loquentẽ,
Annus erit vitæ tempora tota meæ:
Quærentiq; mihi nuper, mutatio morbi
Quæ speranda foret talia dicta dabas,
Finis erit morbi, mens quando recedet in auras,
Cum tumulabor humo, tum bene sanus ero:
Sic equidem reuocante DEO te corporis huius
Exuuias placide deposuisse scio:
Vt non sit lachrymis sublatum flere necesse,
Tristitiaq; emerito dicere verba seni,
Qui plenus vitæ, canis maturus, & annis
Veneris Elysij promptus ad arua soli.
Nos tamen hoc iuste rectore dolemus adempto,
Artis Apollineæ qui quota membra sumus:
Luget Alexandri cognomine Iulius ille,
Cui corpus Cæsar credidit ipse suum.
Ferdnandi Archiducis Medicus quoq; mæstus oberrat
Matthiolus, curis plenus vterq; nouis.

Quæ̨ Tridentia lachrymas Hieronymus vrbe
Inuito frater non tenet ore tuus:
Qui columen Iuris, doctrina summus, & vsu,
Iustitiæ cultor relligiosus agit.
Quiq; fuit minimus natu, Franciscus in arte
Phœbea studiis, iudicioq; valens.
Hi fratrem plorant, illi abscessisse laborum,
Et curæ socium, non nisi flere queunt.
At caritura suo posthac pia turba parente
Tres nati mortis triste queruntur opus:
Iulius Italiæ procul huc aduectus ab oris,
Cui dedit in Canonum regula sede locum:
Atq; Duci Austriacam præsens Guilielmus ad arcem,
Qua Cataphractorum personat hasta virum:
Et Ludouicus adhuc feruens iuuenilibus annis,
Nil præter gemitus, mæstaq; verba sonant.
Hos ego connumeror merito non vltimus inter,
Et desiderij misceo vota mei.
Cui te dilectum Præceptoremque, Patremq;
Eripuere nimis fata inopina cito.
Per te dum summos studiorum carpere fructus
Conor, & à tanto doctior ire viro.
Sed quid ad has lachrymas? bona verba loquamur,
In ventos hilari cedat ab ore dolor: (& omnis
Indigetiq; nouo, qui nunc sedet incola cœli,
Gallo dicamus prospera verba pio.
Retulit in cœlum quondam, Diuosq; vetustas
Eximios Medica fecit in arte viros,

Atq;

Atq; , quod in vitam veluti reuocare sepultos
Sint soliti, vere credidit esse Deos.
Quid prohibet grates nostro quoq; reddere Gallo,
Illius & placida mente fauere bonis ?
Quem bene promeritum niueis sua fama quadrigis
Euehit, & pietas ætheris arce locat.
Salue chare senex, fatui qui turbine Mundi
Liber Olympiacæ scandis in alta plagæ:
Et rides hominum fœdato pectore curas,
In quas nos animi raptat arundo leuis:
Salue noster amor meritis memorande per æuum,
Et fruere æterni commoditate boni.
Siq; alio sensus superest animabus in orbe,
Nos animo labi non patiare tuo,
Donec in Elysijs simul exspatiabimur hortis,
Nullus vbi in toto corpore næuus erit.
Interea Aßyrios tumulus tibi spiret odores,
Vrnaq; Balsameo tota liquore fluat.

EPITAPHIVM.

CÆsaris, & prolis Medicus celeberrimus omnis
Cæsareæ, patriæ, splendor, honósq; suæ.
Quin & Cæsareæ, Gallus, pars lecta Senatus.
Consilium rebus quando capit grauibus.
Nuper ob eximias notus super æthera dotes
Hic iacet exigua contumulatus humo :
Vrbe Tridentina genitum Ducis aula Bohemi
Fouit, at extinctum Praga decora tenet.

IN-



INDEX
RERVM VOCVMQVE SCITV ET MEMORATV DIGNARVM IN HOC
opere contentarum.

A.

Aqua

Dia-

 bri-

T.

INDEX.

FINIS.